D

d *littera quarta alphabeti Latini.* *v. et* delta. **1** *gener.:* ERMENR. ad Grim. 13 p. 548,7 pro z d et i *scribebant Romani,* ut 'baptidio, ymnidio, prophetidio'. **2** *mus.:* **a** *ad sonos significandos (de re v. H. Riemann, Musiklexikon, Sachteil. [12]1967. p. 125[b] et vol. I. p. 1,2):* ALIA MUSICA 108 p. 190 concluditur . . . eius *(quinti tropi)* forma diapente, quod est y ad i, addito enarmonio, quod est y ad DD. ODO ARET. ton. A 5 quinta . . . differentia sumitur tonus parmenus, . . . chorda vero Asel et scemata d. Ps. ODO CLUN. dial. 2 p. 253[b] a prima A similiter per quatuor divide *(sc. monochordum)*, et pro voce quarta D litteram scribe. GUIDO ARET. microl. 2,4 sequuntur septem . . . litterae graves ideoque maioribus litteris insignitae hoc modo: A.B.C.D.E.F.G. HERM. AUGIENS. mus. p. 48,37 quaedam D biformitas potest notari, quia et altissima est primae *(speciei)* et gravissima quartae (*sim.* p. 59,33). *persaepe. meton. in mensura cymbalorum:* THEOPH. sched. 3,86 p. 158,28 det *artifex* tantum cerae D litterae, quantum est in summa a, et mediam eius partem. **b** *ad mensuram monochordi instituendam:* SCHOL. enchir. 3,539 tollam quartam partem AZ spatii et respondet DZ diatessaron. 544sq. *ibid. al.* **c** *de littera significativa neumatibus addita (de re v. vol. I. p. 1,19):* NOTKER. BALB. ad Lantb. p. 35 D, ut deprimatur, demonstrat. **3** *math.:* **a** *de numeris:* CARM. de litt. 5 alpha D et compar duo et tria nomina portat; CCCCC. 17 Q sicut D sequitur numerum similemque tenendo; CCCCC. *adde:* HONOR. AUGUST. gemm. 3,42 de nomine Adam: . . . in numero . . . Graecorum a unum, d quatuor . . . significat. **b** *de litteris distinctiones abaci designantibus:* GERB. epist. math. I 7 bene quidem intellexisti de numero D, quomodo se ipsum metiatur *eqs.* MATHEM. var. Bubnov p. 288,3 cur per omnem tabulam abaci omnes eaedem superscribantur litterae M, C, D, S. p. 288,13sqq. litterae tres, videlicet S, D, C, quae primis linearum spatiolis annotantur, simpliciter habitudinem calculatoriae designant quantitatis, id est S singularem, D decenum, C centenum significant quantitatem.

***da** *praep.* *(cf. ital.* da *a* de ab; *v. J. Svennung, ALMA 21. 1949. p. 55sqq.) struct.: fere c. abl. c. nom.: p. 2,9. 26. cf. 2,14sq. c. gen. (abund.): p. 2,17. c. acc.: l.45. p.2,24. seq. adv.: l.49.50. pendet ab adv.: l.46.*

ab, de, ex - von (. . . her), aus: **1** *de loco:* **a** *de motu:* LEG. Lang. p. 192,23 (a. 745/46) con venerent *missi* da Romo. CHRON. Ven. Alt. p. 172,10 venientibus *ducibus* de (da *var. l.*) littus Vignola. **b** *de distantia, situ:* **α** *in univ.:* HUGEB. Willib. 4 p. 92,28 cum . . . venerunt *ascetes cum sociis* usque ad urbem da Teratinam in oriente. CHART. Ital. Ficker 27 p. 35,11 non multum longe da castro, quod dicitur Vico Baroni (*sim.* p. 36,8). DIPL. Karoli M. 254 p. 366,2 (spur.) in via, qui da Bucina pergit ad portum. **β** *in descriptione terminorum:* CHART. Bund. 24 (a. 769/813) conf<inat> *ager* da supra in Via mediana, da subtus medium in sancti Iohannis *eqs.* 27 confinat *pratum* de supra in Theudoranes, dabtus (*i.* da subtus) in sancti Petri. CHART. Sangall. A 224 confinit da una p a r t e presbiter Ioannis et da alia p a r t e Lubucio (DIPL. Heinr. II. 287 p. 343,22 da secunda p. *saepius*). BENED. ANDR. chron. p. 170,10 da via domnica usque ad flubium. *al.* *spectat ad plagam caeli:* DIPL. Karlom. (II.) 23 p. 319,24 finis de medio die . . ., da mane fluvius Parma, de occidente *eqs.* DIPL. Heinr. III. 316 ab aquilone silva . . ., da szera aquaria. CHART. Bund. 201 coeret ei *(silvae)* da mane tuo *(i. e. terra tua)* . . ., da sera rio corente *(cod.;* corotte *ed. false).* 354 p. 263,26 curtim . . . iuxta montem sitam . . ., ab oriente in sancto Genuino, ⌞da cumbens⌟ *(i. ab occidente)* in eodem *(sim.* p. 263,34. 355[b] [dacumbens *ed. omnibus his locis et in ind., sed cf.* 354 p. 263,30 ab occidente . . ., ab oriente]. *cf. p.32,34).* **2** *de origine, statu pertinendi (de possessione: p.2,17):* **a** *in univ.:* ANDR. BERG. hist. 9 multi . . . da eius *(Huperti)* pars interempti sunt. CHART. Ital. Ficker 29 p. 40,30 quas *(res)* ego mecum da meis parentes in Venetias adduxi. *ibid. al.* **b** *in cognomentis:* DIPL. Heinr. II. 284 p. 336,28 castellum da Bosco. OTTO MOR. hist. p. 40,1 dominus Ardicio da Rivoltella et dominus Otto da (de *var. l.*) Brixia Laude. DIPL. Frid. I. 660 p. 168,31sq. comes Enricus da Dexe et Conradus da le Maze et comes Florentius da Ollande . . . iuraverunt. CHART. Bund. 413 terra plativa iacens in montium da sancti Remedii. *al.* **3** *de acceptione:* LEG. Lang. p. 181,28 (post 733) oc precipimus, ut nullus presumat nec da servo nec da aldione nostro aliquid emere. **4** *de separatione:* CHART. Sangall. A 9 (a. 744) si quis . . . contra hunc factu . . . inronpere voluerit, sead (*i.* sit) escomunicados da sancta aeclesia. LEX Raet. Cur. 2,23 ipsa uxor da marito suo nec ipsi infantes non separentur. LIUTPR. hist. 13 excommunico vos da Deum omnipotentem. **5** *de auctore:* CHART. Bund. 140 (a. 975) ego . . . cancelarius rogitus da Vigilio anc cartam scripsi. *adde:* DIPL. Heinr. II. 299 p. 370,27 da mea nec pars publice non contradico. **6** *de materia:* THADD. FLORENT. cons. 124, 25 habeat *(sc. colicus)* unum cervicale da pluma nova. *cf.* *davante, *deab.

[dabatus *v.* 1. clavo. *adde ad vol. II. p. 696,41sqq.:* GLOSS. II 246,60 St.-S. dabatis kistorchenen.]

dabibus *v.* daps. **dabiis** *v.* do.

***dabilis,** -e. (dare) *currens, usualis – gültig, gebräuchlich, gang und gäbe:* CHART. Westph. IV 157 p. 105,13 (a. 1225) ecclesie . . . duodecim solidos denariorum gravis monete et -is . . . promisit *comes* exsolvendos. *cf.* dapsilis *p.24,71sqq.*

***dabrastobus** *v.* *daurastuva. **dabsilis** *v.* dapsilis.

dabsisum, daptisus *v.* thapsia. ***dabtus** *v.* *da *p. 1,51.*

dac(c)io *v.* datio. ***dachya, *dacia** *v.* *datium.

***dacita, *dacitum** *v.* *daticum. ***dacium** *v.* *datium.

***dacora** *v.* *decora. *Niederer*

***dacris** *subst.* (δάκρυον) *resina – Harz:* RECEPT. Lauresh. 5,1,36 dacris acremonum siccis ∂ VII.

dacrydium (dea-, dia-, -agr-, -rid- *sim.*), -i *n.* (δακρύδιον) *form.:* *nom.* -ion: GLOSS. III 522,28 St.-S. *?gen.* -u: *l.51.*

sucus scammoniae – Saft aus der Wurzel der Purgierwinde: AESCULAPIUS 35 p. 55,10 ventrem purgari convenit ex catarticis . . ., id est euforbio . . ., diagridio ex aequo tritis dato ʒ IIII. RECEPT. Lauresh. 4,71 costo silquas IIII, deagridio ℈ I. ANTIDOT. Sangall. p. 78,13 recipit . . . species haec: . . . -idio ℥ X, eleboro ℥ X. ANTIDOT. Bamb. 11 recipit hec: . . . diacridiu, mastice. GLOSS. Roger. III 135 (adn. marg.) ad lapidem frangendum . . . dyagridii ana ʒ I, aloe ʒ I. *saepe.* *cf.* acridium.

dactalus *v.* dactylus.

[dacterum, dacterium *v.* elaterium: TRACT. de aegr. cur. p. 240,28. p. 240,40.]

dactil(l)- *v.* dactyl-. **dactivus** *v.* dativus.

[Weber]

dactulus *v.* dactylus. **dactus** *v.* do.

dactylicus (-til-), -a, -um. (δακτυλικός) **1** *adi.:* **a** *metr. i. q. (praecipue) ex dactylis constans – (vorwiegend) aus Daktylen bestehend, daktylisch:* ALDH. ad Acirc. 6 -ilici (-i *var. l.*) e x a m e t r i regulae (10 p. 94,13. *ibid. saepe*). BONIF. (?) metr. 129 m e t r a -a principalia sunt (WANDALB. ad Otric. p. 570,17. *saepe. v. et l.49*). CARM. ad Ludow. 1,3 (MGPoet. IV p. 924) -ilicis librum quem feci versibus istum. HUCBALD. carm. 1 prol. 30 taceant si forte Camenae -ilicae. METELL. Quir. 51tit. metrum uno versu phalleucium, altero dimetrum -ilicum archiloicum ex duobus dactilis, duobus trocheis. *persaepe.* **b** *natur. i. q. ad caryotam pertinens – Dattel-(alleg.):* ALCUIN. epist. 258 ex qua *(sede apostolica)* palma pietatis -ilico florens fructu crescere debuit. **2** *subst. masc.:* **a** *versus dactylicus – daktylischer Vers:* COLUMB. epist. 10,146 floridiora -ilicorum (doctiloquorum *var. l.*) carmina. **b** *caryota, dactylus – Dattel:* EKKEH. IV. bened. II 182 assit -ilicis palmarum crux sacra grossis.

***dactylinus,** -a, -um. *ex fructibus palmarum confectus – aus Datteln hergestellt:* CONSTANT. AFRIC. theor. 5,100 vinum est . . . quoddam de passis factum aut mellitum aut -um.

***dactylius** (-til-), -i *m. vel* ***dactylium,** -i *n.* (δακτύλιος) **1** *anus – After:* PAUL. AEGIN. cur. 231capit. edricon obtimum ad -ilii (schol.: id est ani; *3,59,7* τοῦ δακτυλίου) flegmones et eminentias. *ibid. al.* **2** *ulcus quoddam concavum – ein ringförmiges Geschwür:* CONSTANT. AFRIC. theor. 8,24 p. 39br sunt et quaedam *(passiones)* pedibus attinentes, sicut elephantia, varices et vulnera, que vocantur -a. p. 39av -a in crure nascuntur, et est vulnus concavum atque perforans rotundum et manducans circumstantia.

dactylosa (-til-), -ae *f.* *paeonia – Pfingstrose (cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. III. p. 500):* SUMM. Heinr. B 2,325 peonia vel rosa fatuina vel consognigo vel penteborina vel -ilosa beonia *(cf. Isid. orig. 17,9,48).* HILDEG. caus. 3 p. 177,31 cum indigesti cibi in stomacho hominis . . . coagulantur, . . . ille -ilosam accipiat. p. 178,17 -ilosa calore suo stomachum confortat.

dactylus (dat(t)-, -tal-, -til(l)-, -tul- *sim.*), -i *m. (f. l.54. adde* TRACT. de caus. mul. 12*)* (δάκτυλος) *form.: sing.: gen.:* -is: RECEPT. Sangall. I 104. -u: ANTIDOT. Augiens. p. 45,16. *plur.: acc.:* -es: *l.54.* -us: *l.53. abl.* -ibus: *l.56. de etymologia: l.60.*

1 *metr. i. q. pes ex una longa et duabus brevibus syllabis formatus – Versfuß aus einer langen und zwei kurzen Silben, 'Daktylus':* COLUMB. epist. 10,131 semper ut unus ordine certo -ilus isthic incipiat pes. PAUL. DIAC. carm. 20,6 'desine', si dicam, -ilus unus erit. GLOSS. I 214,11 St.-S. -ilos foaz mere III. RHYTHM. 107,11 tolle tibi, pater sancte, -os et syllabas. CONR. HIRS. dial. 115 sunt . . . metrorum plura genera, dicta vel a pedibus ut a -tilo dactilicum, aut *eqs.* ALBERT. M. Iob prol. p. 10,11 sicut spondeus et -us non earundem sunt syllabarum, sed temporum. *persaepe.* **2** *natur.:* **a** *fructus palmae, caryota – Dattel (?usu attrib.: l.58):* FORM. Marculfi 1,11 iubemus, ut . . . umanitas ministretur, hoc est: . . . -alus (-olas, -alos, -iles *var. l.*) tantos, pestacias tantas. PAUL. DIAC. Lang. 3,1 qui *(vir Dei)* . . . solo pane in cibo cum paucis -ulis (-ilis, -alis, -ilibus *var. l.*) utebatur. ANTIDOT. Glasg. p. 129,42 haec omnia pulvera facta . . . in -alu datum in angustia et contraccionem toraci egri dissolvet. SUMM. Heinr. A 4,25 -ili botri langedruben. B 2,183. ALBERT. M. veget. 6,173 nucleus . . . palmae est intra substantiam carnosam, quae vocatur -ilus, eo quod habet figuram digiti; digitus enim graece dactilon vocatur. *persaepe. meton. i. q. palma – Dattelpalme:* SUMM. Heinr. A 4,159 -ilus dahtilboum. ALBERT. AQUENS. hist. 7,42 nichil alimoniae praeter fructum -orum repererunt *milites.* **b** *species quaedam gemmae – eine Edelsteinart:* AETHICUS p. 217,8 sfalangus itaque venenatus gignit *Creta* et lapidem itheum -alum (tactalum *var. l.; ex Isid. orig. 16,15,12*). **c** *per confusionem c.* didymus *i. q. plantago – Wegerich (Plantago media L. vel sim., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. III. p. 836):* GLOSS. III 528,29 St.-S. -ili hasinore *(cf. notam ed.).*

[dacumbens *v.* *da *p.2,4.*] ***dacya** *v.* *datium.

daderia *v.* dataria. **dado** *v.* dato.

***dadsisa,** -ae *f.* *(cf. theod. vet.* sisu *[Ahd. GlWb. p. 527b]) nenia (pagana) – (heidnischer) Totengesang:* CAPIT. reg. Franc. 108,2 de sacrilegio super defunctos, id est -as.

daecursus *v.* 1. decursus. *Weber*

daedaleus (de-, -lius), -a, -um. (δαιδάλεος) **1** *artificiosus – kunstvoll:* ECBASIS capt. 924 desere de-i . . . limina tecti *(cf. Sedul. carm. pasch. 1,43).* **2** *versutus, dolosus, astutus – verschlagen, listig, schlau:* WALTH. SPIR. Christoph. II 4,60 de-iae Veneris incesta lampade tactę coeperunt *puellae* . . . celebrare lupanar. YSENGRIMUS 1,278 de-ia (de-ia *D*) fallax implicat *vulpes* arte chaos.

daedalicus (de-), -a, -um. *artificiosus – kunstvoll:* IOH. VEN. chron. p. 169,15 inter cetera decoritatis opera de-o instrumento capellam construere fecit *dux.*

***daedalogus,** -a, -um. (daedalus *et* logus) *facundus – redegewandt, beredt:* GESTA Bereng. 1,246 doctiloquos (gloss.: de-os) agit ille *(Wido)* viros.

daedalus (de-, dedelus, didolus), -a, -um. (δαίδαλος) **1** *adi. i. q. artificiose formatus – kunstvoll gestaltet:* AETHICUS p. 202,6 praemia saffica, quae didola annet materia. WALAHFR. Mamm. 4,3 struit antra magis quam -a (dedela *P*) celsis t e c t a tholis (IOH. SCOT. carm. 9,90; *cf. Verg. georg. 4,179*). **2** *subst. masc. (fem.: l. 27) i. q. homo ingeniosus, artifex – begabter Mensch, Künstler(in):* AETHICUS p. 213,5 pro didalis idiota laudatur. GLOSS. I 100,12 St.-S. de-us smaidar. VITA Liutb. 6 in tantum . . . capax ingenii fuerat, ut diversarum artium . . . veluti -a diffamabatur.

daemon (de-, doe-), -onis *m. (f.: l.46)* (δαίμων) *script.:* daim-: *l.39.* dom-: VITA Emm. 7 *(var. l.). form.: sing. nom.:* -na: VITA Landel. Laub. 211. -nus: BOTAN. Sangall. 5 praef. *plur.: gen.* -ium: HUGEB. Wynneb. 7 p. 111,38. FORM. epist. IV 3 p. 530,3. *acc.* -as: *l.57. al. metr.:* dĕ-: *l. 48. adde* CARM. de conv. Saxon. 33 (NachrGött. 1985/I. p. 63; a. 777). -mŏn: THEODULF. carm. 45,49. *al.* -mōn-: VITA Erasmi 99.

I *diabolus, spiritus malus, immundus – Teufel, Dämon, böser, unreiner Geist (de etymologia:* CHRIST. STAB. Matth. 34 p. 1366A -es . . . dicti graece quasi demnas, id est periti. THIETM. chron. 1,24 p. 30,29 daimon, id est omnia sciens. *al.; loci spectant ad Isid. orig. 8,11,15):* **A** *de satana eiusque satellitibus:* **1** *in univ.:* IONAS BOB. Columb. 2,15 p. 266,13 terribilibus -um aspectibus territa est *genitrix.* BONIF. carm. 1,310 impia . . . sum *(sc. Invidia)* filia -is a t r i (ERMOLD. Ludow. 4,63. *saepius*). WETT. Gall. 12 apparuerunt ei duo demonia in mulierum specie, nudae ad litus stantes . . .; sanctus . . . ait: Domine . . . iube has (hos WALAHFR. Gall. 1,12) de-es recedere . . .; de-es in fugam versae sunt. LIUTPR. antap. 5,24 (carm.) ne patiare, precor, de-is me fraude perire. FROUM. carm. 36,13 non tamen extinctos inclusit tartara doemon. RITUALE Flor. p. 117,11 nequissime satana, . . . de-um magister: quid stas *eqs.* ALBERT. M. sent. 4,21,9capit. an animae in purgatorio punientur per -es. *persaepe. in interpretatione alleg.:* RADBERT. Matth. 4,1699 'fures', de-um scilicet multitudo. GODESC. SAXO gramm. 1 p. 387,7 'qui fidit in falsis pascit ventos', id est -es *(Vet. Lat. prov. 9,12 [Aug. c. Cresc. 3,9,9]).* HERIG. Ursm. 1,457 Philistea . . . potenter agmina prosternens *Samson*, que de-as accipiendum mistice censemus. ALEX. MIN. apoc. 16,13 p. 345,9 per ranas designantur -es. *al.* **2** *per compar. de hominibus:* ALBERT. METT. div. temp. 2,23 scripta ipsius apostate: . . . quem filium hominis pretermisit *Ezechiel*, num Petrum et Iohannem . . . et alios -es, quos sanctos vocatis? HUMB. Sim. 2,12 p. 152,9sq. quos *(haereticos)* . . . quasi -es accipimus, quia, quamvis natura homines sint, tamen captivando fideles populos vitio suo -es sunt. HUGO TRIMB. sols. epil. 245 reor, quod non homines iure nominentur *filii*, sed incarnati -es pocius vocentur. **3** *in nominibus:* **a** *lapidum:* MATTH. PLATEAR. gloss. p. 380C lithodaemon lapis -is dicitur vel ideo, quia est nigri coloris, vel ideo, quia in lacu, ubi Sodoma et Gomorra perierunt, invenitur (*sim.* GLOSS. Salern. p. 7b,2). ALBERT. M. miner. 2,2,4 p. 34b,23sq. diamon: fertur . . . quidam lapis -is vocari, lapis bicolor ut arcus -is, qui iris vocatur. **b** *plantae:* fuga -is *i. q. hypericum – Johanniskraut, 'Teu-*

felsflucht' (cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. II. p. 939sqq.): ALPHITA I p. 294,26 (cod. B) hypericon herba de-is fuga, herba s. Iohannis idem, herba perforata *eqs.* II p. 68,25. *ibid. al.* **B** *de deis paganis:* CAPIT. reg. Franc. 2 ubicumque fuerint simulacra constructa vel idola -i dedicata. PIRMIN. (?) scar. 5 homines in ipsa *(lege)* prevaricati sunt et postmodum ad idolis et culturis de-um reversi *(sim.* WILLIB. Bonif. 6 p. 29,7. *al.)*. WALAHFR. exord. 1 p. 476,1 paganos ... templa fecisse d i i s suis vel potius -bus seductoribus suis ... agnoscimus (RIMB. Anscar. 19 p. 42,5. *al.*). COSMAS chron. 3,1 p. 161,14 villani adhuc semipagani ... mactabant victimas et de-bus immolabant. *persaepe. v. et vol. I. p. 840,59.*

II *genius – Geist(wesen):* ALBERT. M. anim. 1,2,6 p. 32,28 ab antiquo Trismegisto et Socrate postea ... asseritur, quod ... dii incorporei existentes, quos angelos vel -es vocant. 2,1,10 p. 79,70 propter quosdam dicentes quaedam intellectualia animalia esse -es regionem lucis in aere habitantes. somn. 3,1,8 p. 187[b],27 dicunt *philosophi* ... somnia animarum esse per substantias, quae -es ab eis vocantur. *ibid. al. cf. p.7,24. numen – Gott(heit):* ALBERT. M. meteor. 3,4,6 p. 672[a],32 aliquando dicitur *iris* arcus -is, quia '-n' graece multa significat *eqs. v. et p.4, 71. vol. I. p. 909,70. 910,2.*

daemonaticus *v.* daemoniaticus.

daemoniacus (de-, doe-), -a, -um. *script.:* dom-: *l.54.* -ag(us): *l.54. metr.* -āc(us): *l.57. adde* ALCUIN. carm. 1,731. *usu subst.: l.61.62.63.65.67.68.71.*

1 *ad daemonem pertinens, diabolicus – dämonisch, teuflisch, Teufels-:* **a** *in univ.:* ALCUIN. Willibr. 1,22[capit.] (MG Mer. VII p. 115,24) quomodo domum ... a -a (doemonicata *3a*) liberavit inlussione (*sim.* RITUALE Flor. p. 127,19). PAULIN. AQUIL. c. Fel. 1,25,23 nos servi facti de-ae dominationis. ANSELM. BIS. rhet. praef. p. 104,14 homines ... solitariam ... vitam, dum norunt non heremiticam, murmurant de-am. OTTO FRISING. chron. 4,1 p. 184,23 precantationibus de-a arte compositis. *al.* **b** *spectat ad gentilitatem:* HRABAN. hom. II 119 p. 371[B] qui *(populus gentilis)* ... -is delusus doctrinis idola pro Deo colebat. HUCBALD. Leb. 13 p. 889[D] talia beato viro ... praeconante illi *(Saxones)* -o bacchantes spiritu pleni furoris et insaniae perstrepunt. THIETM. chron. 3,17 vice Christi ... varia de-ae heresis cultura ... veneratur. PETR. DAM. serm. 3,2 l. 29 mundi sapientes ante novae gratiam fidei -ae culturae fuisse probantur auctores (*item* 6,3 l. 74). RUP. TUIT. trin. 21,11 l. 679 Dominus ... eam *(gentilitatem)* ... ab illa -ae (-i *var. l.*) tyrannidis servitute liberavit (*sim.* 35,14 l. 647). **c** *spectat ad insaniam:* ALCUIN. Willibr. 1,14 (MGMer. VII p. 128,12) de-o s p i r i t u arreptus est *idoli custos* (RUP. TUIT. Ioh. 8,734. OTTO FRISING. chron. 4,1 p. 185,4. *cf.* THIOFR. Willibr. I 13 p. 469[A] arreptus immanitate de-e vexationis). RUP. TUIT. trin. 21,14 l. 932 Nazareus ... Dei, id est sanctus Dei, quod et -a (daemonia *M*) confessa est impuritas *(cf. Vulg. Luc. 4,3sqq.).* ALBERT. M. animal. 7,109 canina ... rapies *(sic)* i[n]mitatur ... insaniam -am. *v. et p.6,39.* **2** *a daemone correptus, energumenus – (von einem bösen Geist) besessen:* **a** *adi.:* EDICT. Roth. 180 lebrosa aut de-a (dom-, -ga, *var. l.*) mulier (*sim.* RUD. FULD. mirac. 10. MIRAC. Otton. Bamb. I 18). 323 si ... homo rabiosus aut de-us (demoniaticus, demoniosus *sim. var. l.*) factus fuerit. ALCUIN. carm. 1,704 -a ... qualiter uxor ... sit sanata. WANDALB. Goar. 2,33[capit.] de infante doe-o. RUP. TUIT. trin. 22,21 l. 1467 -us rex Saul. 23,5 l. 258. *v. et p.6, 54.* **b** *subst. masc. et fem.:* **α** *in univ.:* VITA Audoini 17 (MGMer. V p. 565,8) ut ... -i curentur *(sim.* ALCUIN. carm. 1,731. *saepe)*. VITA Elig. 2,80 -i (demonici *var. l.*) veniunt et liberantur. VITA Leutfr. 20[capit.] (MGMer. VII p. 8,31) de -a s a n a t a (VITA Menel. 2,9[capit.] [MGMer. V p. 153,7]). AGOB. 15,1 l. 7 modo epilemticorum vel eorum, quos vulgus de-os putat vel nominat. ANTIDOT. Berolin. 3 p. 68,12 facit *antidotum* ad ... -os et lunaticos. SALIMB. chron. p. 577,14 quidam de-us supervenit, qui crudelis et terribilis videbatur. *persaepe.* **β** *sectator diaboli – Anhänger des Teufels:* SERMO de sacril. 11 qui clericum ... abominosum sibi esse credet, iste non solum paganus, sed -us est, qui Christi militem abominatur.

adv. ***daemoniace.** *modo diabolico – auf teuflische Weise:* BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 295,33 -e satis discruciatus ... insanissimus exspiravit *patriarcha.*

daemonialis (de-), -e. **1** *adi. i. q. daemonicus, diabolicus – dämonisch, teuflisch, Teufels-:* CARM. de gener. Christi 901 compede carnali vel ab obice de-i (gloss.: ab infestacione malignorum spirituum) sit timor hic et amor. **2** *subst. fem i. q. sectatrix diaboli – Anhängerin des Teufels:* GERHOH. aedif. 36 p. 1283[C] de sanctimonialium vel potius -ium proprietate, quam sectando ... committunt apertissimum crimen apostasiae. CARM. Ratisb. 18,13 innupte nuptam te *(sc. dominam lascivam)* derisere puelle; conveniens nomen ponunt tibi de-em.

daemoniaticus (de-, -nat-), -a, -um. **1** *a daemone effectus – von einem bösen Geist hervorgerufen:* ANTIDOT. Glasg. p. 114,23 facit *antidotum* ... ad de-is passiones. **2** *a daemone correptus – (von einem bösen Geist) besessen:* MARIAN. chron. a. Chr. capit. 2,47 p. 497 de ... demonatico ceco et muto sanato. *v. et p.5,56.*

daemonicus (de-, doe-), -a, -um. (δαιμονικός) **1** *ad daemonem pertinens, diabolicus – dämonisch, teuflisch, Teufels-:* **a** *in univ.:* VITA Audom. praef. (MGMer. V p. 753,12) homines ... de-a fraude peccatorum catenis ligatos. WALAHFR. Blaithm. 108 doctus erat ... ministros temnere -os (doe- *codd.*). GODESC. SAXO fragm. p. 43,6 extitimus redempti, id est de dominio -ae ditionis eruti et liberati. RATHER. epist. 16 p. 96,16 his ... -is superbie pedibus conculcatus *homo (cf. Vulg. psalm. 35,12)*. METELL. exp. Hieros. 2,359 de-o vel divino sunt robore fulti *Franci. al.* **b** *spectat ad gentilitatem (interdum i. q. idolicus – Götzen-, e. g. l.29.33):* POETA SAXO 5,32 ut nos de-is c u l t i b u s abstraheret *Carolus* (HUMB. Sim. 3,30 p. 237,28. *al.*). HROTSV. Theoph. 96 quem non signatum signo ... crucis ..., sed ... -is confidentem suadelis ... magus secum duxit. IOH. ELNON. Rictr. 1,85 convertere ... Francorum gentem ... simulachris ludificatam de-is. *al.* **c** *spectat ad insaniam:* WANDALB. Goar. 2,6 Vualtarius ..., cum ... spiritu -o (demoniaco *L*) ageretur, ... ad ... tumulum *(sc. Goaris)* est deportatus. FLOR. LUGD. carm. 1,82 -am humano l e g i o n e m pectore pellit *Iesus*. (VITA Menel. 2,9 [MGMer. V p. 153,14]; *cf. Vulg. Luc. 8,30*). VITA Liutg. II 2, 23 omni de-a (demoniaca *T*) ludificatione effugata ... integerrimae sanitati restituta est *Athalwi*. HYMN. Sangall. p. 123 doe-as domans rabies *Gallus*. DESID. CAS. dial. 2,18 p. 1136, 48 ita sanus surrexit *puer*, ut -am (de- *cod.*) infestationem in se ulterius non sentiret. *al.* **2** *a daemone correptus – (von einem bösen Geist) besessen (usu subst.): v. p.5,62.*

daemoniosus (de-), -a, -um. *script.* -mun-: *l.54.*

1 *ad daemonem pertinens, diabolicus – dämonisch, teuflisch, Teufels-:* GESTA Trud. cont. I 12,14 p. 311,3 dominus audiens de de-o navis illius ridiculo instructusque ... de illo vitando ... monstro *eqs.* CHRON. Reinh. a. 1215 p. 586,42 mulier ... immundo spiritu correpta ... a de-o furore est liberata. *v. et vol. I. p. 938,60.* **2** *a daemone correptus, energumenus – (von einem bösen Geist) besessen:* **a** *adi.:* EDICT. Roth. 230 si quis conparaverit mancipium et postea lebrosus aut de-us (-mun-, demoniaca, demoniacus *sim. var. l.*) apparuerit. IOTS. Odil. 2,25 quendam iuvenem, ... incertum, utrum mente captum an de-um, ... invenit adductum. RUP. TUIT. off. 4,11 l. 600 quae per -am Chananaeae filiam ... praesignata sunt. **b** *subst. masc. et fem.:* VITA Serv. I 6 (MGMer. III p. 89,22) multi egri et de-i curantur. HRABAN. hom. II 119 p. 371[C] nocte ac die furiebat -us. MIRAC. Apri 1 (MGScript. IV p. 515[a],15) miraculorum beneficia, quae -orum, caecorum, claudorum aliorumque debilium peregit incommoda. HECEL. Clem. 2,2[capit.] (MGScript. XXX p. 903,22) de sanata de-a. VITA Berth. Garst. I 43 per -am sua ... ora resolvit *daemon. saepe.*

daemonium (de-, doe-), -i *n.* (δαιμόνιον) *script.* -ne(um): SERMO de sacril. 5. *metr.* demō-: CARUS Clem. 608. *ibid. al.*

1 *daemon, diabolus, spiritus malignus, immundus – Dämon, Teufel, böser, unreiner Geist (sensu collectivo i. q. coetus daemonum – Dämonen-, Geisterschar: p.7,8.22):* **a** *de satana eiusque satellitibus:* **α** *proprie:* BONIF. epist. 10 p. 14,4 quem *(regem)* ... videbat *monachus* angelico quodam umbraculo contra impetum de-orum ... defensum. ALCUIN.

epist. 281 p. 440,13 ipse *(Iudas)* principi de-orum traditus *(sim.* RADBERT. Matth. 6,3575. *al.)*. CHRIST. STAB. Matth. 35 p. 1370C de homine l i b e r a t o a doe-o (TRANSL. Libor. II 21 p. 811,19. *al.)*. CARM. var. III A 2,1,7 p. 596 gemit atque dolet classis mala de-orum. METELL. peripar. 6,10 is *(comes)* moriens . . . fit lusus de-orum. CARM. Bur. 41,5,6 os humanum foris patet, in occulto cordis latet deforme de-um. ALBERT. M. Matth. 8,28 p. 297,46 -um . . . est collectivum daemonum sicut populus est collectivum hominum. *persaepe. de homine:* RANGER. Anselm. 3534 papam, canones, decreta negare et Guibertino cedere de-o. **β** *alleg.:* RUP. TUIT. Ioh. 14,299 de hac muliere *(sc. Maria Magdalena)* septem -a, id est universa vitia, Dominus eiecerat. cant. 3,644 quarum *(filiarum)* sunt quasi septem -a . . . scilicet altitudo oculorum *eqs.* CAES. HEIST. hom. II p. 59b,17 quid aliud est -um nisi mortale peccatum? *al.* **b** *de deis paganis:* AETHICUS p. 115,17 ignorantes Deum de-a et auguria colentes *gentiles*. PAUL. DIAC. Lang. 4,36 ubi *(sc. in Pantheo)* . . . omnium non deorum, sed de-orum cultus agebatur. AGOB. 17,14 l. 7 doctrina de-orum et antichristorum *(sim.* CHART. Traiect. 660 p. 122,42; *cf. Vulg. I Tim. 4,1)*. EPITAPH. var. II 1,16 Sarmatas . . . Christo servire coegit *Otto*, pellere de-um. HELM. chron. 52 p. 102,28 de-a sanguine facilius invitari multorum opinio est. *persaepe.* **2** *genius – Geist(wesen):* ALBERT. M. metaph. 5,2,5 p. 241,33 dicuntur . . . substantiae '-a' (*p. 1017b,12* τὰ δαιμόνια), . . . hic autem ponitur pro idolo. *cf. p. 5,13. meton. i. q. fatum, casus – Schicksal(sfügung), Zufall:* ALBERT. M. pol. 6,6z p. 614a,38 'circa -a' (*p. 1322b,31* τὰ δαιμόνια), id est fortuita, quibus saepe subiacentes sunt cives.

daemonius (de-), -a, -um. (δαιμόνιος) **1** *adi. i. q. a daemone effectus, diabolicus – von einem bösen Geist verursacht, Dämonen-, Teufels-:* AGOB. 9,19 l. 15 qui -um cultum reliquerant. RANGER. carm. 730 sponsale decus debet habere manus *(sc. pontificis)*, . . . quando . . . praecipit ire pestes de-as . . . foras. *in nomine lapidis:* ARNOLD. SAXO fin. 3,36b de-us lapis est bicolor. **2** *subst.:* **a** *masc. i. q. daemon, spiritus malignus – Dämon, böser Geist:* BOTAN. Sangall. 6,1 herba . . . si quis secum portaverit, nullius de-us ei nocere non potest. *ibid. al.* **b** *fem. et neutr. i. q. insania, vesania – Besessenheit, Wahnsinn:* BOTAN. Sangall. 6,1 ad fastasias aut de-as. GLOSS. Roger. I A 3,1 p. 659,31 dicitur mania de-um l u p i n u m et habet . . . II species: *eqs*. (WALTH. AGIL. med. 7 p. 102,25).

***daemunculus**, -i *m.* *daemon parvus – kleiner Dämon:* CONR. EBERB. exord. 5,20 l. 32 apparuit -us in modum pueruli Aethiopis taeter et fuscus.

***daesios** (deseos, theseos) *subst.* (Δαίσιος) *metr.* -sēo: *l. 52. nomen mensis Graecum, Iunius – ein griechischer Monatsname, Juni:* BEDA temp. rat. 14,18 vocatur . . . apud eos *(Graecos)* . . . Iunius deseos. ANNAL. Sangall. IV a. 971 menstrua quindenas praecedens luna kalendas cum fore venturas praesignat mense theseo. *Lawo/Gansweidt*

daevotio *v.* devotio.

***dafanus** *v.* *diaphanus. **daffanus** *v.* daphnus.

daffinida *v.* daphnis. **daffinon** *v.* daphninus.

dafna cocca *v.* daphnococcum. **dafne** *v.* daphne.

dafni- *v.* daphni-. **dafnococcum, -coco** *v.* daphnococcum.

dafnos *v.* daphnus. **dafnoydes** *v.* daphnoides.

***daga,** -ae *f.* *(cf. ital.* daga; *v. Battisti-Alessio, Diz. etim. ital. II. p. 1204) pugio, sica – Stilett, Dolch:* WILH. SALIC. chirurg. 2,19 p. 338B si . . . facta fuerint . . . vulnera cum sagitta vel alia re acuta, scilicet -a, lancea, clavo.

***dagescalcus** (-lzus), -i *m.* (*theod. vet.* tageschalc) *mercennarius – (unfreier) Tagelöhner (de re v. A. Dopsch, Herrschaft und Bauer in der dt. Kaiserzeit. 1939. p. 120. 231):* CHART. Rhen. med. I 423 p. 484,33 (dipl. Heinr. V.) -i aut censuales . . . tantum abbati aut villicis suis pro quibuscumque rebus respondeant. DIPL. Heinr. III. 372A p. 509,35 servientes . . ., qui . . . foris ad curtes -i habentur . . ., tantum abbati et suis prepositis pro quibuscumque culpis respondeant. 372B p. 512, 19 (spur.) servientes, qui foris vel intus -zi vel pistores . . . cotidiano servitio fratribus servituri sunt, nulli advocato . . . subiaceant. *al.*

***dagewarda,** -ae *f.* (*theod. vet.* tag *et* warten) *mercennaria – (unfreie) Tagelöhnerin (de re v. J. Grimm, Deutsche Rechtsaltertümer. 4I. 1899. p. 441):* LEX fam. Worm. 16 si fisgilinus homo -am acceperit, ut filii, qui inde nascantur, secundum peiorem manum vivant; similiter si dagowardus fisgilinam mulierem acceperit.

***dagewardum** (-gow-), -i *n.* *servitium mercennarii – Dienstleistung eines (unfreien) Tagelöhners (de re v. l. 3):* LEX fam. Worm. 22 si quis fiscali viro iustitiam suam infringere voluerit, id est ad dagowardum vel ad censum iniustum, *eqs*.

***dagewardus** (-gow-), -i *m.* *mercennarius – (unfreier) Tagelöhner (de re v. l. 3):* LEX fam. Worm. 13 ad bannum episcopi quinque solidos ut -us vadietur *homo fisgilinus. v. et l.6. et vol. II. p. 458,8.*

***dagla,** -ae *f.* *(cf. germ.* deild; *v. Wartburg, Frz. etym. Wb. XV/2) portio terrae (arabilis) – (bestellbares) Stück Land:* HIST. Mett. (MGScript. XXIV p. 537,24; c. s. XIII.med.) carta . . . de mansis undecim et terris circa monasterium iacentibus et de -a una Purnedo sita.

***dagma,** -atis *n.* (δῆγμα, δάγμα) *morsus – das Beißen, Biß:* RHYTHM. 150,69,3 bene . . ., o rex, Dagnus diceris . . . tui cognomento derivato ˻a -e˼ (adamato *var. l.; v. notas ed. p. 808. 814sq.*).

dagnum *v.* damnum.

[dago *v.* 2. indago: CHART. Hagenow. 290.]

***dagow-** *v.* *dagew-. **dagridium** *v.* dacrydium.

daimon *v.* daemon. ***dalamasc(h)a** *v.* *talamasca.

dalamatica *v.* dalmatica.

daleth (del-). (dālæt) *littera quarta alphabeti Hebraici:* **1** *math. de figurarum puncto:* Ps. AVIC. anim. 6,2 p. 198,25 fac circulum . . . et scribe in quarta parte circuli del<eth>. p. 199,1 ergo tantum est de alef ad b<eth> quantum . . . de alef ad del<eth> *eqs.* **2** *alleg. i. q. tabulae testamenti – Gesetzestafeln, Heilige Schrift (loci spectant ad Hier. epist. 30,5sq.):* SUMM. Heinr. C p. 251 deleth (delecht *var. l.*) tabularum. RUP. TUIT. trin. capit. l. 2870 sub interpretatione primorum quattuor elementorum aleph, beth, gimel, -th. 25,5 l. 2306 elementorum . . . intelligentiam subscribamus: . . . -th 'tabularum'. *in lusu verborum:* CARM. Scot. I 14,1,4 deleth sumptus aquae, tabularum ὑπόδιγμα restaurat *(v. notam ed.)*.

dalfinus *v.* delphinus.

dalmatica (ta-, dol-, -lam-, -adi(c)a, -athia), -ae *f.* (-us, -i *m.: l. 51.* -um, -i *n.: l. 50)* (δαλματική) *form. nom. sg.* -es: EKKEH. IV. bened. I 31,96.

1 *vestimentum liturgicum – liturgisches (Ober-)Gewand, 'Dalmatik' (de re v. J. Braun, Die liturgischen Paramente. 2 1924. p. 89):* **a** *in univ.:* CATAL. thes. Germ. 56,20 (a. 799) casulae purpureae duae . . ., -ae II, caeterę albae sex *(sim.* 40,3 II dolmadice. 55,8 septem casule, -a III. 129a,5 dedit *Bernoldus* . . . -os III. *saepe)*. TESTAM. Eberh. p. 93b,46 dalam-am auro paratam. ORD. Rom. 8,1 exinde -a m i n o r e *(sc. mittitur)*; postea m a i o r e -a et super orarium (CATAL. thes. Germ. 114,5 talmathię maiores et minores. *al.*). DIPL. Otton. III. 279 p. 704,19 ut . . . abbas suique successores . . . -a et s a n d a l i i s . . . se induerent (SIGEB. GEMBL. Theod. 14 p. 471,35. *al.*). GERH. AUGUST. Udalr. 2,20 l. 34 Vuicfredus . . . praepositus . . . de froco eiusdem matrone -am fieri fecit. SUMM. Heinr. B 1,259 -a dalmadia. ARNOLD. LUB. chron. 6,5 p. 216,20 videres . . . pessimum quemque *(spoliantium)* . . . pro tunica uti -a. *persaepe.* **b** *spectat ad reliquias martyrum:* TRAD. Monast. 62a p. 52,22 (a. 1092) de ossibus et de t-a sancti Stephani. TRANSL. Wandr. 29A (ed. N.-N. Huyghebaert. 1978) ex sancti Vulframni -a pars est apud nos maxima et cultellus cum vagina. DEDIC. Mett. (MGScript. XXIV p. 548,4) de veste et -a sancti Iohannis evangeliste. *al. v. et vol. II. p. 879,23.* **c** *spectat ad vestimenta imperatorum (de re v. P. Salmon, Mitra und Stab. 1960. p. 41):* ANNAL. Fuld. II a. 876 p. 86,6 talari -a indutus *Karolus rex* . . . procedere solebat (*inde* SIGEB. GEMBL. chron. a. 876). ORD. coron. imp. 14,19 concedit *papa* ei *(electo imperatori)* tunicam et -am et pluviale. EPIST. Wibald. 214 p. 334,15 papa concessit Siculo virgam et anulum, -am et mitram

[Samberger/Weber]

atque sandalia (*inde* OTTO FRISING. gest. 1,29 p. 46,38). ANNAL. Pruf. a. 1239 (MG Script. XVII p. 607,32) imperator ... presidens iudicio in -a et sceptro. *in imag.:* EPIST. Teg. 120 p. 137,26 ut animam ... beate matris vestre vobis dignam intellectualiter -am induatis *(sc. Heinricus rex).* **2** *pallium – Mantel:* SEDUL. SCOT. carm. II 16,18 tradite versifico -am ... viro.

***dalmaticor,** -atus sum, -ari. *dalmatica indui – sich mit der Dalmatik bekleiden:* CONR. MUR. lib. ord. 569 post nonam dyaconus -tus in cancellis benedicit cereum. 1384 ministri -antur.

1. *dalmaticus (dol-), -a, -um. *per confusionem fort. i. q. saniem adferens, rheumaticus – viell.: Eiter bewirkend, 'rheumatisch':* PS. HIPPOCR. sang. 7 si videris sanguinem ... et album rubore et ceraceum liquore ..., -us (dol- *codd.*) sanguis hoc appellatur, id est reumaticus: humor usturas generat *eqs.*

2. dalmaticus *v.* dalmatica. **dalphinus** *v.* delphinus.

dalum *v.* 2. dolo. **dama** *v.* damma.

damascenum (-cin-), -i *n.* (δαμασκηνόν) *prunum Damascenum – 'Damaszenerpflaume', 'Zwetschge':* DIAETA Theod. 506 -a ...ventrem stringunt (ALBERT. M. veget. 6,202). ALBERT. M. veget. 6,201 sicciora *pruna* ... meliora sunt humidis, sicut sunt -a. *de pruno arbore:* COMPOS. Matr. 1,12 comidi grecae dicitur, latine gumma, id est lacrimum -ini.

? ***damasinum** *(n.) medicamen ex aeris flore confectum – aus Kupferoxydul bereitetes (Heil-)Mittel (cf. notam ed. p. 31 et Plin. nat. 34,107):* GLOSS. Salern. p. 12[a],14 -um de flore eris.

damasonium (-aus-), -i *n.* (δαμασώνιον) *gen. sg.* -u: *l.32.* **1** *alisma – Froschlöffel, Wasserwegerich (cf. André, Plantes. p. 86):* PAUL. AEGIN. cur. 73 p. 51,2 -ausoniu (*3,21* δαμασωνίου) foliorum 3 IIII in metallicrato. 256 p. 208,7 id *(antidotum),* quod ex -ausonio et quod agapiti appellatur. **2** *?Tanacetum balsamita (L.) – ?Frauenblatt (cf. André, op. cit. s. v.* costum*):* DYNAMID. Hippocr. 1,64 -um, hoc est costum hortense. **3** *nasturtium – Kresse:* GLOSS. III 554,54 St.-S. -um kresse, kerse, wassercresse.

***dambrova,** -ae *f.* (-us, -i *m.: l.42*) (*polon.* dabrowa) *querquetum – Eichenwald:* CHART. Sil. D II 128 (a. 1237) de nigra silva et -a. III 249 -am ... et silvestria. 361 silve inculte vel -i.

***damella** *v.* *dammella.

***damicella** (-ixe-), -ae *f.* (*ital.* damigella) *princeps femina – Fürstin, Herrscherin:* ANNAL. Plac. a. 1238 p. 480,34 ubi *(sc. Sardiniae)* accepit *Henzius* in uxorem dominam illius insule nomine <Adelaisiam> -xellam. *cf.* *domicella.

***damicellus,** -i *m.* (*ital.* damigello) *famulus armiger, iuvenis nobilis – Knappe, Page, Edelknecht:* VITA Bern. Parm. II 1 (MGScript. XXX p. 1323,41; post 1133) circa temporalia equis (*i.* aequis), -is et servitoribus secundum sui status condecentiam servata honestate omnimode de cetero procuravit. *cf.* *domicellus.

damma (dama), -ae *f.* *(m.: l.64) script.* da(m)na: GLOSS. I 114,1 St.-S. *de feris cervis similibus fere i. q. cerva, caprea, rupicapra – etwa: Hirsch(kuh), Reh, Gemse:* **1** *in univ.:* ERCHANB. gramm. p. 14,21 grus, bubo, -a, panthera in utroque genere promiscua sunt prolata (*ex Prisc. gramm. II 141,18; huc spectat* GLOSS. II 160,19 St.-S. -a steingeiz). GUNZO epist. 11 p. 42,4 se ... putat *cucullatus* cursu t i m i d i s contendere -is (BENZO ad Heinr. IV. 4,30 p. 358,7). ECBASIS capt. 653 linces cum -is, hi sint custodia regis. GLOSS. II 629,13 St.-S. -as tammili. LEO MARS. chron. 1,10 p. 42,20 (rec. II) -a fugax. CONR. MUR. nat. animal. 903sq. de manibus -a fugit, hinc trahit hic sibi nomen, demonis a manibus tu quasi -a fuge (*cf. Isid. orig. 12,1,22). saepius. pullus cervorum – Hirschkalb:* SUMM. Heinr. C p. 258 -a vel dammula id est hintcalb. **2** *dorcas – Gazelle:* ALBERT. M. animal. 2,32 quae *(cornua)* similitudine quadam cum cervo conveniunt, sicut dama et capreolus et equicervus ...; cornua cervi et capreoli et damae fere sunt eiusdem figurae. 22,48 -a bestia est ... sicut cervus cornua habens ..., arabice vocatur algazel. summ. theol. II 11,61 p. 593[b],17 dorcades sive damas.

***dammella** (dame-), -ae *f.* (damma) *pullus dammarum – junges Damwild:* ERMOLD. Ludow. 4,513 fugit damella ... per nemus umbriferum.

***dammo** *v.* *dammus.

***dammucula** (damu-), -ae *f.* *pullus dammarum – junges Damwild:* GLOSS. IV 52,12 St.-S. dama damucula damili.

dammula (damu-), -ae *f.* *de feris cervis similibus fere i. q. cerva, caprea, rupicapra – etwa: Hirsch(kuh), Reh, Gemse (interdum expressius i. q. Dama dama – Damhirsch, e. g. l. 15; de damma mascula: l.25):* **1** *proprie:* CARM. de Karolo et Leone 146 huc illuc timido discurrit -a gressu. WALTH. SPIR. Christoph. II 1,37 transilit incultos imbellis -a colles. FUND. Brunw. 25 venatus cervorum raptusque damularum. SUMM. Heinr. A 3,382 -a damiltier. ALBERT. AQUENS. hist. 9,51 p. 624[G] contigit ... quandam timidam -am (damu- *var. l.*) de montanis exire. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 29,9 quod quaedam rapacium *(avium)* magis utuntur hinnulis cervorum et capreorum et -arum. *al.* *pullus cervorum – Hirschkalb: v. p.9,67.* **2** *in imag. vel per compar.:* RHYTHM. 113,71,2 mentem cuius si depascit torpor et desidia, labare a corde solet sicut manu -a. BENZO ad Heinr. IV. 4,33 p. 384,17 vir ille, qui pavet ut damula. DONIZO Mathild. 2,226 qui *(rex)* veluti per stratam -a fugit Francigenam (*inde* SALIMB. chron. p. 355,19). EPIST. Reinh. 62 qui *(archiepiscopus)* licet me -am putaverit cornutam, me tamen sibi bestiam sentiet. CASUS Petrish. 1,9 coepit *Gebehardus* investigare ..., quo ingenio se veluti -a excuteret de huius mundi decipula.

***dammus,** -i *vel* ***dammo,** -onis *m.* (*theod. inf. vet.* dam) *agger – Damm, Deich:* CHART. Traiect. 557 (a. 1202) comes ... obstruet -um tamdiu, quousque aqua cohibeatur, et tunc ... destruetur -us. 740,3 de latitudine ... aperture -i. CHART. Mekl. 938 molendinum in -e extra civitatem Rozstok. 1789 a flumine ... usque ad lapideum -em. CHART. Quedl. 49 curiam ... iuxta -em sitam. *al.*

1. damna *v.* damma. **2. damna** *v.* damnum.

3. damna *v.* domina.

damnabilis (-mpn-), -e. *script.:* dana-: *l.53. abl. sg.* -e: *l. 57.*

1 *gener. i. q. turpis, vituperabilis, contemnendus, reiciendus – schändlich, tadelns-, verachtenswert, verwerflich:* **a** *in univ.:* AETHICUS p. 91,3 ad examinationem malorum crudelium atque -ium. AGOB. 2,6 damnosam esse -em legem *(sc. Gundobadi).* LUP. FERR. epist. 84,2 afflictiones nobilium et ignobilium ..., viduarum et orfanorum, quos -i cupiditate et horribili crudelitate vexasti *(sc. dux Britanniae).* RATHER. conf. 21,608 nonne tibi videtur pro hoc solo me -pnabilem fore? HUMB. Sim. praef. p. 102,7 qui ... aliorum herrorem defendit, multo -ior et notabilior illis, quia *eqs.* HILDEG. scivias 2,7 l. 325 qui Deum de corde suo cum nequissimis et -bus operibus expellunt. *saepius.* **b** *c. colore quodam:* **α** *spectat ad supplicium:* CONST. imp. II 158,3 (a. 1232) donec ... condempnatos -pnabili (dana- *2*) morte perimant *inquisitores. locut.* iugum -e *i. q. arbor infelix – 'Schandholz':* ARBEO Corb. 10 p. 198,3 lores ... ultra iugum -e columnis perpensione praepositae. **β** *perniciosus – Verderben bringend:* AETHICUS p. 167,3 dirissimo vulnere et -e et atrocissimo proelio ... decies milies centena milia occubuerunt. RUP. TUIT. trin. 15, 28 l. 1377 post legem datam leprae -is, id est haereticae pravitatis *eqs.* **2** *iur. et canon. i. q. poena dignus, puniendus – strafbar, strafwürdig:* CONC. Merov. p. 25,10 qui in catholica *(sc. fide)* baptizati praevaricatione -i post in heresem transierunt. BONIF. epist. 50 p. 84,13 talem copulam ... horribile flagitium et -e piaculum fieri ... iudicabant *synodus et ecclesia.* RADBERT. corp. Dom. 8,5 nihil -ius ... cum Iuda a mysterio sanctae communionis pedem non retrahere. RATHER. conf. 11,160 meretriculae cuiusdam -pnabile facinus. DIPL. Frid. I. 485 p. 404,37 si ... quecumque ... persona ... contra eam *(paginam)* ... venire temptaverit, ... imperii proscriptione -pnabilem se fore cognoscat. *al.*

adv. **damnabiliter.** **1** *turpiter, poena digne, nefarie – in sträflicher, frevelhafter Weise:* FORM. epist. IV 3 illa lauda-

bi<li>ter incipis meditari, quibus non voluptas carnem -pnabiliter nutriat, sed *eqs.* GODESC. SAXO gramm. 2 p. 477,10 Plato christianus non timet -r et letabiliter p e c c a r e (ALBERT. M. sent. 3,12,3 p. 227[a],18sq. *ibid. al.*). WIDR. (?) Gerh. I praef. p. 490,27 si quis pii iussum pastoris . . . explere . . . non satagit, pervicacis inobedientiae noxam -r incurrit. CHART. Stir. IV 188 p. 117,13 (epist. papae) excommunicationis sententiam . . ., quam . . . presbiter -pnabiliter vilipendens . . . animo sustinuit indurato. *saepius.* **2** *indigne, ignominiose – zur Schande gereichend, schmählich:* BERTH. (?) annal. a. 1076 p. 288,19 quanti ponderis sit *apostolicum anathema*, re experiens, quam miser ille *(marchio)* -r interiit. DEUSD. c. invas. 2,8 (MG Lib. Lit. II p. 325,34) nemo . . . negare audebit quempiam rectius et -ius quam Symoniacum . . . excommunicatum credi debere. *poenae causa – zur Strafe:* HEITO Wett. 9 de quo fratre -r incluso cuidam peregrino . . . ostensum fuerat.

damnabilitas, -atis *f.* *turpitudo – Verwerflichkeit:* ALBERT. M. Matth. 19,5 p. 491,72 'et adhaerebit uxori suae' affectu uxorio . . .; per hoc, quod dixit 'uxori', notatur amoris honestas . . .; per hoc, quod dixit 'suae', notatur adulterii -s.

***damnate** *v.* damno.

damnaticius (-mpn-), -a, -um. *script.:* -naci(us): *l. 32.* -iti(us): *l.42.* *c. gen. criminis: l.39.* *saepius pro subst. masc.* **1** *(capite) damnatus – (zum Tode) verurteilt (spectat ad poenam aeternam: l.35):* IOH. NEAP. Ian. 13 homines christianae sectae . . . cum Sossio -pnaticio in confabulatione iunguntur. PETR. DAM. serm. 39,3 l. 70 Calvariae . . . locus ille dicebatur a calviciis amputatis, quia illic -i decollari consueverant. ANSELM. GEMBL. chron. a. 1127 p. 380,45 -i quidam, dum diffidunt suae saluti *eqs.* GESTA Trev. cont. IV 7 p. 404,3 adiuncti sunt eis *(Tartaris)* Cumani . . . et alie gentes, christianorum quoque refuge et -i (-pnacii *var. l.*). ACTA imp. Winkelm. II 1035,1 p. 696,34 excandet interdum -pnaticius in dampnantem. CARM. de Iuda 3,164 infernales post hunc *(Brandanum)* ivere sodales, donec conspicere -um potuere. *al.* *de partibus corporis i. q. poena affectus – gestraft:* VITA Menel. 1,19 (MGMer. V p. 146,20; s. X./XI.) tanto voluntarius pro eo *(Baronto)* reddidit orationum . . . lucra, quanto id expedire ei videbat deploranti cecitatis et contractionis -pnaticia membra. **2** *in nomine loci i. q. ad locum supplicii pertinens – Hinrichtungs-, 'Armesünder-':* HIST. Torn. app. 1,4 prima *(porta)* dicebatur Nervia . . ., tertia D-tia . . .; per D-tiam rei capitalem excipiebant sententiam. 1,5 p. 354,44. **3** *irritum factus, adnullatus – für ungültig erklärt:* DIPL. Otton. III. 339 p. 769, 11 ut . . . iudex, qui . . . ipsas cartulas -as laudare maluerit, . . . multetur.

damnatio (-mpn-, -cio), -onis *f.* **I** *proprie:* **A** *strictius i. q. condemnatio – Verurteilung (expressius i. q. sententia [iudicii] – Urteil[sspruch], e. g. l.59.63):* **1** *gener. (saepe usu eccl.):* HEITO Wett. 10 suae -is poenas luit *episcopus.* ARNULF. HALB. ad Heinr. p. 476,21 ut Dei ordinationi non resistas nec ipse tibi -em assumas. FRUL. Leod. praef. (MGMer. V p. 356,27) audieram . . . ammonente euangelio proscripti servi pro negligentia commissi talenti terribilem damp-em. RUP. TUIT. trin. 17,10 l. 478 notandum, quod, ubi primum pugnando vincit ille carnalis Israhel, victoriae causa efficiens -o cupiditatis est. IDUNG. PRUF. dial. 3,406 damp-is sententiam tu ipse in te ipsum protulisti. *saepius.* **2** *publ. et iur.:* EPIST. Bonif. 22 ut ei *(Bonifatio)* nullus ullam contrarietatem vel -em adversus eum facere non debeat. EINH. Karol. 20 post fraudem detectam et -em coniuratorum. WIDUK. gest. 3,68 p. 142,9 Selibur condempnatus est quindecim talentis argenti a duce . . .; eam damp-em graviter ferens arma sumere contra ducem cogitavit. RUP. TUIT. trin. 32,11 l. 581 principes sacerdotum persuasis turbis . . . Romanis legibus -em Domini nostri . . . extorserunt. CHART. Argent. I 616,69 si quis . . . coram monetario damp-em manus acceperit, iudicabitur sicut . . . coram causidico. *al.* **3** *canon.:* CONC. Merov. p. 32,23 quod in -e (-em *var. l.*) eius *(Stephani)* . . . uno consensu suscripsimus. LIBER diurn. 73 p. 71,6 eos . . ., quicumque . . . in memoratis quattuor synodis . . . damnati leguntur, . . . insolubili -e procellimus *eqs.* IOH. VIII. epist. D 4 damp-o in concilio habita. PETR. CAS. (?) chron. 4,88 p. 549,5 eius *(abbatis)* . . . superbia crimen est damp-i sufficiens. OTTO FRISING. gest. 1,51 Petrus damp-em sui dogmatis a Romana aecclesia confirmatam cognoscens. CONST. imp. II 158,9 donec post ecclesiastice damp-is iudicium penam subeant *haeretici*, quam merentur. *al.*

B *latius i. q. multa, poena – Strafe:* **1** *gener.:* LUP. FERR. epist. 84,7 poteris *(sc. dux Britanniae)* colligere, quam ingentem sis perlaturus, nisi respueris, -em. RUP. TUIT. trin. 3,22 l. 968 'multiplicabo', inquit, 'aerumnas tuas et conceptus tuos' . . .; haec multiplicatio non benedictionis, sed -is est. 6,6 duo *(sc. angeli)* venerunt Sodomam, ut minus quam duobus testibus nulla -o terminet accusati causam. **2** *iur. et canon.:* **a** *in univ.:* CONC. Merov. p. 144,18 quod si fecerit, . . . ab ecclesiae communione remotus anathematis -e (-mpn- *var. l.*) plectatur. LEG. Wisig. 3,5,5 ipse *(sc. adulter)* . . . perennis e x i l i i -em excipiat (ARBEO Emm. 13 p. 44,22). CONSUET. Trev. 16 p. 279,5 qui pena huiuscemodi damp-is gravantur, *eqs.* HUMB. Sim. 3,3 p. 201,4 si pretio promovetur *oeconomus*, . . . -em incurrit. MANEG. c. Wolfh. 17 p. 81,20 usque ad corporalem . . . damp-em. *saepius.* **b** *c. colore quodam:* **α** *supplicium – Todesstrafe, Hinrichtung:* ARBEO Corb. 10 p. 102,6 hii, qui funem tenebant, iam trahere ad -em conabantur reum. *al.* CHART. Babenb. 163 p. 213,14 (a. 1208) rei, in quos sententia damp-is iuste lata fuerit. CONST. imp. II 427,95 eligantur quatuor . . ., qui loco schepfen de omnibus testificentur preter damp-em p e r s o n e (CHART. Babenb. 27 p. 39,7). **β** *excommunicatio, anathema – Exkommunikation, (Kirchen-)-Bann:* CONC. Merov. p. 28,2 si cui . . . discrimen mortis imminet, -is constituta tempora relaxentur. CONC. Karol. B I 47[F] p. 481,8 illis *(episcopis)* observandum est, ne dampnatorum illicita societate certam s e n t e n t i a m damp-is incurrant (MANEG. c. Wolfh. 1 p. 46,12). EPIST. Col. 2 comperimus . . . episcopi nostri Guntharii a propriis ecclesiasticis officiis aeternam damp-em. BERTH. (?) annal. a. 1076 p. 283,19 illum *(Heinricum)* domnus apostolicus . . . excommunicavit . . .; his omnibus Agnes . . . intererat, cuius animam ipsius gladius -is non parum sauciaverat. *al.* **γ** *depositio, remotio – Amtsenthebung, Entlassung:* CONC. Karol. B I 27,1 p. 280,11 claruit . . . Ebonem episcopale officium illicite repetisse, quosque gradibus ecclesiasticis aestimatus fuerit promovisse, -i potius obnoxius effecisse. EPIST. Col. 10 etsi . . . papa in eos *(sc. archiepiscopos depositos)* nullo modo -is protulisset sententiam *eqs.* EPIST. Heinr. IV. 10 exurgite in eum *(Gregorium)*, fidelissimi, et sit primus in fide primus in eius damp-e. LAMB. HERSF. annal. a. 1076 p. 254,1 cum . . . caeteri *(episcopi)* omnes -i eius *(sc. Gregorii)* nihil subscriberent. *al.* **3** *theol. i. q. poena aeterna – (ewige) Verdammnis:* **a** *spectat ad homines:* ARBEO Emm. 9 p. 40,11 a n i m a e -em pertimescere magis . . . quam temporalem corporum supplicia (DIPL. Merov. 36 l. 82 [ed. Debus; spur.]). RADBERT. corp. Dom. 8,88 alius accipit mysterium ad iudicium damp-is, alius . . . virtutem mysterii ad salutem. GODESC. SAXO fragm. p. 37,23 repperi, quod impii . . . sive reprobi non sint divinitus ad -em praedestinati. MANEG. c. Wolfh. 11 p. 67,17 ut sui *(sc. diaboli)* similis effectus *homo* inrevocabilis damp-is iudicio multaretur. ALBERT. M. Is. 34,17 p. 370,92 sicut . . . sunt . . . mansiones in beatitudine, sic mansiones . . . sunt in -e. *persaepe.* *in formulis chartarum:* CHART. Bund. 17 p. 22,6 (a. 765) qui contra factum istud ausus fuerit inrumpere . . ., cum diabolo . . . -em accipiat *eqs.* DIPL. Heinr. IV. 25 hanc . . . traditionem si qua . . . potestas violare . . . temptaverit, . . . eternae damp-is deputetur incendio. *saepius.* **b** *spectat ad diabolum:* AETHICUS p. 95,6 quod diabolus . . . sibimet nefandam -em (-mpn- *var. l.*) . . . suae ruinae acciperet. RUP. TUIT. vict. 9,26 p. 304,5 diabolus . . . habet iram super se positam, scilicet . . . -is aeternae sententiam. HILDEG. scivias 1,3 l. 416 qui *(perditus angelus)* veritatem deseruit et se ipsum in -em praecipitavit. *al.*

demonstrabilis, -e. **1** *sensu pass. i. qui demonstrari, ostendi potest – (auf-, vor)zeigbar, darstellbar:* **a** *gener.:* **α** *in univ.:* GERHOH. psalm. 64 p. 468,41 Dei mirabilia, quae in . . . canticis spiritalibus enunciamus, condigno rerum effectu etiam oculis -ia fieri optamus. ALBERT. M. Iob 3,20 p. 65,42 nihil . . . -e est in talibus *(tenebris).* **β** *laudabilis – lobenswert:* ALBERT. M. Iob 1,3 p. 22,22 'eratque vir ille' -is sc. 'magnus' virtute, honestate et demonstratione. **b** *log., philos., theol. i. q. (per demonstrationem) probandus – beweisbar:* ALBERT. M. cael. hier. 3,1 p. 48,71 haec diffinitio materialis est, et hae diffinitiones secundum philosophum -es sunt. anal. post. 1,4,15 p. 122^{b},32 si . . . tale medium non est inter extrema, subiectum scilicet et praedicatum, tunc praedicatum inest subiecto immediate, et tunc non amplius erit demonstratio, quia propositio talis est immediata et ideo <non *ci. Antony*> -is. caus. univ. 2,2,44 p. 137,34 -e non est *scitum* et causam stantem non habens. summ. theol. I 3,17$^{capit.}$ quaeritur, si -e sit Deum esse vel sit per se notum. 3,18$^{capit.}$ quod Deus cognoscibilis sit, nominabilis et -is. *ibid. al.* *usu subst.:* ALBERT. M. summ. theol. I 3,17 p. 85,16 quia -e exigit priorem perfectionem, quae est comprehensionis, patet, quod *eqs.* **2** *sensu act. i. q. demonstrativus, determinans – hinweisend, bestimmend (de pronominibus):* ALBERT. M. phys. 1,1,6 p. 11,84 signatum . . . est, cuius natura contrahitur et particulatur certificata in supposito determinate (determinato *var. l.*) -i, ut hic homo demonstrato Socrate. praedicam. 4,8 p. 237^{b},21 non dicitur ad aliquid, quia comparatio, quam dicit in nomine, non est -e accidens; et ideo non dicitur alicuius quoddam caput, sed dicitur alicuius caput sine determinatione ad hoc singulare.

***demonstrabilitas,** -atis *f.* **a** *gener. i. q. natura demonstratione digna, excellentia – Ansehnlichkeit, Vortrefflichkeit:* ALBERT. M. Matth. 1,20 p. 34,24sqq. revelantem *(sc. angelum)* . . . describit ab evidentia -is; per adverbium *(sc. ecce)* enim notatur -is evidentia. **b** *theol. i. q. natura (per demonstrationem) probanda – Beweisbarkeit:* ALBERT. M. summ. theol. I 3$^{capit.}$ de cognoscibilitate, nominibilitate et -e Dei.

***demonstramen,** -inis *n.* *indicium, stigma – Zeichen, Schandmal:* HUGO TRIMB. sols. 5 p. 31,20 hoc *(sc. effossionem oculorum)* tibi sume tue malicie -n, ut nunquam de cetero lumen videas in hoc mundo pro eo, quod *eqs.*

demonstratio (-cio), -onis *f.* *metr.* -ŏ: *l.56.*

I *proprie i. q. indicatio – das Hinweisen, Zeigen:* **A** *gener.:* HIST. mart. Trev. 24 p. 380^{E} currens . . . ad . . . fratrem, quem sibi expertus erat esse fideliorem, ad huius rei *(sc. miraculi)* eum perduxit *canonicus* -em. CHRON. Albr. a. 1212 p. 895,15 ceciderunt de illis *(Saracenis)* C̄, de christianis . . . iam plures ceciderant, sed post -em vexilli vix XXX homines ceciderunt. *al.* **B** *publ. et iur.:* **1** *de terminis inspiciendis:* TRAD. Patav. 94 (a. 1013/45) episcopus . . . de terra suę aecclesię tantundem recta mensura et -cione, ubi silvarum obstaculo mensura non pertinuit, praefato Sigisberto tradidit in proprium. CHART. Burgenl. I 255 p. 183,45 cum nos per -cionem utriusque partis terram illam circuivissemus, terram illam duobus aratris sufficere cognovimus. CHART. Gelr. 968 p. 934,25 iussu . . . principis . . . eramus . . . coacti super -em . . ., quae vulgariter . . . bevysinghe (benysinghe *ed.*) *dicta est. al. v. et p. 291,18.* **2** *de arboribus succidendis:* CHART. Salem. 79 p. 113,33 (a. 1210) ut . . . fratres de Reitenhaselach secundum voluntatem et -em fratrum de Salem ligna succidant, terminum, quem eis constituerint, nulla ratione transgredientes. CHART. Brand. A XIII p. 206,20 non facimus in parte nostra aliqua ligna succidi nisi per -em dominorum, ne fiat ex succisione aliquod dampnum ipsis. CHART. Rhen. inf. IV 671 p. 807,11 ligna neccessaria . . . recipient *coloni*, propter que ligna nichil cuiquam nisi forestario solvent, unum obulum vel panem unius oboli pro lignorum -e.

II *translate:* **A** *gener. i. q. ostensio, expositio – Darstellung, Darlegung:* **1** *in univ.:* RUP. TUIT. vict. 12,16 p. 389, 27 quod . . . dicit *(sc. Vulg. Is. 63,5)*, non est conquestio similis, sed -o verissimę rei. *v. et p. 289,50.* **2** *c. colore quodam:* **a** *narratio – Erzählung:* GERHOH. Antichr. 1,29 p. 339,18 quanta . . . inimicus . . . malignatus est, . . . nostra -e non indiget; nam et libri regum templi manufacti eversionem continent *eqs.* **b** *explanatio, interpretatio – Auslegung, Interpretation:* OTTO FRISING. chron. praef. p. 5,6 geometer . . . partem falsigraphi ad inpossibile ducens fugiendam suamque -em necessariis probans rationibus eligendam ostendit. **c** *ostentatio – Verdeutlichung:* HINCM. coll. 1 p. 85,21 ad -em ordinationis et potestatis episcopi. **B** *spec.:* **1** *gramm. i. q. significatio, appellatio – Bezeichnung, Benennung:* RADBERT. corp. Dom. 4,56 unam rem sumit *Paulus* ad -em duarum substantiarum, quam figuram substantiae et caracterem nominavit. **2** *rhet. i. q. illustratio, evidentia,* ἐνάργεια *– anschauliche Schilderung (de re v. Lausberg, Rhetorik §810):* RUP. TUIT. vict. 11,12 p. 351,32 quam in partem sermo noster sese aptabit? in -em aut in narrationem? CONR. MUR. summ. p. 99,350 -o rem tam certa voce profatur, ut res ipsa geri iam coram te videatur. **3** *log., philos., theol. i. q. argumentatio, probatio, apodixis – Beweis(führung):* ALFAN. premn. phys. 1,80 p. 20 si . . . in homine velut in imagine quadam inspexerimus, quae sunt exteriorum, per eam cognoscemus -es (-em *var. l.; PG 40,529^{B}* ἀποδείξεις) facientes eorum, quae quaeruntur, essentiae. HERM. CARINTH. essent. 2 p. 218,13 cuius *(sc. propositionis)* -i designabimus . . . circulum *eqs.* OTTO FRISING. gest. 1,5 p. 19,11 pulcherrimum et fortissimum est, nullo nitens, . . . nec diffinitioni nec divisioni, multo minus -i vel resolutioni apta est *(sc. forma divina).* ALBERT. M. metaph. 2,1,13 p. 104,34 'acribologia' sive -o sive perscrutatio 'mathematica non in omnibus est appetenda'. *saepe.* **4** *geom. i. q. descriptio (geometrica) – (geometrische) Konstruktion:* PS. BOETH. geom. 593 eiusdem . . . trigoni isopleuri . . . manifestissimae -is exemplar subici-

emus. HERM. CARINTH. essent. 1 p. 96,3 eiusdem . . . corporis partes, Lunam, Venerem et Mercurium, terra longe minores, in loco suo geometrica -o dabit. p. 136,32 quemadmodum in Almagesti geometrica -o constituit. **5** *medic. i. q. cognitio (accurata condicionis corporis humani) – (richtige) Deutung (eines Gesundheitszustandes), Diagnose:* MAURUS progn. 1 p. 22a,40 utilitas eius *(tractationis)* est preteritarum dispositionum humani corporis rememoratio, presentium -o, futurarum precognitio. *in titulo libri:* ALFAN. premn. phys. 21,5 p. 105 ut Galenus in tertio -is (*PG 40,689B* τῆς Ἀποδεικτικῆς) ait dicens: '*eqs.*' **6** *publ. et iur.:* **a** *denominatio (personae) – (Personen-)Angabe:* ANSELM. HAV. dial. 2,7 p. 1173B nusquam . . . reperitur iuxta gradum trinitatis prima patris persona, secunda filii persona, licet de persona spiritus sancti aliquando inveniatur tertia in trinitate persona; quod non secundum gradum dignitatis, sed secundum distinctam discretae ac singularis personae -em sive designationem dicitur. ALEX. IV. registr. 392 propriis nominibus designatis *(hominibus)* aut ea -e, que nominis vice fungitur. **b** *assertio, con-, affirmatio – Versicherung, Bestätigung:* CHART. episc. Wirz. II 36 p. 61,6 (a. 1224) ea conditione, ut eorundem fratrum proprietatis donatio et eiusdem -o ecclesie nostre . . . fideliter exhiberetur. CHART. Port. 141 p. 163,29 sub tali -e sive notificatione *(sc. mansos vendidimus)*, quod quilibet mansus obtineat triginta agros mensuratos virga X ulnarum. *al. assignatio – Zuweisung:* CHART. Bund. 564 p. 64,6 (a. 1213) ego Iohannes notarius . . . interfui iamscripte -cioni et . . . scripsi. **7** *techn. i. q. confectio – Herstellung:* MAPPAE CLAVIC. 20 sunt . . . aliqui, qui non credunt, quanta sit utilitas ex humoribus, hi, qui non per se -em faciunt.

III *meton.:* **A** *imago – (Ab-)Bild:* DHUODA lib. man. prol. p. 11 veluti . . . inter aliquas ex parte in speculis mulierum -o apparere soleat vultu . . ., ita *eqs.* **B** *excellentia, gloria – Vorzüglichkeit, Ruhm: v. p. 287,50.* **C** *exemplum – (vorbildhaftes) Beispiel:* ABSAL. serm. 29 p. 176D omnes reliquae traditiones conventualis observantiae scriptae vel non scriptae non sunt vota vel praecepta vivendi, sed -es, quia demonstrant claustralibus formam honestae conversationis. **D** *conventus sollemnis, convivium – Festversammlung, Festmahl:* ALBERT. M. pol. 2,8e p. 173b,1 communes expensae, quae fiebant in ⌞festis et -bus⌟ (*cf. p. 1271a,28* σύνοδον). *c. sensu honorandi:* ALBERT. M. pol. 2,10c p. 188a,31 apud Carchedonios sunt convivia societatum per communem contributionem, quae fiunt in -bus honorabilium personarum et in festis. 3,8g p. 273b,6 ibi *(sc. in exercitativis agonibus)* . . . fortiores vincunt et honorantur -bus et coronis et statuis.

demonstrativus, -a, -um. **1** *gener.:* **a** *portendens, nuntians – (im voraus) ankündigend:* HELM. chron. 60 p. 116,4 multa . . . portenta visa sunt in exercitu illis diebus, futurae cladis -a. **b** *definitus – ausdrücklich:* ABSAL. serm. 29 p. 171B -a dilectione ad locum disciplinae, qui est capitulum, fit demonstratio, in quo puericia claustralis tribus modis reformatur et custoditur, videlicet confessione, correctione, vapulatione. **2** *spec.:* **a** *gramm. de quibusdam partibus orationis (praecipue de pronominibus) i. q. determinativus – hinweisend, hinzeigend:* AMALAR. off. 3,23,23 in hac oratione deprecatur Deus, ut dignetur vota electorum suorum suscipere, atque ideo ei praesentantur per pronomen -um dicendo: 'hanc igitur oblationem'. ord. antiph. 11,2 plurimi *(responsorii)* 'ecce', quod est adverbium -um, continent in se. CAES. HEIST. hom. exc. 82 voce -a Iohannes . . . usus est dicens: 'ecce *eqs.*' ALBERT. M. sent. 1,2,12 p. 67b,14 hoc etiam quidam volunt accipere ex hoc pronomine 'ego', quod -um est determinatam personam significans. *ibid. al.* **b** *rhet.:* **α** *de oratione i. q. lucidus – anschaulich (de re v. Lausberg, Rhetorik §810):* GERHOH. psalm. 36 p. 517,13 nempe ut sermone -o tangamus nostra tempora tempestuosa, in quibus grassante furioso regno huius mundi videmus civitates ac villas multas et ecclesias conflagratas, . . . iam credimus regnum immobile appropinquare. **β** *de genere dicendi vel causae i. q. epidicticus – 'epideiktisch' (de re v. Lausberg, Rhetorik §239sqq.):* ERMENR. ad Grim. 8 p. 542,30 quae . . . omnia in tribus generibus *(sc. rhetoricae)* versantur: -o scilicet, deliberativo et iudiciali. RUP. TUIT. trin. 7,12 neque . . . agunt *oratores* de alicuius, immo quam plurium certarum personarum laude vel vituperatione, quae partes -i generis sunt, verbi gratia, quando laudatur Deus vel vituperatur diabolus. ANSELM. MOG. Adalb. 734 -um *(sc. genus causae)*, quod fit quandoque nocivum, hoc tum tractatur, dum demonstrando probatur, premia censentes notat aut penas statuentes. *al.* **c** *log. i. q. argumentativus, apodicticus – zur logischen Beweisführung gehörig, 'apodiktisch':* IOH. SCOT. praedest. 1,1 p. 6,5 partes principales *(sc. philosophiae)* . . ., quas Graecis placuit nominare διαιρετική, ὁριστική, ἀποδικτική, ἀναλιτική; easdemque latialiter possumus dicere divisoriam, diffinitivam, -am, resolutivam. ALFAN. premn. phys. prol. 12 p. 3 fuco verisimilitudinis probabilibus inficientur *(sc. sententiae)* et -is argumentis. *al.* HUGO HONAUG. (?) ignor. 7 scientia est -us habitus rerum semper vel frequentius similiter contingentium. ALBERT. M. animal. quaest. 11,1 p. 218,19 cum . . . omnis scientia faciat scire, . . . omnis scientia erit -a; nulla . . . erit narrativa. *ibid. saepe. v. et vol. I. p. 753,37.* **d** *medic. i. q. declarativus, indicativus – Aufschluß gebend (über), indizierend:* PAUL. AEGIN. cur. 180 p. 106,3 *pleuritici* aliquando . . . sputum reiciunt -um (*3,33,1 p. 218,8* δηλωτικόν) passionem operantis humoris. MAURUS progn. 1 p. 22b,16 cum . . . communiter in hoc libro de signis tam -is quam rememorativis quam etiam pronosticis tractet *Hippocrates.* p. 22b,20sq. dignora . . . sunt pronostica *(signa)* preteritis et -is, nam, ut ait Galenus, -orum quidem magna est utilitas, rememorativorum vero maior, pronosticorum vero maxima. p. 22b,29 Galenus . . . vocat omnia signa pronostica tam -a quam rememorativa (*cf. Galen. ed. Kühn XIX. p. 396* ἐνδεικτικὸν σημεῖον). *in titulo libri i. q. ad cognitionem (accuratam condicionis corporis humani) pertinens – die (richtige) Deutung (eines Gesundheitszustandes), die Diagnose betreffend:* ALFAN. premn. phys. 2,39 p. 33 Galenus . . . testari videtur ⌞in -is sermonibus⌟ (*PG 40,554B* ἐν τοῖς ἀποδεικτικοῖς λόγοις).

adv. **demonstrative.** **1** *gener. i. q. per demonstrationem – hinweisend, verweisend:* RADBERT. corp. Dom. app. 32 ne putares, quia in sacramento loquebatur, quod de alio diceret, quam de proprio, in eodem mysterio -e dixit: hoc est corpus meum. **2** *log. i. q. per argumentationem – mit Hilfe der logischen Beweisführung:* ALBERT. M. cael. 2,3,4 p. 149,60 quaerendo naturam ipsius *(sc. orbis)* -e quidem possumus invenire in universali, quod est rotundus et quod motus eius est circularis. eth. II 3,1,15 p. 216b,38 considerans . . ., quod quadratum diametri duobus quadratis aequipollet, quae fiunt ex lateribus concludentibus angulum rectum, qui opponitur diametro, -e scit, quod impossibile est diametrum costae commensurari. *ibid. al.*

demonstrator, -oris *m.* **1** *gener.:* **a** *explicator, magister – Erklärer, Lehrer:* OTLOH. Wolfk. 5 p. 568E ex illo . . . tempore . . . de nullo carnali -e scripturarum apprehendit penetralia. **b** *qui designat – einer der bezeichnet (per prosop.):* HRABAN. cruc. C 19,10 post . . . pascha agnique Christi immolationem Paracleti super apostolos missi -r est *(sc. numerus quinquagenarius).* **2** *log. i. q. argumentator – Beweisführer:* ALBERT. M. bon. 409 p. 220,35 'par . . . peccatum videtur mathematicum probabilia dicentem placere et rhetoricum -em (*cf. p. 1094b,27* ἀποδείξεις) experiri'. anal. pr. 1,1,3 p. 464a,7 in hoc conveniunt *(sc. dialecticae propositiones)*, quod consensum respondentis interrogant; quod non facit -r, qui propter ipsam rei necessitatem sumit et de consensu respondentis non curat. 2,2,1 p. 714b,12sq. syllogismus circularis utilis est et -i et dialectico: -r enim ostendit per causam immediatam effectum essentialem *eqs. ibid. al.*

demonstratorius, -a, -um. *de digito i. q. index – zeigend, Zeige-:* SUMM. Heinr. A 3,195 index vel salutaris -us *(sc. digitus)*, id est zeigare musvingir. B 1,88 index vel salutaris vel -us mûtfinger.

demonstratrix, -icis *f.* *explicatrix, magistra – Erklärerin, Lehrerin:* SCHOL. Boeth. mus. 1,5,9 arihtmetica *(sic)*, quae per se est, et musica, quae consonantiarum -x est, ad discretam quantitatem pertinent.

demonstro, -avi, -atum, -are. *script.* demos-: *p. 291,69.*

[Mandrin]

depon.: l.39. usu refl.: l.52.54.55. c. praep.: in *c. acc.: p. 293,18.* ad: *p.293,3. metr.*-andŏ: *l.9. v. et p.290,5.*

I *proprie i. q. monstrare, indicare – (auf-, vor)zeigen:* **A** *gener.:* ARBEO Corb. 29 mulier ... cruentatam faciem ducisse flebile -bat voce. EIGIL Sturm. 5 p. 136,10 (cod. W) explorantes, ubi Dominus servis suis in solitudine ad inhabitandum -ret locum. WETT. Gall. 11 ibi ... noctis quies -atur, cum squamigeri gregis turba conspicitur. HROTSV. Mar. 742 beluae praecedebant ... -ando viam per deserti loca rectam. THIETM. chron. 7,26 inperator hunc *(antistitem)* scripta -antem ... non exaudivit. *al. v. et p. 287,67. in imag.:* BEDA hist. eccl. 4,25 p. 263,14 accedens *Adamnanus* ... ad sacerdotem, a quo sibi sperabat iter salutis posse -ari. DIPL. Loth. I. 32 p. 109,2 apostolicis documentis sibi *(praelatis)* excellentiorem -tam viam. **B** *publ. et iur.:* **1** *de terminis inspiciendis:* COD. Lauresh. 2175 (a. 787/88) dono ... de terra, quantum misso s. N. -st<r>avi. SIGEH. Maxim. 15 p. 28D multa de sanctorum praediis ... falsa demonstratione in partes sui senioris transferre conatus est; ... chirotheca ... manu superducta, sicut voluit, -vit. TRAD. Frising. 1472 servi iuramento constricti eandem terminationem peragrantes et, ut hic scripsimus, denotantes -verunt. CHART. Burgenl. I 255 p. 183,43sq. Buza et fratres sui ... nobis versus terram Lapsa magnas et antiquas metas -arunt, similiter et populi de villa Curmend versus terram Buze metas -arunt, sed solas non binas. *saepius.* **2** *de pecunia praesentanda:* CHART. Aquens. 7 p. 134,17 (a. 1241) propter hunc ... fidelitatis affectum *(sc. foedum cum imperatore)* recepit *Willelmus comes* ab imperio ad augmentationem sui feodi quingentas m(arcas) Colon(iensium) d(enariorum), quas, cum requisitus fuerit, -bit. ACTA civ. Wism. B 102 Iohannes de Memela -vit Iordano Leuen et Wernero Wulfhagen VII m(arcas) d(enariorum) et IV s(olidos) super Silium et III m(arcas) super Henricum Crullingum et super Ludekinum de Zwerin III m(arcas) d(enariorum).

II *translate:* **A** *gener. i. q. ostendere, exponere, exhibere, manifestare – darstellen, darlegen, erkennbar, deutlich machen:* **1** *in univ.:* BEDA hist. eccl. 5,19 p. 328,26 IIII diebus ac noctibus quasi mortuus iacebat *Uilfridus* halitu tantum pertenui, quia viveret, -ans. ARBEO Corb. 8 membra ... nobilitatis -bantur (-bant *var. l.*) originem. HUGEB. Willib. praef. p. 87,12 signa, que nobis per evangelii gratiam certa -antur. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 305,28 quaedam ... miracula ... probabilibus personis ... attestantibus e litteris ea commendata -antibus recitata sunt. STATUT. ord. Teut. p. 26,27 regulam eorum *(fratrum)* ... ad ordinem et intellectum redegimus, ut subnotata per ordinem capitula -bunt. *saepius. v. et p.289,36.290,5. refl. i. q. apparere – erscheinen, sich zeigen:* AMALAR. antiph. prol. 6 ubi ... ordinem reperi deficere, addidimus illum ..., ut se -bunt feriae et ebdomadae ante nativitatem Domini et ebdomada paschalis. THEGAN. Ludow. 6 p. 184,3 *imperator* praecepit *(sc. filio)* ... nullum ab honore suo sine causa discretionis eiecisset *(sc. Hludouuicus futurus rex)*, et semetipsum omni tempore coram Deo et omni populo inreprehensibilem -are (-ret *pars codd.*). HINCM. coll. 1 p. 83,2 non debet ... episcopus se -are turpis lucri esse cupidum. ORD. celebr. conc. 7B,60 quomodo ... seipsos imitabiles aliis debeant *(sc. clerici)* -are. **2** *c. colore quodam:* **a** *narrare – erzählen:* WILLIB. Bonif. praef. p. 3,21 beati viri vitam praecelsasque eius virtutes ... iubetis *(sc. Lullus et Megingozus)* -are. EINH. Karol. 4 ad actus et mores ceterasque vitae illius partes explicandas ac -andas omissis incognitis transire disposui. WALAHFR. Wett. 698 dominus ... docens ostendit Iesus ante patris faciem stantes *(caelicolas)* servare fideles, atque liber pastoris opem -at eandem. *al.* **b** *explicare, docere – erklären, lehren:* BEDA hist. eccl. 2,1 p. 76,31 primam ... et ultimam Ezechielis prophetae partem ... per omelias XX et duas, quantum lucis intus habeant, -vit *Gregorius papa*. WALAHFR. Wett. epil. 2,30 quis mihi nunc misero verbum -at adhortans? CAND. FULD. Eigil. I 6 inspirante ac -ante spiritu sancto. GEBER. clar. 1,5 per virtutem istius artis poterit -ostrare *alchimista*, quomodo poteris dealbare stagnum et ramem. *saepe.* **c** *nuntiare – ankündigen:* HROTSV. Mar. 641 quae *(stella)* regem natum -ret Iudeorum. **d** *ostentare – deutlich zeigen, offenkundig dartun:* **α** *in univ.:* BEDA hist. eccl. 1,33 p. 70,30 omnipotens deus, ut, qualis meriti vir fuerit, -ret, omni nocte supra sepulchrum eius lux caelestis apparuit. DIPL. Arnulfi 115 p. 170,34 praesulis studium, quod in nostrae fidelitatis servitute efficatiter *(sic)* nititur -are, pensantes decrevimus *eqs*. ALFAN. premn. phys. 1,7 p. 6 ab hac *(anima)* ... movetur corpus ut instrumentum, quod mors -at (*PG 40,505B* δηλοῖ). *saepe.* **β** *simulare – vortäuschen:* THEGAN. Ludow. 56 falsam pietatem sub obtentu religionis -are. **γ** *exsequi, praestare – ausführen, leisten:* LIBER diurn. 69 talibus beneficiis existens memor tu quoque meliora valeas ac festines -are servitia. **δ** *revelare – enthüllen:* HRABAN. epist. 9 p. 395,4 ibi *(sc. in libro Exodi)* per corporalem exitum filiorum Israel de Aegypto terrestri noster exitus de spiritali Aegypto -atur. 11 p. 398,5 omnium mansionum ab Aegypto usque ad terram repromissionis, in quibus Israhelitę transeundo castrametati sunt, catalogus enumeratur, ut nobis -ret (-et, -etur *var. l.*), qualiter de Aegypto spiritali egressi ... debeamus ad repromissam in caelis patriam properare. 33 p. 466,30 canticum Annae ..., in quo ... electio ecclesiae de gentibus -atur.

B *spec.:* **1** *gramm. i. q. significare – bedeuten:* AMALAR. off. 2,3,8 sacerdos praepositos -at, quod est domus Aaron. GODESC. SAXO gramm. 1 p. 374,29 dies longi seu tempora longa declarant incertitudinem, sicut superius omnia vel aeterna saecula -ant certitudinem. **2** *log., philos., theol. i. q. argumentari, comprobare – argumentieren, (zu) beweisen (suchen):* ALFAN. premn. phys. 3,35 p. 58 novimus, quod nullus eis concedet -antibus (*PG 40,605A* ἀποφαινομένοις) sensus corporeas esse virtutes. ALBERT. M. anim. 1,1,4 p. 8,48 cum intellectus noster accipit intentiones essentialium principiorum huius rei -tae. *ibid. al.* **3** *geom. i. q. facere, efficere – betragen, ergeben:* GERB. geom. 3,15 actus quadratus, qui et agripennus ... dicitur, per singula quatuor latera perticas XII, id est pedes CXX recipit, qui in se ducti CXLIIII perticas constratas pedesque eiusmodi XIV CCCC in agripenno -ant (-at *var. l.*). 6,2. **4** *medic. i. q. (condicionem corporis humani) cognoscere – (einen Gesundheitszustand) deuten, diagnostizieren:* MAURUS progn. 1 p. 22b,39 gloriam *sibi comparat medicus* dum preterita rememorans *(sic)*, presentia -ans et futura predicans. *ibid. al.* **5** *publ. et iur.:* **a** *denotare, designare, describere – genau bezeichnen, angeben, beschreiben:* DIPL. Otton. III. 233 forestum ..., ut loca infrascripta -ant: a semita, que de Eberbach ducit *eqs*. TRAD. Brixin. 246 Lŏdowicus ... praedia ... ad mensuram ac plenitudinem XXX Sclavensium hôbarum terminatim notata et -ta ... supra altare ... in manus ... pontificis ... legavit ac tradidit. TRAD. Frising. 1729 quasdam *(sc. hobas)* statim nominando -vit, quasdam ... -ando subpleri debere affirmavit. CHART. Steph. Wirz. 131 p. 138,30 quorum *(agrorum)* XXXta iacent -ti iuxta vallum antique munitionis. CHART. Rhen. inf. II 650 que bona et pater et filius predicti infra dictum tempus -bunt. *al. c. sensu enumerandi:* CHART. Heinr. Leon. 92 p. 141,33 nomina villarum ... presens -at pagina: in terra Brizen villam Livbemari *eqs.* **b** *asserere, confirmare – versichern, bestätigen, bewahrheiten:* **α** *in univ.:* TRAD. Frising. 585a (a. 829) ibi in presentia -verunt traditionis firmitatem et testes videntes adstabant. LIGURINUS 8,579 quicumque bona ... possederat idque probare legitimis poterat vel -are tabellis *eqs*. CHART. Port. 136 p. 158,9 quod prepositus in Wechterswikele ... Portensibus super XXX mansos ... -asset sive notificasset, quod XVI mansi in ipsa villa ... essent in allodio absoluti. REGISTR. abb. Werd. app. 11 pronunciarunt ..., quod universi litones ... domino nostro ... in subventione teneantur, nisi per legitima documenta seu etiam validioribus rationibus possint ... contrarium -are. *al.* **β** *in locut.* sibi -are *i. q. sibi vindicare, sibi defendere – seinen Rechtsanspruch geltend machen, nachweisen (auf), für sich beanspruchen:* ACTA civ. Wism. B 463 (a. 1276) Hermannus ... habet XIX marcas ..., quas -vit sibi in hereditate sua. ACTA civ. Kil. 539 Constantinus pistor recognoscit predium suum esse Hecconis dimidium ... excepto aliquo edificio, quod sibi -are poterit. ACTA civ. Wism. B 1185 si ... Iohannes Persic fuerit reversus, et si hec scripta sibi placuerint, sit ita, si autem aliud sibi poterit -are, hoc erit faciendum. **c** *assignare, concedere – zuweisen, zuteilen,*

überlassen: CHRON. Ven. Alt. p. 58,1 predia, que eis *(Veneticis)* pertinentia erant, omnia ⌜ad eum *(Longinum)*⌟ *(om. D.V)* -ta (-ti *D.V*) sunt. CHART. scrin. Col. B 561 quando comes vel sui heredes Alexandro et uxori sue . . . -bunt trium marcarum redditus. CHART. episc. Halb. II 1081 p. 281,18 si in bonis nobis examinatam marcam -et *episcopus*, sibi decem marcas examinatas dabimus, et si plus in bonis nobis -bitur *eqs*. CHART. Arnstad. 40 p. 21,6 domino Heinrico de Mila -vimus quinque marcas de moneta et theloneo nostro . . ., quousque sibi assignabimus mansos solventes quinque marcas argenti. *al.* **d** *constituere – vorgeben:* REGISTR. Patav. I p. 133,10 villicatio in Laidratinge solvet tantum, quantum anni fertilitas -bit (*sim.* p. 134,1 quantum -verit annus). **e** *(potestatis exsecutorem) instituere – (als Verfügungsberechtigten) einweisen, einsetzen:* ACTA civ. Wism. B 113 p. 37 (a. 1273) Bernardus institor tenetur Bernero XX marcas . . . in festo beati Martini solvendas, pro quibus Nicholaus de Horne promisit secum et ideo idem Bernardus -vit eum in bona sua, ubicunque habuerit. *Mandrin*

demordeo, -morsum, -ere. **1** *proprie i. q. dentibus laniare, discerpere – zerbeißen, -reißen:* METELL. peripar. 6,30 fugiens fauces pro sanguine lingens e stabulis molli -so plenus ovili ore lupus rabido. **2** *translate i. q. absumere, vexare – aufzehren, quälen:* ALFAN. premn. phys. 21,5 p. 106 affligentibus non modicum cholerae rubeae corruit in ventrem, quod tensionem eis praestat, et non prius quiescunt afflicti et -si (*PG 40, 689B* δακνόμενοι), quam choleram evomant. 28,23 p. 139 quanto . . . testiculorum caro mollior est cute, tanto plus ab acredine -si furiosam concupiscentiam excitant proiectionis seminis.

demoror, -atus sum, -ari *vel rarius* **demoro,** -avi, -atum, -are. **1** *intrans.:* **a** *corpor. et local.:* **α** *morari, versari – sich aufhalten, verweilen:* FORM. Marculfi 1,23 iubemus, ut, dum illis partibus fuerit -tus *illustris vir*, omnis caussas suas . . . in suspenso debeant resedere. CAPIT. reg. Franc. 14,6 ut . . . aliubi omnino non debeat *abbatissa* nec per villas nec per alia loca -are. 273C,2 qui pro sua causa hic -andi habet necessitatem *eqs*. EBERW. Magner. 26 ad regium sunt invitati *pontifices* epulum, ubi, cum tardiori iam hora -tum esset, a mensa surgentes ad littus . . . procedunt. HIST. peregr. p. 135,27 apud Nissam . . . sex diebus . . . ad recreationem exercitus -tus . . . comitibus valedixit *imperator. saepe. metaph.: (loci spectant ad Vulg. psalm. 29,6):* HRABAN. univ. 10,5 p. 290B fletus -tus est vespere, quando Christus Dominus noster peremptus est, tunc . . . vere -tus est fletus. GOZECH. epist. 196 matutinum, in quo erat laeticia, transiit, et vesperum, in quo -bitur fletus, advenit. *al.* **β** *habitare – wohnen:* TRAD. Frising. 19 p. 47,30 (a. 763) cum consensu fratrum illuc in loco -antium. CHRON. Salern. 81 p. 80,5 ipse *(Apolaffar)* . . . Agarenorum, qui in Calabrie finibus -bant, <preherat>. DIPL. Heinr. V. (ed. H. Bresslau, Diplomata centum. 1872. p. 124,27) quod *(teloneum)* pater noster eis *(civibus Wormatiensibus)* remisit, nos etiam eis remittimus et Iudeis ibidem *(Wormatiae)* -antibus et stabili privilegio confirmamus. CHART. Westph. IV 1413 Gerdrudis . . . et Wendelburgis Sosati -antes. **b** *spirit.:* **α** *occupari, perseverare, se collocare – sich beschäftigen (mit), verharren (bei), sich vertiefen (in):* VITA Pirmin. I 9 p. 29,10 cum . . . sancti illi simul -bantur (-rentur *var. l.*) in colloquiis divinis et orationibus sanctis. CHRIST. STAB. Matth. 16 p. 1328A quasi servi esse dicuntur, qui diutius in servitio [idolorum] -antur. VITA Meginr. 9 p. 447,24 clausum ostium . . . capellae non aperuit, ut aliquantisper in oratione adhuc -ari potuisset. HERBORD. Ott. 2,11 episcopo . . . et duce cum interprete et Paulicio . . . in colloquio -antibus. *al.* **β** *cunctari, tardare – säumen, zögern, zaudern:* HINCM. vill. Novill. 53 (ZRGKan. 83. 1997. p. 105) qualiter damnant spiritus sancti iudicio eos, qui elemosinas defunctorum retinent et ecclesiis tradere -antur. WALTHARIUS 1433 quid -or? VITA Burch. Worm. 19 p. 843,43 quia . . . longius a rectitudine viae nostrae digressus -or, ad coeptum iter redire quantocius conabor. GLOSS. II 666,31 St.-S. -or peitan. SPEC. virg. 6,825 legimus . . . nonnullas *(animas)* matrimonialibus vinculis detentas tam ardenter sponsum -antem in nuptiis expectare, ut *eqs*. METELL. Quir. 37,33 non -ta seva maris lues nomen refugit nobile martyris. **2** *trans.:* **a** *corpor. et local.:* **α** *transigere – verbringen:* HERM. AUGIENS. chron. a. 1051 p. 129,39 imperator . . . paschale . . . festum Coloniae -atur. **β** *incolere – bewohnen:* CHRON. Salern. 88 p. 89,2 donec Ragusim -arunt *Amalfitani*, a . . . illius habitatoribus terre Romani sunt vocitati. **γ** *retinere, impedire – auf-, zurückhalten, hindern:* IOH. METT. Ioh. 113 eos *(sc. qui convenerunt)* -tus . . . ipse intro regressus signum pulsat. METELL. Quir. 29,46 ⌜et -antur⌟ (ubi morantur *a*) illum *(militem captum)* ablata ligna pontis. VITA Hildeg. Bing. I 1,5 capit. (CC Cont. Med. CXXVI. 1993. p. 5,15) quod infirmitate languit, cum locum celitus sibi ostensum cum puellis suis adire -ta fuit. **b** *spirit.:* **α** *exspectare – erwarten:* CARM. Bur. 60a,4a,3 iam odorus noster torus -atur inscia. **β** *tenere, gerere – innehaben, verwalten:* CHRON. Noval. app. 8 -vit *Eldradus* abbatiam suam decem annos cum omni moderatione aequa paceque condigna.

***demortivus,** -a, -um. (de *et* [manus] mortua) *qui a 'manu mortua' possidetur, qui hereditate relinqui non potest – im Besitz einer 'manus mortua' befindlich, nicht vererbbar (usu subst.: l.23; de re v. LexMA. VIII. p. 894):* DIPL.Otton. III. 380 quatenus predia et terram, sive -am sive nostro pertinentem imperio, Raimbaldo . . . imperiali largiri dignaremur precepto; . . . totam terram et predia seu -a . . . ei *(Raimbaldo)* . . . imperiali concedimus pagina.

***demoticaliter** *adv. secundum principia democratiae – demokratisch, nach demokratischen Prinzipien:* ALBERT. M. pol. 5,6ll p. 500a,20 'si quidem', supple, sint leges 'demoticae', erudiuntur *cives* -r (*p. 1310a,17* δημοτικῶς), si autem 'oligarchicae' sint leges, 'oligarchialiter', supple, erudiantur vivere.

***demoticus,** -a, -um. (δημοτικός) **1** *adi. i. q. leges democratiae sequens – der demokratischen Verfassung entsprechend:* ALBERT. M. pol. 2,4d p. 137b,36 '-am', id est popularem et utilem . . . 'politiam'. 4,14e p. 420b,22 'prima *(praetoria)* . . . -a' (p. 1301a,11 δημοτικά) , id est democratica. 5,6f p. 489, 24 'multa expediunt', quae sunt de numero '-orum', id est democraticorum, 'lege', scilicet democratica, 'statutorum'. 6,2a p. 570a,2 'politia iustissima secundum -um iustum'. **2** *subst. masc. i. qui populi causam agit – Demokrat, Anhänger der Demokratie:* ALBERT. M. pol. 5,2r p. 446b,9 'magis -i', id est democratici, sunt . . ., qui 'inhabitant suburbium'. 5,6e p. 489,12 'quod . . . in multitudine quaerunt aequale, qui -i', id est democratici, et aequaliter sunt liberi. 6,2b p. 570a,9 'aiunt . . . -i', id est democratici, 'hoc iustum', supple esse, 'quodcumque videatur pluribus'.

adv. ***demotice.** *secundum principia democratiae – demokratisch, nach demokratischen Prinzipien:* ALBERT. M. pol. 5,6e p. 489b,7 'in utendo invicem -e' (*p. 1308a,11* δημοτικῶς), id est democratice, id est aequaliter sicut liberis et non sicut servis.

demoveo, -motum, -ere. *medial. et refl. i. q. discedere – sich wegbegeben, sich entfernen:* PETR. ROM. Mans. (MG Script. XV p. 930,8; a. 1049) huc Leucha nobis pridie -tis . . . caelorum rex . . ., quia sit iustus, monstravit. CONSUET. Rod. 16 stabit *frater* . . . ultimus omnium in loco, quem prelatus deputaverit . . ., nec inde se -bit, quousque prelatus . . . ei signum dederit. *cf.* dimoveo.

dempno *v.* damno. **dempsus** *v.* 1. demo.

demptio, -onis *f. ablatio, abstractio – das Wegnehmen, Wegnahme, Entziehung:* WALAHFR. carm. 76,59 corporis interitum membrorum -o gignet. DIPL. Loth. II. 17 p. 412,5 sancimus, ut famuli Dei . . . res . . . adnotatas . . . possideant . . . et . . . sine cuiuslibet potestatis contradictione vel -e fruantur arbitrio.

***demptrix,** -icis *f. quae aufert – eine die wegnimmt:* ERINH. Haimer. 110 certe sermonem scit dictum per Salomonem: '-x culparum curacio fit variarum' *(spectat ad Vulg. eccles. 10,4).*

demptus *v.* 1. demo.

***demulcedo,** -inis *f. mansuetudo, lenitas – Sanftmut, Milde:* HONOR. AUGUST. spec. p. 1089B hinc doctrina, inde disciplina, hinc dulcedo, inde -o.

demulceo, -mulctum, -ere. *form.:* -ci(o): *p. 295, 23.*

[Weber]

partic. perf.: -citus: *l.12.* -ltus: *l.25.*

1 *trans. i. q. (per)mulcere – liebkosen, streicheln:* **a** *proprie:* VITA Phil. Cell. 3 quos *(lepores)* ille blande -ens redire iussit. AGIUS vita Hath. 18 matrem osculis -ens. WALTHARIUS 1127 complectitur *satrapa* illum *(Haganonem)* oscilloque virum -et. MEGINFR. Emm. 8 p. 978[B] pedes osculando -entur. CASUS Petrish. 1,3 p. 42,20 quem *(leonem)* ille *(Houtzo comes)* manu -ens magistris eius imperavit, ut eum absque pavore tenerent atque recluderent. **b** *translate:* **α** *adulari, palpare – umschmeicheln:* WILLIB. Bonif. 3 p. 12,21 ut nec divites adolando -ret nec servos vel liberos districtione praegravaret. COD. Karol. 45 p. 560,30 si quis quibusdam suasionibus -itus victus fuerit. REGINO chron. a. 888 p. 130,13 suasionibus pollicitationibusque episcoporum et nobilium virorum mentes in sui favorem -et *Rudolfus*. HIST. peregr. p. 116,12 si minus . . . verborum scemata lectoris aures -ant. *saepe.* **β** *bene tractare, delectare – gut behandeln, ergötzen:* THIETM. chron. 4,10 -ens *Theophanu* in omnibus pios terrensque ac superans erectos. *al.* CARM. Bur. 58,5,4 -et . . . omnia . . . concors consonantia. 172, 1,2 iocantes nunc audite, quos presentis gaudia -ent leta vite. **γ** *consolari, mitigare – trösten, besänftigen:* EPIST. Bonif. 112 p. 244,4 ille *(Bonifatius)* . . . nostra valde mesta maiore letitia mitigat et -it pectora. VITA Ludow. Pii 61 p. 534,5 imperator . . . filio indulsit, et eum verbis primum . . . paululum asperis increpavit, post autem lenioribus -ltum in regno reliquit. HROTSV. gest. 305 his mentem regis -endo suadelis ipsum tristitiam cogunt *victores* deponere. CHART. episc. Wirz. I 289 p. 325,19 cum . . . de successuris michi . . . heredibus pertractarem inter consanguineos et amicos, quorum ab una parte naturalis federis perurgebat affectio, et placabilis meritorum . . . copia ab altera -bat *eqs. al.* **δ** *allicere – an-, verlocken:* FROWIN. explan. 7,3 infideles sicut non movet et -et praemium, quod Deus pollicetur, ita non deterret supplicium, quod minatur. **2** *intrans. i. q. mitescere – sanft, milde werden:* HUGEB. Wynneb. 7 p. 112,17 simplicitate columbe sic fruebatur, ut ille, qui prius zelo rigoris ardebat, postea clemens laeniter laxando mitialiter -bat.

***demulgeo,** -ctum, -ere. *mulgendo exprimere – melkend ausdrücken, ausmelken (in imag.):* ALFAN. premn. phys. prol. 14 p. 3 quamvis physicae adscribendus sit *hic libellus* principalius, ab omnibus tamen philosophicis -ctus uberibus.

demum *adv.* **1** *pendet a vocibus antecedentibus:* **a** *ab adverbiis temporalibus sim. i. q.* δή, *modo, denique, tandem – erst, endlich:* CONVERS. Afrae 8 multum populum Deo per tres annos adquisivit et ita -m ad martyrii palmam . . . adtinxit *Narcissus*. GODESC. SAXO theol. 6 p. 168,4 phitonissa . . . non eum *(Saulem)* cognoscebat, . . . tum -m Saulem cognovit, cum Samuhelem vidit. GERH. AUGUST. Udalr. 1,4 l. 157 carnes agni . . . inter missarum solemnia benedicti omnibus dispensavit et tunc -m cibum cum eis omni gaudio sumpsit. HROTSV. Abr. 3,10 tertia -m nocte. OTLOH. admon. 4 (PL 146 p. 252[C]) de die in diem, de mense in mensem de anno in annum conversionis tempus differunt *plurimi homines* aut vix -m convertuntur aut *eqs.* **b** *a pronominibus demonstrativis i. q. quidem – gewiß, jedenfalls:* RATHER. Metr. 10 l. 506 ea -m inter potentiam et omnipotentiam discretio est, quod illa quaedam, ista omnia potest. IOH. METT. Ioh. 87 ad id -m tota sibi spectabat intentio, quicquid iustitia adquireret, totum fideliter monasterio inferre. HERM. AUGIENS. mus. p. 47,12 quorum trium *(sc. cantilenae componendae, iudicandae, modulandae)* cui facultas affuerit, is -m musicus recte dicendus erit. GUNTH. PAR. orat. 1,3 p. 108[B] ea -m oratio est, et ad illam pertinet, quam Graeci latriam vocant. *al.* **2** *solum ponitur:* **a** *postremo – schließlich, letztlich:* WILLIB. Bonif. 5 p. 18,16 cum . . . eorum *(fratrum)* . . . contubernio dies . . . plurimos iniunxisset, gravi -m mentis arreptus est merore. ERMENR. ad Grim. 2 ne me longius ab incoepta via egressum obiurges, redeo -m ad id, quo omnes virtutes spectant: *eqs.* RUODLIEB I 83 dum satis obticuit, -m sibi denuo dixit: '*eqs.*' BERTH. (?) annal. a. 1067 p. 274,2 -m vero, cum hac spe frustraretur *Petrus*, . . . ad conversionem venit et in monasterio Pomposa iam se monachum fecit. WIBERT. GEMBL. epist. ad Hildeg. 23,40 illi *(sc. abbatissae mortuae)* . . . pro reddita -m corona iustitie gratulemur. *persaepe.* **b** *deinde, postea – dann, danach:* FORM. Augiens. C 13 sospitatem nostram dinoscite vestramque nobis -m intimate. BERTH. (?) annal. praef. p. 269,5 quaecumque . . . scribenda restant in eis *(tabulis Herimanni)*, inprimis tu diligenter emenda, -m scripta eis, qui ea dignentur, commenda. SUMMA dict. Saxon. 7,1 p. 219,38 si clerici et laici sunt ponendi, pones clericos primo loco . . ., -m laicos. *saepius.* **c** *rursus, denuo – wiederum, abermals:* ERMENR. Sval. 10 p. 162,18 laudavimus . . . creatorem nostrum, qui, dum nihil eramus, plasmavit nos, et, dum . . . ad nihilum -um reverteremur, iterum . . . restauravit nos. GESTA Tull. 24 quo *(Bornone)* praesulante sedi Leucae eadem urbs -um (denuo *var. l.*) igne conflagravit.

***demunio,** -ire. *(munimentis) denudare – (des Schutzes) entblößen:* CONST. imp. II 252,5 p. 345,20 (a. 1244) quod cum . . . nuncii nimis nobis periculosum assererent, terram scilicet restituere et nos quodammodo -ire, priusquam per ecclesiam pacem haberemus. INNOC. IV. registr. B 5 p. 4,16 qui *(hostes)* Aquilegensem ecclesiam . . . guerris continuis impetunt et illam castris et aliis suis munitionibus . . . totis elaborant viribus -ire.

demurmuro, -are. *secum murmurare – vor sich hinmurmeln:* IOH. METT. Ioh. 82 huc illucque spalmi quid semper -ans spaciabatur.

[demutabilis *v.* indemutabilis: EPIST. Wisig. 6.**]**

demutatio, -onis *f.* *mutatio – Ver-, Abänderung:* RATHER. prael. 5,20 l. 642 quod si forsitan assumptus ex abbate aut . . . pluribus iam praefuisti monasteriis, pensa, quae causa huiusmodi fuerit -is. MEGINH. BAMB. fid. 2 p. 261,11 ne quid ulterius licitum foret aut addere aut demere aut qualibet -e variari. RUP. TUIT. Ioh. 6,1442 nonne multum est, quod apponimus vel prava -e detrahimus? GERHOH. epist. 14 p. 540[A] servilis . . . formae -o ad glorificationem et exaltationem *(sc. respicit)*. ALBERT. M. div. nom. 2,42 p. 71,10 si . . . primum procedit in secundum, hoc non potest fieri sine -e primi. p. 71,20 cum . . . in primum rerum principium, quod est Deus, non cadat aliqua -o, non potest primum procedere in secundum.

demuto, -avi, -atum, -are. **1** *strictius i. q. (com)mutare, convertere – (ver-, ab)ändern, um-, verwandeln (interdum usu medial.):* **a** *gener.:* **α** *in univ.:* Ps. GALEN. puls. cod. Vr. 34 inequalis . . . est pulsus, qui saltus suos -verit in magnitudine aut vehementia. HRABAN. univ. 16,2 p. 443[B] Vascones quasi Vaccones, c in s litteram -ta. EPIST. pont. Rom. sel. II 442 p. 842,18 nos *(sc. papa Iohannes)* . . . predecessorum pia facta nostrorum indignum ducentes aliquatenus -are, quin pocius per omnia firmare volentes. REIN. LEOD. Regin. 16 qui *(Bartholomeus)* filius suspendentis aquas interpretatur, scilicet illius, qui in Chana . . . suspendit aquas naturam -ando, ut fierent vinum. CHRON. Reinh. a. 1211 p. 578,5 cum innumera bellorum . . . volumina . . . calamitatibus cytharam nostram in luctum . . . -assent *eqs. (spectat ad Vulg. Iob. 30,31) saepe.* **β** *de integritate corporali sancti ossibus restituta:* ANSELM. LEOD. gest. 16 in qua *(ecclesia)* cum post septuaginta annos corpore iam futurae resurrectionis gloria -to inveniretur *sanctus Hupertus*, . . . in pagum Arduennam est translatus. **b** *natur.:* ALFAN. premn. phys. 25,2 p. 141 in his *(venis et arteriis)* . . . primo turbidus generatur humor ex -to (mutato *var. l.*; *PG 40,700[A]* μεταβληθέντος) sanguine velut in uberibus lac. **c** *theol. i. q. transmutare – wandeln:* RADBERT. corp. Dom. 1, 132 visu corporeo et gustu propterea non -antur *Christi caro et sanguis*, quatenus fides exerceatur ad iustitiam. 10,85 quod sapientia Dei patris maluit hoc mysterium in speciem panis ac vini permanere quam in colorem ac saporem carnis et sanguinis -ari. *adde:* PAULIN. AQUIL. c. Fel. 2,24 l. 23 non se *(sc. virtutem Dei)* per mysterium incarnationis in duos deos vel in duos filios -asse, quemadmodum heretici insanire videntur. *ibid. al.* **2** *latius:* **a** *permutare – austauschen, wechseln:* **α** *gener.:* ARBEO Corb. 11 veicula *(i. equos)* -antes *missi* per loca, ut necessitas deposcerat. PETR. DAM. epist. 136 p. 466,15 qui legem carnis lege spiritus superat, qui fortitudinem corporis animi virtute -at. GOZECH. epist. 16 plena est exemplorum vetustas . . ., quanti quamque illustres viri certa ratione loca -verint. **β** *iur. i. q. cambiare – tauschen:* LIBER diurn. 33 p.

24,15 quoniam ill<e> fundum ill<ud> positum in loco illo ... poposcit atque desiderat commutare, ... predictum fundum ... contradat atque -et suscipiens ... ad vicem eiusdem fundi ... denominatum fundum. **b** *demovere, transferre – wegbewegen, entfernen, übertragen:* **α** *gener.:* GUTOLF. Delic. p. 17,9 cum suspicari non possent *monachi*, quod in tanta numerositate capitum *(sc. martyrum)*, que ipsi iam pridem locis suis -verant, sors iterato super Delicianam caderet. **β** *iur. c. s. tradendi:* EPIST. Wibald. 191 tua *(sc. episcopi)* ... prudentia ... iudicet, utrum abbatiam Visbike -are et aliquibus personis ... attribuere debueris. HELM. chron. 80 p. 150,23 Aldenburgensem episcopatum in alteram personam -are. **c** *revocare – abbringen:* WOLBERO cant. 3 p. 1160[B] a suae falsae scientiae pravitate -ti sunt *haeretici*. **d** *depravare – verdrehen, verzerren (usu absol.):* GERHOH. epist. 23 p. 591[B] nemo ... nisi non-catholicus, qui ignoret ut gentilis, qui neget ut Iudaeus, qui -et ut antichristus, audeat inficiari.

den *v.* dens.

***denadena** *numer.* (deni) *viginti – zwanzig:* RHYTHM. 118,5,2 a Moysi donec erat prima templi structura -a (aenadena *F*) quinquaginta novem quater centies *(i. CDLXXIX; sc. annorum spatia sunt)*. *Weber*

denaegatus *v.* denego.

***denante** *adv.* (de *et* in *et* ante, *cf. ital.* dinanzi) *in fronte, anterius – vorne:* COMPOS. Luc. K 3 a terra pertus[s]o, unde mittantur ligna, et -e (a -e *corr. m²; cf.* COMPOS. Matr. 77,16 ante), unde mittatur aurum *(de fornace conflatoria)*. *Antony*

***denarada, *denarata** *v.* *denariata.

***denararius** (din-), -i *m.* *per denarium excussum manumissus – durch Schatzwurf Freigelassener (de re v. LexMA. VII. p. 1442 sq.):* LEX Ribv. 64,3 quod si dominus eius *(servi)* eum ante regem dinariari (dinariare, dinariatum facere, dinarium facere, denarium facere, di-rarium facere, de-rarum facere *sim. var. l.*) voluerit, licentiam habeat. *v. et p.298,4.6.*

***denaratium,** -i *n.* *(mercium) copia pretii unius denari – (Waren-)Menge im Wert eines Denars:* CHART. Col. II 230 p. 233,16 (a. 1243) cum integro pane, -ratio et stopo vini.

denariaca *v.* *denariata.

***denarialis** (din-), -e. **1** *per denarium excussum manumissus – durch Schatzwurf freigelassen (de re v. l. 31):* CAPIT. reg. Franc. 41,9 homo -is non ante hereditare in suam agnationem poterit, quam usque ad terciam generationem perveniat. LEG. Lang. p. 517,37 (a. 1019/37) homo -is (gloss.: -is, scilicet quae libertas in Francia utitur) non antea hereditare ... potuerit, quam *eqs.* *subst. masc.:* CAPIT. reg. Franc. 68,4 de -bus, ut, si quis eos occiderit, regi conponantur. LEX Ribv. 65,2 (rec. B) quod si *quis* di-em eum *(servum suum)* facere voluerit. *v. et p.298,4.6.* **2** *ad denarium excussum pertinens – zum Schatzwurf gehörig:* FORM. Marculfi 1,22[tit.] preceptum -e (di- *var. l.*). FORM. Senon. I 12[tit.] c a r t a di-e ante rege (FORM. Sal. Bign. 1[capit.] c. -e. *ibid. al.*).

***denariata** (-ida, -aca) *vel* ***denerata,** -ae *f.* *script.:* -nara-: *l. 60. adde* Chart. Burgund. 37. -ad(a): *l. 60. adde* CHART. Rhen. med. I 60 p. 317,30. (denarius; *cf. francog. vet.* denrée, *cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. III. p. 39sqq.*)

(mercium) copia pretii unius denarii – (Waren-)Menge im Wert eines Denars: CHART. Epternac. 104 (a. 789/90) ut annis singulis ... -iatam c e r e solvere studeant *famula eiusque infantes* (CHART. Rhen. med. I 257 duas c. -aradas. *saepius*). CAPIT. reg. Franc. 273,20 p. 319,5 ne illi, qui panem ... aut carnem per -eratas ... vendunt, adulterare ... possint. MIRAC. Ursm. 1,23 p. 835,37 ab ... dampno vini unius -eratae. REGISTR. abb. Werd. 7,12 p. 224,21 dabit *Falcbertus* villico -idam panis, -idam carnium. CHART. episc. Halb. 500 l. 52 ut ... camerariis ... singulis singule -iace panis (panes *corr. ed. satis superflue*) dentur. *al.* CHART. Hans. 660 p. 227,45 mercatores ... Flandrenses apud Hamburgh ... non poterunt ... bona ... vendere particulariter per numeratas -iatas, nisi *eqs. saepe*. *cf.* denarius.

***denarida** *v.* *denariata.

***denario** (din-), -atum, -are. *per denarium excussum manumittere – durch Schatzwurf freilassen (de re v. p.297,31):* LEX Ribv. 60,4 si ... homo -tus (di-, di-atur *var. l.*) absque liberis discesserit *eqs.* 61,1 nullus tabularium aut servum tabularii -are (di-ari iactare, denararium iactare, denarialem facere *sim. var. l.*) ante regem praesumat. 65,2 quod si *quis* ⌞-ari eum *(servum)*⌟ (denarialem eum facere, denararium eum facere, dinarium eum facere *sim. var. l.*) voluerit, licentiam habeat. *v. et p.297,33.*

[denarionem *v.* denarius.]

***denariosus,** -a, -um. *dives – reich (usu subst.):* BERNH. GEIST. palp. 1,428 esse timorosus solet omnis -us.

denarius (din-), -a, -um. *script.:* te-: *p.299,1.42.* penor- *l. 32.* dan- *p.299,36.* -nur-: *l.33.* *form. subst. masc.: nom. pl.* -us: *l.68. adde* CHART. Sangall. A 105. *acc. pl.* -us: *l.65.p. 299,71.* *metr.* -năr-: *l.71.*

I *adi.:* **A** *de positione in numeratione decimali q. d. i. q. decades continens – Zehn(er)-:* PAULIN. AQUIL. c. Fel. epist. 87 per quinque exteriores corporis sensus, qui in se ducti -i n u m e r i summam concludunt (AMALAR. off. 2,2,3. *saepe*). ANON. minut. 3,4 de CXX medietas sumenda est, quae est VI in -o l i m i t e (HERIG. reg. 2,7. *al.*). MATHEM. var. Bubnov p. 260,14 -am unitatem quasi in alios articulos augmentatam transfer in decies millies mille millibus. p. 286,25 sciendum est ... omnes in abaco lineas decuplo aut superare aut superari totamque artis huius disciplinam -a constare subtilitate. URSO element. 5 p. 141,32 sepe numero decem elementa virtutem sue coniunctionis -e infundunt corporibus. *persaepe*. **B** *decimus – (der) zehnte:* GESTA Vird. cont. II 12 p. 525,12 ita quod vicenariam, deinde -am partem omnium redituum et decimarum in donativis milicie sibi dari ... compelleret *summus pontifex*. **C** *decennalis, decennis – zehnjährig, für zehn Jahre gültig:* CHART. Sangall. A 87 (a. 778/81) facta pregaria hanc penoria et non per quinquagines renovaciones. 91 data precaria hanc -uria et non quinquagenas renovationis. **D** *monetis -is constans – aus Pfennigen bestehend (pro gen. plur. subst. masc., ut vid.):* CHART. Bund. 201 p. 161,14 (a. 1078) quod accepimus *(sc. Ugo et Rolenda)* ... argentum -as bonos libras octo. 391 quod accepimus *(sc. Obertinus et alii)* ... argenti -as bonorum veterum libras tres.

1 *gener. i. q. nuntiatio, promulgatio, declaratio – Meldung, Verkündung, Bekanntmachung:* **a** *strictius:* **α** *in univ.:* FORM. Andec. 32 p. 14,26 palam ostendere et puplica -onciacionem manifestare. AMULO epist. 1,9 quae omnia *(sc. praedicta)* ex universalis ecclesiae lege descendunt et sacerdotum praedicatione ac -e commendantur et . . . observanda sunt. PETR. DAM. epist. 115 p. 307,16 totum . . . gaudium, quod angelica fuerat -e promissum. ALFAN. premn. phys. 8,10 p. 83 non passionem, sed consensibilitatem quandam ac -em (*PG 40,652B* ἀπαγγελίαν) passionis. CHART. Tirol. notar. II 582a p. 371,22 quod hoc . . . denunciatum per litteram vel per vocem seu -ciacione preconis vel viatoris . . . fuerit. *saepe.* **β** *c. notione monitionis:* CAPIT. reg. Franc. 210,5 laici . . ., qui post hanc -em socios se huius expilationis praebuerint *eqs.* CONST. Melf. 1,22,2 p. 176,7 si -e . . . minime praecedente mulierem clamantem sub se teneat *(sc. qui mulierem violare vult)* violenter *eqs.* **γ** *c. notione praeceptionis:* CAPIT. Bened. 3,133 si necessitas fuerit vel -o regis urgeat, vocatus venire nemo tardet. PONTIF.

[Weber]

Rom.-Germ. 99,33 -o ieiuniorum primi, quarti, septimi et decimi mensis. BERNOLD. CONST. microl. 25 p. 998D admonet *papa*, ut infra eamdem hebdomadam quarta et sexta feria ieiunetur . . ., quem -is modum pene in omnibus suis sermonibus obtinuit, cum ieiunia quatuor temporum denuntiaret. 46 p. 1011C in festivis diebus 'ite missa est' dicitur, quia tunc generalis conventus celebrari solet, qui per huiusmodi -em licentiam discedendi accipere solet. *al.* **b** *latius:* **α** *nominatio – Benennung, Bezeichnung:* MANEG. ad Gebeh. 9 p. 333,43 quin pocius . . . probabiliter colligitur . . ., qui cunctis prelatus inutilem se, indignum servum omnium Christo serviencium abiectissima -ciacione appellat. **β** *praenuntiatio – Ankündigung, Voranzeige:* EPIST. Wibald. 329 post multas -ciationes, quibus defuturum nobis *(sc. Corbeiensibus)* panem et potum denunciavit *praepositus*. INNOC. III. registr. 2,68 p. 123,13 post -ciationem novi operis. CHART. Tirol. 914 p. 319,26 si ipse conductor suum ius vendere voluerit, prius denunciare debeat . . . domino locatori . . ., et, si emere noluerit, infra XXX dies post -ciacionem factam *eqs*. CHART. Brixin. 160 p. 171,30 si . . . Ruebus vel sui heredes ius suum vendere voluerint, denuncient ospitalario . . ., si . . . infra mensem post -cciacionem emere noluerit *eqs. saepius.* **γ** *praesagium – Prophezeiung:* HRABAN. mag. (PL 110, 1105D) Deus . . . illos falsos deos et omnino deserendos eorumque templa et simulacra et sacra evertenda per suos vates, hoc est prophetas, aperta -e praedixit. WENR. epist. 1,2 p. 287,20 videant *prudentes et cordati* tot prophetico spiritu factas -es, qualis tandem effectus probaverit. RUP. TUIT. off. 2,23 l. 977 quamvis . . . auctor . . . promissionum sacramenta mutaverit, quia promissa perfecit et -bus . . . cessationem imposuit, quoniam denuntiatus advenit. trin. 9,7 l. 260 ita vidit *Ioseph*, ut eius *(sc. fratris)* visione -is suae meminisse videretur, qua dixerat: '*eqs.*' 41,18 de persecutione eius *(Antichristi)* . . . quod . . . magna futura sit, Dominus gravissima -e asserit, cum . . . dicit: '*eqs.*' *(Vulg. Matth. 24,19sqq.)*. **2** *iur.:* **a** *oratio, testimonium – Aussage:* CONC. Merov. p. 43,2 ut, si recte feceras *(sc. Agroetius episcopus)*, absolutus . . . remearis, sin . . . transgressorem te canonum esse constaret, presenti -ciatione cognusceris. FORM. Andec. 32 p. 15,10 ipsi homo taliter prebuerunt testimonium, ut, inspecta illa epistola, quem illi presentabat, sua -onciacionem veraciter concordabant. **b** *vocatio – Vorladung:* CONST. Melf. 1,98 si, ubi sit, qui citandus fuerit, ignoretur . . ., sufficere volumus, quod -o domi fiat, in qua uxor eius et filii vel alia specialis ipsius familia commoretur. CHART. Tirol. notar. I 166 Calvus viator dixit . . ., quod hodie . . . faceret -ciationem, ut hodie veniret *Henricus* ad observandam dictam sententiam. **c** *delatio – Anzeige:* ARNOLD. LUB. chron. 7,3 p. 233,8 (epist. papae) nisi forsan infra mensem post factam -ciationem a vobis *(sc. archiepiscopo Moguntino et aliis)* ad sedem apostolicam accesserit *archiepiscopus Coloniensis* iudicandus. CONST. Melf. 1,86 qui . . . magister procurator . . . per singulas iurisdictionis sue partes ad -es fidelium delatorum . . . inquisitiones studeat facere diligentes. ALBERT. STAD. chron. a. 1240 papa archiepiscopos et episcopos ad -ciationem imperatoris sollicitavit. CHART. ord. Teut. (Thur.) 299 p. 246,11 si una eademque persona prepositus et commendator loci fuerit, -ciacioni provincialis commendatoris . . . stabitur. *al. v. et p. 333,25.* **3** *milit. i. q. indictio – Erklärung, Ansage:* HIST. peregr. p. 127,3 imperator sue maiestatis prospiciens honestati duxit conveniens ad eum *(Saladinum)* premittere legationem et cum -ciatione b e l l i se illius hostem fateri (p. 148,23. HIST. de exp. Frid. imp. p. 58,9 cum -e b.).

denuntiator (-nci-), -oris *m.* *delator – Anzeiger, Ankläger, 'Denunziant':* CONST. imp. II 398,5 (a. 1202) exercuit *episcopus* . . . -is officium. CONST. Melf. 1,39,1 quas *(denuntiationes)* in posterum -is (denuntiactionis *var. l.*) nomine non expresse recipi prohibemus. ACTA imp. Winkelm. I 802 -ciatore . . . accersito. CONST. imp. II 262,3 non per accusacionis ordinem . . . nec per denunciationem legitimo -ciatore cessante. ANNAL. Erf. Praed. a. 1232 p. 83,29 cum episcopus illos *(incolas Castrenses)* denunciasset illique -ciatores de terra sua expulissent *eqs. al.*

denuntio (-ncio), -avi, -atum, -are. *script.:* -non-: *p.332, 25.70.333,18. al.* -ncci(o): *p.333,26. al.* -ncti(o): *l.12. coni. praes.* -ciit: *l.15. pendet* in *c. acc.: p.333,33. partic. usu subst.: praes.: p.333,24. perf.: p.331,30.*

1 *gener. i. q. nuntiare, promulgare, profiteri, praedicare – melden, öffentlich erklären, bekanntmachen, kundtun, verkünden:* **a** *strictius:* **α** *in univ.:* NICET. ad Chlodos. p. 120,18 quoniam duos esse *(sc. Patrem et Filium)*, cum unus est *salvator*, et alius non est, -ant *(sc. Ariani)*. EPIST. Desid. Cad. 5 non aliter fiat, nisi in placito, quod vobis *(sc. episcopo)* . . . pontifex -verit. TRAD. Frising. 738 quidam vir nobilis . . . venerat -ans suam filiam veneno percussam. TRAD. Ratisb. 865 ego . . . abbas . . . -ctio omnibus tam praesentibus quam futuris *eqs*. CHART. Raitenh. 337 p. 270,30 ut -etur *Otto* ubique publice excommunicatus. *persaepe. fort. add.:* RECEPT. Sangall. I 138 ad morsum serpentis; qui foras tectum mordit, -ciit et sic precantetur: '*eqs.*' **β** *c. notione monendi:* CONST. Melf. 1,22, 2 quod per mulierem aut pro parte sua per aliquos -tum (nuntiatum *var. l.*) ter fuerit *eqs.* **γ** *c. notione minandi:* ANNAL. regni Franc. a. 826 p. 169,28 quorum *(accusatorum)* utrique -tum est, quod, si medio Octobrio ad imperatoris generalem conventum venire distulisset *eqs.* GERH. AUGUST. Udalr. 1,14 l. 9 cui *(hortulano)* ille respondit -ando dicens: 'si hoc facis, sensum et sospitatem membrorum tuorum te perdere dubium non est'. **δ** *c. notione iubendi, praecipiendi:* FORM. Andec. 47 illi fuit -onciatum, ut . . . ipso illo in autericio presentare deberit. CAPIT. reg. Franc. 32,7 ut unusquisque iudex suum servitium pleniter perficiat, sicut ei fuerit -tum. WALAHFR. Gall. 1,24 cum . . . s y n o d u s . . . trium spatio -retur futura dierum, beatus Gallus . . . perrexit ad oppidum (CONC. Saxon. I 13A p. 155,6. *al.*). TRANSL. Libor. I 8 -to ieiunio. HUMB. Sim. 3,4 p. 202,11 quos . . . sacrilegos cavendos Pius apostolicae sedis pontifex ita -at dicens: '*eqs.*' VITA Heinr. IV. 3 p. 16,15 apostolicus . . . episcopis aliisque regni principibus, ut a communione excommunicati regis se retraherent, -ciavit. *saepe.* **ε** *c. notione vetandi:* CAPIT. reg. Franc. 192,4 omnibus scabinis -etur, ne quis deinceps etiam iustum iudicium vendere praesumat. 259,12 ut missi nostri . . . -ent, ne commutationes rerum . . . quilibet praelatus . . . sine licentia . . . facere praesumat. RIMB. Anscar. 9 p. 30,39 cui . . . -tum est, ne se raderet, antequam ad praesentiam imperatoris veniret. GLOSS. I 300,55 St.-S. -vit firbôt. *al.* LIUTPR. antap. 3,47 p. 99,19 rex Hugo Lamberto comminando -at, ne se fratrem suum . . . dicere audeat. GLOSS. II p. 21,37 Th. -vit ferbôt, fersegita. **b** *latius:* **α** *iudicare, declarare – erklären (zu):* REGINO chron. a. 872 Adalgisus certis indiciis colligens . . . hostem . . . se ac tirannum esse -ciatum. ARNULF. MEDIOL. gest. 2,13 p. 157,12 videns . . . se Chuonradus delusum suum et rei publice palam Heribertum -at inimicum. DIPL. Conr. III. 28 si quis . . . concambium . . . cassare . . . presumpserit, maiestatis reum -ciamus. OTTO FRISING. gest. 1,26 comitem quendam nobilem Heinricum . . . hostem -cians Baioariam cum magna militum copia ingreditur *Fridericus*. 1,31 p. 49,10 rex . . . Ungarorum . . . ducem Noricum habens suspectum hostem -ciat. LIGURINUS 9,192 curia damnatos regni -ciat hostes *(sc. Ligures).* **β** *appellare, dicere – bezeichnen (als):* PAULIN. AQUIL. c. Fel. 1,23 l. 36 dicendo 'alium' se *(Christum)* . . . et spiritum sanctum paraclytum, hoc est advocatum, -at *(spectat ad Vulg. Ioh. 14,16)*. 2,16 l. 5 cum constet homo unus ex duabus diversisque naturis, propter quod Paulus interiorem et exteriorem -at hominem. 2,2 l. 31 quem . . . Paulus Deum 'super omnia benedictum' commemorat, hunc Hiezechiel propheta Deum 'sublimem' -at. CONC. Karol. A 61 p. 797,17 in quibus *(sc. omnibus scriptis meis)* numquam me iustifico, sed semper indignum episcopum subscribens ubique -o (*sc. Ebo; item* p. 804,2). **γ** *significare – bedeuten:* AMALAR. ad Hild. 65 quod . . . diversi generis lapides . . . inscripti sunt, -at figurate, quia multiplex est varietas in gratia bonorum operum. **δ** *praenuntiare – (vor)ankündigen:* AETHICUS p. 135,1 si ante -tus fuerit *conventus*. HILDEG. scivias 1,4 l. 726 aurora lucem diei -at. CHART. Tirol. 764 p. 196,25 ex quo ei *(domino Artuicho)* -ontiatum fuerit infra tres hebdomadas. 1069 p. 115,7 si . . . dominus Ernestus ius suum vendere voluerit, primo debet -ciare dominis canonicis. *al. v. et p.331,14.17.20.30.* **ε** *praesa-*

gire – vorhersagen: GODESC. SAXO theol. 6 p. 171,2 phitonissa praestabat quaestum dominis suis divinando, semimortuorum . . . mortes -ando et . . . infirmorum . . . vitam futuram. 7 p. 184,3 illorum, quibus 'arescentibus prae timore . . .' digna -atur desolatio. LIUTPR. antap. 3,6capit. quod . . . beatus Sirus Papiam veniens prophetiae spiritu eius affluentiam et Aquilegiae casum -arit. HUGO FLAV. chron. 1 p. 329,43 qui *(angelus)* parentibus futuram ex misericordia unius pueri nativitatem -ret. ζ *nominare, memorare – nennen, erwähnen:* CHART. Sangall. A 11 (a. 743/47) in his locis, quorum hic nomina -antur *eqs.* 75 presentibus testibus, quorum hic nomina -ciantur *eqs.* DIPL. Otton. III. 304 p. 732,5 medietatem palatio nostro et medietatem parti -ti monasterii. DIPL. Otton. I. 461 p. 629,27 assensum prebentes hoc . . . preceptum ex -ciata capella . . . iuris nostri in eodem sancto cenobio donamus *eqs.* **2** *iur. et canon.:* **a** *(iure iurando) affirmare – (unter Eid) beteuern, beeiden:* FORM. Andec. 32 p. 15,11 si . . . pontifex et ipsi comus vel, qui cum eo aderant, -onciaverunt ipsius illi, ut, quicquid per annorum spacia de eo tempore usque nunc recti et legaliter possederat *eqs.* (*sim.* 47). ALBERT. M. sent. 4,34,5 p. 333b,18 illi, quorum matrimonium ab eis *(testibus)* -atur, primi iurant, quod numquam carnaliter convenerunt, et alii postea iurant, quod credunt eos verum iurasse. **b** *insimulare, deferre – anzeigen:* CONST. Melf. 2,50,3 ut . . . -ans vel accusans accusatione vel denuntiatione probata tantundem ab officiali recipiat. CHART. Hall. 224,13 p. 210 reus publice -ciabitur (-cc- *S1*). CONST. imp. II 427,13 si qua domus vel castrum -ciatum fuerit publice super aliqua rapina. CHART. Bund. 1281 p. 69,4 ordinaverunt *consul et alii* suos . . . missos et . . . defensores dominum Ugonem . . . et dominum Guill<iel>mum . . ., ita ut unusquisque eorum . . . in toto teneatur . . . ad -onciandum quilibet persona Disertin., quas *eqs. al.* **c** *anathema agere, iniungere – den Kirchenbann verhängen:* CONST. imp. II 116,14 (a. 1227) -vit *papa* in nos pro . . . tribus capitulis.

denuo *adv. script.:* din-: *l.39.48.49.65. al.* dun-: *l.63.* -nio: *l.48. saepe abund., e. g. l.41.63.68.p.334,3.5.*

1 *de novo, de integro – von neuem, erneut:* CONC. Merov. p. 165,14 custodite diem dominicam, quae nos -o peperit. CHRON. Fred. 2,27 Romam dinuo consolis creati sunt. SERMO de Marso 5 redivivam idolorum culturam destruere et christianitatem -o reparare ceperunt *praedicatores*. PETR. DAM. serm. 2,2 monasterium per latomos ac caementarios -o construentes. VITA Heinr. IV. 3 p.15,25 recenti coniuratione se invicem obligabant *(sc. exules)*, ut parati essent ante mori quam -o deditione subici. DIPL. Constantiae 19 p. 64,22 ne . . . fatigetur ecclesia -o. *persaepe.* **2** *iterum – abermals, zum zweiten Mal:* CONC. Merov. p. 116,19sq. ipsos *(sc. Medovechum et alios)* -o (dinio *AB*) interrogantes . . . professionem nobis -o ore proprio retullerunt. LEX Ribv. 34a dinuo (-o *var. l.*) placitus ei *(domino servi)* concedatur, ut *eqs.* WILLIB. Bonif. 6 p. 34,20 -o Romam nuntii eius venerunt. WALTH. SPIR. Christoph. I 16 etiam auguralem Apollinis statuam collata sororis manu trahendi facultate deiciens -o exclamavit *Nicaea*: '*eqs.*' THIETM. chron. 7,2 Arnulfum . . ., quem Ravennati antea prefecit aecclesiae, cesar -o inthronizatum ab apostolico ibidem consecrari precepit. OTTO FRISING. gest. 1,58 p. 83,8 in crastinum ipso *(episcopo)* -o coram summo pontifice in causa posito recitatur scriptum. *persaepe. bis – zweimal:* HUGEB. Wynneb. 13 p. 115,41 aequiperante dierum seu noctium mensura . . ., quod -o in anno, primum crescente die et secundo decrescente die, solet fieri. **3** *rursus – wiederum, zum wiederholten Mal:* ALDH. ad Acirc. 123 p. 170,19 quia in his casibus *(sc. nominativo, accusativo, vocativo)* -o (dunuo *P1*) ad amphibrachum redire noscuntur *nomina neutra*. FORM. Marculfi 1,4 l. 24 petiit *pontifex* celsitudinem nostre, ut hoc dinuo (-o *var. l.*) . . . nostra deberit actoritas generaliter confirmare. GODESC. SAXO theol. 19 p. 270,19 ecce, claret -o, quod pater est Deus non tamen de Deo. TRAD. Frising. 1155 quam *(complacitationem)* -o successor eius *(Lantberti episcopi)* Abraham . . . renovavit. BERTH. (?) annal. a. 1079 p. 318,39 domnus . . . apostolicus pro causa . . . diffinienda synodum -o in ebdomada pentecostes fieri destinavit. *persaepe.* **4** αὖ – *'wieder':* CONC. Merov. p. 102,2 si quis clericus post acceptam benedictionem . . . ad coniugale thorum -o . . . redire praesumpserit *eqs.* CONSUET. Rod. 2,17 capite cooperto ingrediens et -o regrediens detecto capite. MIRAC. Otton. Bamb. I 9 p. 913a,37 ad fratres suos reversus IX septimanas explevit Pomeraniam iens et inde -o rediens. *saepe.*

denurius *v.* denarius. **denus** *v.* deni.

denusco *v.* dinosco. ***denutarius** *v.* *tenutarius.

denuto *v.* denudo.

***denutrio,** -itum, -ire. *(e)nutrire – aufziehen:* VITA Balth. A 9 alios ex ipsis *(sc. captivis redemptis)* in monasteria intromisit et precipue de gente sua viros et puellas quam plures ⌞-tas (*postea:* enutriverat) suas⌟ (nutrire fecit *A2*). *Weber*

deo *v.* de p. *41,51.*

***deobligatio,** -onis *f. liberatio, exsolutio – Befreiung, Entbindung:* ALBERT. M. bon. 251 sunt . . . tria, ad quae prodest *ieiunium:* scilicet -o mandati, ad quod tenebatur *(sc. peccator)* . . . obligante confessore, qui paenitentiam iniunxit *eqs.* sent. 4,17,2 p. 662b,41 diminutio poenae per vim clavium et -o a d e b i t o confessionis (miss. 1,1,9 p. 12b,32 a d. oris nostri -em. 1,1,12 p. 13b,7). 4,17,5 p. 664b,31 -em . . . manendi extra castra facit Dominus per sacerdotem reconciliantem.

***deobligo** *vel raro* ***disobligo,** -avi, -atum, -are. *script.* -oli-: *l.39.* **1** *obi. homines:* **a** *liberare, (ex)solvere – befreien, entbinden:* ALBERT. M. bon. 244 cum praeceptum de ieiunio fiat, ut serviatur Deo, et primum ieiunium non fuerit de servitio Dei, per primum non de-amur. ALBERT. M. sent. 2,22 p. 383a,47 si est privatio scientiae pertinentis ad officium, tunc, si dimittit *(sc. ignorans)* officium, de-atur, et tunc non erit in ipso ignorantia obligans. 4,17,6 p. 666b,11 simpliciter valet *confessio* quoad hoc, quod praecepta ecclesiae solvit *audiens* et de-atur a debito confitendi. *ibid. al. de divortio:* ALBERT. M. sent. 4,39,9 p. 439a,32 in baptismo peccata solvuntur, non coniugia; ergo per baptismum non de-atur viro uxor. **b** *compensatione remunerari – entschädigen:* CHART. Francof. 146 (a. 1248) factus est fideiussor *Wintherus miles*, ita quod de-bunt *fratres* eum . . . de omnibus dampnis sibi forsitan occurrentibus. **2** *obi. res i. q. reluere, repignerare – auslösen:* CHART. Bund. 503 p. 18,40 (a. 1204) debent *fratres* eam *(silvam)* dispedire et disoligare suo pignore et d i s p e n d i o (505 p. 21,25 dis-are). CHART. Francof. 138 abbas et conventus . . . dederunt XL marcas . . . Ruperto . . . pro eo, quod de-ret eis decimam . . . et insuper de-ret eis bona illa omnia Wetzelonis. CHART. episc. Lub. 104 p. 98,1 si . . . villas superius memoratas de-verimus, nos . . . protestamur, quod decimas de eisdem villis . . . receptas a domino episcopo . . . numquam repetamus.

adi. **deobligatus,** -a, -um. **1** *liber – frei:* ALBERT. M. anim. 3,4,5 p. 234,77 ab omnibus . . . coactionibus -a est voluntas; cadente enim coactione exterius in corpus, libera manet voluntas *eqs.* **2** *innocens, expers culpae – schuldlos, unbelastet:* ALBERT. M. eth. II 7,1,4 p. 474a,38 si concupiscentis mens -a sit et libera et serena, nunquam continget aliquid facere.

***deoccupo,** -avi, -atum, -are. **1** *relinquere, dimittere – räumen, freigeben:* CHART. Eichsf. 398 p. 236,46 (a. 1258) si forte ille de Plesse non posset induci ad -andum castrum Rusteberc *eqs.* CHART. Westph. III 994 p. 515,29 piscationes et occupationes illicitas, quas super marcham communem . . . occupabimus, -bimus et deponemus domos vel structuras factas in eisdem. **2** *liberare – befreien:* ALBERT. M. eth. II 8,3,1 p. 539b,6 populus aliis omnibus laboribus -tus magis ad devotionem poterat excitari. *c. sensu ab impetitione defendendi:* CHART. Nuremb. 408 p. 250,19 (a. 1265) quod, si . . . dominas *(sc. coenobii in Engelthal)* . . . inpetitionis impulsationem sustinere contingat in bonis prelibatis, ab illa nos . . . ipsos . . . absolvere debeamus *(sc. Cunradus burggravius)* sine ipsorum dispendio bona sibi . . . -ando.

[deocenus *v.* dioecesanus: CONC. Karol. A 10,6.**]**

deonero (deho-), -avi, -atum, -are. *usu refl.: p.335,3. exonerare – entladen, (er)leichtern:* CHART. Gelr. 968 p. 936, 15sqq. (a. 1275) si . . . aliquae naves onerosae evacuarentur, -rentur, aut aliqua bona egererentur, . . . a thelonario petendum est licentia dando ei quadrantem -ando dictum eynen lichtveerlinc *eqs. liberare – befreien, entledigen:* TRACT. de aegr. cur. p.

281,10 dum tale *(frigidum et viscosum)* fleuma in predicto intestino *(sc. longanone)* superhabundat, ipsum aggravat et honerat, ipsum ab honere inutili et superfluo se deh-are laborat.

deonestatio, deonesto, deonoratio *v.* dehon-.

deoperio, -rtum, -ire. *detegere, aperire – aufdecken, öffnen:* PAUL. DIAC. Lang. 3,12 p. 99,8 pervenientes ... ad cisternam -tamque (-taque, -entesque eam *var. l.*) ingrediuntur *senex et pueri* (*inde* IOH. VEN. chron. p. 68,19).

***deoperor,** -atus sum, -ari. *officere, impedimento esse – entgegenwirken, hinderlich sein:* ALBERT. M. sent. 4,12,1 p. 290^{b},36 nihil ad sumptionem *(sc. corporis Christi)* operaretur vel -retur cruditas carnis.

***deoppilativus,** -a, -um. ἀναστομωτικός, *purgativus – frei machend, entschlackend, reinigend:* MATTH. PLATEAR. (?) gloss. p. 372^{C} omnia ista *(sc. antidota)* sunt -a. p. 379^{H} aqua -a est.

***deoppilo** (-opi-), -are. *aperire, purgare – frei machen, entschlacken, reinigen:* ALBERT. M. veget. 6,397 quae *(nepeta)* fortissima est in -ando et confortando. MAURUS urin. II p. 50,4 splenis est officium depurare epar a multa superfluitate, et deopilatur ... epar.

***deordinatio,** -onis *f.* **1** *perturbatio ordinis, neglegentia – Unordnung:* CHART. civ. Erf. 283 p. 181,16 (a. 1276) si ... curiam ... locare seu ... vendere voluerit *filius*, utrumque faciet de dictorum fratrum consilio et favore, ne propter inhabitantium -em aliqualiter molestentur. **2** *depravatio – Verkehrtheit:* ALBERT. M. bon. 553 p. 293,6 determinatur *rectum* in ordine et habitudine animae ...; et opponitur obliquato ab ordine illo, et haec obliquitas -o est. HUGO RIPELIN compend. 6,33 p. 230^{a},21 quamdiu homo culpam habet, debitor est poenae; culpa autem consistit in -e voluntatis. **3** *malum – Übel:* SALIMB. chron. p. 476,30 sic vigiliis, ieiuniis et orationibus ... intentus fuit *Clemens papa*, quod multas, quas ecclesia tunc sustinebat, -es Deus suis meritis creditur extraxisse (*item* ALBERT. MIL. temp. 273 p. 530,15; *cf.* MART. OPP. chron. p. 441,11 tribulaciones ... extinxisse).

***deordino** *vel raro* ***disordino,** -atum, -are. *pendet* de: *l. 59. partic. praes. usu subst.: l.40.*

1 *de eversione ordinis i. q. perturbare, confundere, deflectere – stören, durcheinander bringen, umkehren:* **a** *in univ.:* ALBERT. M. resurr. 108 p. 309,41 duo sunt de-antia potentiam ad actum, scilicet fomes originalis et habitus ex actuali relictus. bon. 560 p. 296,79 iustitia generalis est habitudo contraria omnibus peccatis, inquantum de-ant potentias et corrumpunt ordinem rectum virium. **b** *mutare, tollere – verändern, aufheben:* CAPIT. reg. Franc. 281,3 regni vestri *(sc. imperatoris)* defensionem ... per fideles vestros ... dispositum habetis ...; ipsam dispositionem nos *(sc. fideles)* dis-are non possumus nec debemus. CHART. Turg. III 419 p. 198,4 (a. 1259) ad occurrendum omni ... fraudulentie, ... ex qua huius ordinationis salutifera pactio de-ri posset *eqs.* (*sim.* app. 7 p. 974,14). **2** *de prava ordinatione (in lusu verborum):* **a** *contra ordinem ordinare – wider die Ordnung ordinieren:* BERTH. (?) annal. a. 1078 p. 308,48 illis ... ordines et consecrationes ... adempti sunt, qui per episcopos ... sacerdotali dignitate ... privatos ... se ordinari, immo potius de-ari praesumpserunt. **b** *contra ordinem instituere – wider die Ordnung anordnen:* ANNAL. Mell. Vind. I a. 1267 p. 701,8 (chart.) pro sua voluntate de his *(sc. decimis)*, que ad ipsos non pertinent, aliter ordinare, imo pocius de-are presumunt *laici quidam.* **3** *de deviatione ab ordine i. q. immoderatum, intemperatum esse – undisziplinierte, maßlos sein (usu medial.):* ALBERT. M. eth. I 291 p. 251,3 esse sumptuosum in se est vitium intemperati, et ideo non convenit alicui virtuti, nec tamen magnificus de-atur ad seipsum.

adi. **deordinatus,** -a, -um. *inordinatus – ungeordnet:* **1** *in univ.:* DAVID compos. 2,10,3 p. 93,25sqq. omnes vires animae et potentiae ... de-ae sunt et quasi subversae, non autem subtractae, sed foedatae et perverso modo se habentes, sicut organum musicum, quod, quando ... contractum fuerit et de-um, horrendum stridorem pro cantu emittit. **2** *incompositus – unproportioniert:* ALBERT. M. animal. quaest. 14,11 p. 258,10 omne animal habet aliquod genus armorum a natura, quoddam cornu, quoddam ungues ..., et homo vicissim quolibet genere armorum indiget; unde si a natura habuisset omne genus armorum, corpus eius nimis fuisset de-um. **3** *discrepans – verstimmt: v. p.335,68.*

deortatio *v.* dehortatio.

deorsum (iosu(m), iusu(m), ioso, iuso, zosum, zusum, çosum) *adv. script. et form.:* dorsum: *l. 18.* deorse: *l. 20.* deorsim: *p. 337,10.* deorsu: ALDH. ad Acirc. 53,3 *(var. l.).* iussu: *p. 337,2.* iossum: *p. 337,7.* visum, viso: *l. 62. 65. abund. coniungitur c.* versus: *l. 34. 67. p. 337,17. usu praep.: c. abl.: l.65.p.337,25. c. gen.: l.67.71.p.337,8.*

I *in locum, partem inferiorem – abwärts, hinunter, nach unten (secundo flumine – stromabwärts: l.25sqq. 63sqq.):* **A** *de motu:* **1** *proprie:* **a** *in univ.:* **α** *gener.:* HUGEB. Willib. 4 p. 96,8 venientes de monte -m in unum collecti faciunt *fontes* Iordanum. GERB. geom. 5,10 p. 77,15 quae *(linea)* iusum a summo directim more perpendiculi pendens ... rectum angulum efficit, catheti ... vocabulum suscipit *eqs.* CHART. Garz. 1 p. 82,40 do-m effundat dominus super eum *(sc. qui ausus est legem statutam infringere)* furorem suum. HONOR. AUGUST. spec. p. 953^{C} huius *(monachi)* oratio ... -e ad tartara extendens per terras ire prohibuit *(sc. diabolum).* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 105,12 per caude motum avis iuvatur habere quatuor motus: sursum, -m et dextrorsum et sinistrorsum. *saepius.* **β** *medic.:* GLOSS. med. p. 8,1 anocatum: hoc est s u s u m iosum, quando et vomitus et venter simul solvitur (p. 35,12). **b** *spectat ad flumen:* ADALB. MAGD. chron. a. 965 p. 175,34 iusum per Padum navigavit *Burchardus dux.* CHART. Tirol. 687^{a} p. 142,32 habebamus terciam partem omnium lucrorum, quod faciebant sclave veniendo çosum per Atesim (*sim.* p. 142,39 ad portandum çosum). 850 p. 264,2 quod pis vel lignamina non ducuntur ... zosum per flumen Atixis. *al.* **2** *in imag. vel translate:* **a** *gener.:* EPIST. var. I 42,2 ut annos Domini a presenti sursum versus computando usque ad primum perducerent *(sc. computistae convocati)* et ab eo -m versus usque ad passionem eius. CARM. var. III 46,34 scola virtutum ... ima levat susum deponens ardua iusum. VITA Heinr. IV. 5 p. 22,2 adversariorum ... eius *(regis)* -m vergebant *res*, et omne eorum inceptum in turpem exitum desinebat. *al.* **b** *mus.:* **α** *in univ.:* AUREL. REOM. mus. 16,4 aequatur ... finis versiculi fine superioris introitus iosum depressi. FRUTOLF. ton. p. 175 quaecumque huius *(sc. plagi tetrardi)* toni antiphonae a trite diezeugmenon inchoantes mox -m reclinantur. **β** *de littera significativa:* NOTKER. BALB. ad Lantb. p. 36,11 i. iusum vel inferius insinuat. EKKEH. IV. cas. 47 p. 108,16 primus ille *(Romanus)* literas alphabeti significativas notulis ... aut 'susum', aut 'iusum', aut 'ante', aut 'retro' assignari excogitavit. RITUALE Rhenaug. praef. p. 14,4 i. iusum. **B** *de regione, directione:* **1** *in univ.:* TRANSL. Libor. I 14 vir quidam ... a genibus -m debilitatus, ut tibiae cum pedibus ... omnem ambulandi usum ... denegarent *eqs.* HROTSV. Dion. 74 terras oculis rursum lustrando reflexis horrendum barathrum conspexit hiare -m. GERH. AUGUST. Udalr. 1,17 l. 11 Hereuuigus flumine transgresso ex cingulo -m ... udus effectus est. FORTOLF. rhythmimach. 115 haec *(tabula quadrata)* in longitudine et latitudine distinctos habeat campos: in longitudine quidem -m campos sedecim, in latitudine octo. *al.* **2** *in descriptione terminorum:* TRAD. Patav. 92 p. 80,3 (a. 985/91) sursum de Uuintestale a termino sancti Michaelis Rosseza, -m usque Chlepadorf. CHART. Wirt. II 437 p. 231,34 paludem ... longitudine ... sursum ad usque terminos villarum, ... iusum autem ad nemus usque comitis pertingens. CHART. episc. Misn. 59 p. 60,30 forensibus ... a civitate sua susum et visum usque ad fluvium Lynaw libertatem pascuae concessimus. *al.* *spectat ad flumen:* CHART. Rhen. med. I 8 p. 10,41 (a. 720) donamus ad monasterio, quid vocatur Prumia, de foreste nostra de ipso monasterio viso aqua desubtus (desuctus *ed.*) illo exarte usque in ipso vado. FORM. Sangall. I 9 p. 384,6 -m versus ... supradictorum fluviolorum omnes ... pagenses ... usum habeant caedendi ligna. TRAD. Weihenst. 156 p. 14,40 a loco Zuntinesprucca iusum per ripam Danubii usque in locum Orta dictum. CHART. march. Misn. II 510 p. 351,41 abhinc -m rivuli usque ad villas Echardi. *saepius.*

II *subtus, infra, subter – unten, darunter, unterhalb:* **A** *in*

univ.: COMPOS. Luc. A 32 facis petala<m> plus cros<s>a<m> ⌞queius <u>sa<n>s⌟ (queiussas *cod.*, que iussu sunt *Svennung*). AGNELL. lib. pont. 131 p. 364,5 qui *(presbyter)* ... stetit -m iuxta murum cubiculi, ubi imperator sedebat sursum. TRAD. Ratisb. 136 p. 110,3 ut ... tres mansos ... acciperet *Rödheri* et ... vestimentum -m textum I. FRAGM. mul. III 42 facis cataplasma, quod mittas iossum. FOLCUIN. Lob. 39 equum ... repperit *eques*, sed nisi -m montis ei insidere nequivit. IOH. IAMAT. chirurg. 3,13 p. 17,3 gracilia *(sc. intestina)* duo sunt ab umbilico superius, grossa vero -im. *al.* **B** *pendet ab:* **1** usque: CHART. Hall. 226 p. 216,33 sursum ab eiusdem fundi principio usque -m ad locum, qui divisio ... appellatur. *cf. l.25.* **2** in: TRAD. Frising. 166a p. 162,43 (a. 793) tendit *territorium* in iusu iuxta rivolum usque ad magnum rubum. FRAGM. mul. III 41 linis cum pinna ventrem, inponis stomacho suso, quod conmovet in ioso (*sim.* TRACT. de caus. mul. 54 imuso [*leg.* in iuso]). ANTIDOT. Glasg. p. 121,39 cum unguere volueris, in iusoversus unguis, et sic postea cum linteos calidos detergis. CHART. Tirol. 480 p. 261,34 a vertice montis in zusum usque ad flumen Athesis. *al. v. et l.24.* **3** de: BERTH. (?) annal. a. 1076 p. 283,22 a milite quodam ad requisita naturae in secessu sedens de -m vulneratus *Gotifridus dux*. ALBERT. M. meteor. 3,1,13capit. an motus venti sit de -m in sursum an de sursum in -m. *v. et p. 43,25sqq. cf. l.26.* **C** *expresse pro subst.:* TRACT. de cruc. effig. 51 de titulo pedis usque iosum cruce III pollices. ALBERT. M. summ. creat. I 3,8,3capit. de sursum et -m caeli (*cf.* 3,8,2capit. de ante et retro caeli). animal. 21,6 in solo homine idem est sursum, quod est sursum mundi, et idem -m, quod est -m mundi.

deos *v.* deus.

deosculatio, -onis *f.* *osculatio – das Küssen:* **1** *gener.:* WILH. HIRS. const. 1,17 p. 949C pro signo panni ad offerendum aptati generali signo praemisso panni adde insuper manus -em. RUP. TUIT. cant. 7,72 quis fructus, quid emolumentum huiusce inventionis, huiusce -is *(spectat ad Vulg. cant. 8,1)*? CAES. HEIST. mirac. II 2,21 p. 102,8 cum sis *(sc. diabolus sub specie Mariae apparens)* humillima et mater humilitatis, quomodo me invitas ad -em pedis tui? **2** *liturg.:* WILH. HIRS. const. 1,86 p. 1017B quae *(sc. patenam et calicem)* ubi ... utraque manus -e oblata susceperit *sacerdos*, ... priusquam calicem accipiat, linteum plicatum a converso non sine manus -e recipit. LIBER ordin. Rhenaug. p. 128,18 precedit sacerdotis et diaconi peculiaris oratio, quam sequitur altaris -o.

deosculor, -atus sum, -ari *vel rarius* **deosculo,** -avi, -atum, -are. *osculari – küssen:* **1** *praevalente affectu amoris, amicitiae sim.:* **a** *proprie:* RUD. FULD. Leob. 20 os, frontem, oculos *(sc. amicae reginae)* -ans et inherens amplexibus. VITA Magni Fauc. I 23 p. 170,6 ut ... ad eum pervenit *Theodorus* salutantes se invicem et -antes oculos pariter et manus *eqs.* HAIMO (?) Wilh. 11 p. 215,15 apprehendens illam *(sc. manum debilem)* benedicit, -atur et capellam ... ingreditur. VITA Mathild. II 22 p. 192,4 flectens genua abeuntis filii lacrimando -batur vestigia. VITA Heinr. IV. 10 p. 33,5 pater ... irruit super collum eius *(filii)* flens et -ans eum. CAES. HEIST. mirac. II 1,1 p. 17,8 vadens ad amasium meum -ta sum illum sperans, quod virtute sacramenti ex hoc amplius me amaret. *al.* **b** *in imag. et per compar.:* ABBO FLOR. calc. (ed. N. Bubnov, Gerberti opera math. 1899. p. 201,17; a. 970/80) pro triginta pollex et index -antur se amplexu blando, quod pro tribus milibus fit praetaxati indicio. GERHOH. psalm. 78 p. 673,13 singulos psalmos ... succincte perstringere curamus quasi -ando capita psalmorum et summatim insinuando intentiones eorum. **2** *praevalente affectu reverentiae, devotionis sim.:* **a** *gener.:* STEPH. Wilfr. 18 p. 213,23 genu flectans et pedes eius amplectens -vit (-batur *var. l.*) *mater*. RUD. FULD. mirac. 3 p. 332,43 quas *(partes reliquiarum)* cum ille *(abbas)* ... cum honore ac reverentia -tas loculo reconderet *eqs.* WIDUK. gest. 1,33 rex ... prosternitur reliquiis sanctis et -ans eas summa veneratione veneratus erat. FUND. Schild. 5 domina ... novum lapidem sustulit et -tum in medio semicicli ... deposuit. *al.* **b** *liturg.:* AMALAR. off. 2,14,5 crux -atur (STATUT. ord. Teut. p. 124,6). ORD. Rom. 10,30 episcopus ... evangelio -to ad predicationem ... perducendus est (*sim.* 10,31 evangelium ... ab omnibus -andum). UFFING. Ida 2,7 p. 487,16 episcopus sacras exuvias -tas cum omni honore de sarcofago sublevavit. THANGM. (?) transl. Epiph. 4 eas *(reliquias)* -ando hymnis et laudibus sustulerunt *(sc. presbyter et frater)*. CONSUET. Eins. 55 abbas ... pueris sibi deferentibus omnibus porrigat potum singulorum -ans m a n u s (CONSUET. Trev. 45 manibus -tis). *al.* **c** *publ. et eccl.:* VITA Magni Fauc. I 16 p. 142,4 susceperunt presbyterum, -antes eum duxerunt in ecclesiam *Magnoaldus et Theodorus*. LIUTPR. leg. 37 p. 195,13 ipsi *(sc. vestri, i. Constantinopolitani)* soli capite operto imperatores nostros -antur. DIPL. Loth. I. 119 p. 273,32 (spur.) interrogavimus, quid inde vellent, et flexis poplitibus nostra -antes vestigia unanimiter proclamaverunt *monachi eqs.* THANGM. Bernw. 19 a palatio ... illi occurrit *imperator* benignissimeque susceptum inter amplexus familiarissime -tum ad hospitium deduxit. HIST. peregr. p. 151,2 venerunt *legati* Adrianopolim flexis genibus et manu imperatoris -ta simulantes gaudium magnum.

***deotia,** -ae *f.* (διοικεία) *paroecia – Pfarre, Sprengel:* GLOSS. III 5,30 St.-S. -a phasra (*i.* pharra).

depaccio *v.* depactio.

depaciscor, -pactus sum, -i. *script. et form.:* -asc-: *l.40.* -patus: *l.45.*

pacisci – sich ausbedingen, vereinbaren: **1** *usu depon.:* TRAD. Teg. 4 (a. 1103/13) de usu arborum ... in illa parte abbatis *(sc. in nemore)* nihil -tus est *Dietricus comes*. TRAD. Ebersb. 1,51 p. 144,43 ipsa *(mulier)* domum iuxta s. Valentini atrium cum clerico Gunduni ... -ta est possidere. 1,60 p. 145,44 -tus est *miles* possidere usque ad obitum suum mansos quinque in villa Franchindorf. LIGURINUS 7,461 postquam cognovit *miles* ab urbe nil opis esse sibi, misere modo munera vite -tus totis patefecit menia portis. GUNTH. PAR. orat. 13,3 p. 219D illud cum lectore volumus -i, quatenus, si quid in hoc opusculo suspectum ... occurrerit *eqs.* **2** *usu pass. (fere partic. perf.):* **a** *in univ.:* FLOD. annal. a. 936 p. 63,15 cui *(Ludowico)* ... Francorum proceres obviam profecti ... apud Bononiam sese committunt, ut erat utrinque -tum (*item* hist. 4,26). a. 939 p. 72,2 ob amicitiam, quae inter eos *(Ludowicum regem et Lotharienses)* ... -ta erat. a. 946 p. 101,6 pax inter Albericum patricium et Hugonem, regem Italiae, -itur (-asc- *var. l.*). **b** *promittere – zusichern, versprechen:* FLOD. hist. 4,18 fertur ... ab ... archiepiscopo et a consiliariis suis Heriberto comiti -tum de electione filii sui in hac *(sc. Remensi)* sede. **c** *desponsare – verloben:* FLOD. annal. a. 934 p. 59,8 Arnulfus de Flandris filiam Heriberti olim sibi iuramentis alterutro datis -tam (-patam *var. l.*) sumit uxorem.

***depactatio,** -onis *f.* (*depacto) *debitum (solutionis) – (Abgabe-)Verpflichtung:* CHART. Mekl. 1017 p. 250,20 (a. 1264) si aliqua -o seu exactio ibidem *(sc. in ecclesia parrochiali)* vigeret, ... rector quietus et solutus maneat ab his oneribus et exemptus ab omni ... -e.

depactio (-accio), -onis *f.* *pactio, foedus – Vereinbarung, Vertrag:* CHART. Const. 5 p. 7,41 (a. 1176) si ipse *(Cůnradus)* sive filius suus domum ipsam in aliam quamcunque personam per -em transferri postularet *eqs.* p. 8,13 quicumque ipsam domum post obitum suum *(sc. Cůnradi)* et filii sui per -ccionem possideret *eqs.* CHART. Turg. I 52 p. 198,7 quicumque predia ... in beneficio possideret et in alteram quamcumque personam per -em transferri postularet *eqs.*

***depacto,** -atum, -are. (depaciscor) *pactione obligare – vertraglich verpflichten (usu medial.):* CHART. Worm. 293 p. 197,2 (a. 1260) quam cito scolaris -tus magistro fuerit, ad pretium dimidii anni obligatus erit; si vero sine pacto in scolis per octo dies steterit, idem erit.

***depalatio,** -onis *f.* (palari) *dilatatio, crescentia – Ausdehnung, Zunahme:* GERB. (?) astrolab. 8 p. 132,21 dicuntur *horae* inaequales propter mutuam alternationem correptionis et -is: quae alterna mutuatio semper infra unius signi partes, id est XXX, variatur. 10 quia harum *(horarum inaequalium)* alterna mutuatio correptionis et -is, ut dictum est, infra XXX versatur.

***depaleo** (-io), -atum, -are. (de *et* palea) *partic. perf. usu adi.: p.339,2.6.8.* *paleis purgare, separare – von der Spreu*

[Niederer]

trennen, reinigen: BERNH. PROV. comm. 7,2 p. 295,21 frumentum pingue, ordeum solidum, far spelte mundum et -tum, . . . hec possunt dari in omnibus causis. CHART. Basil. C II 43 p. 27,5sq. ut . . . annuatim persolvat *Gerungus molendinarius* eis *(Ludewico et Iacobo)* unam vierenzellam puri tritici et unam verncellam de conmuni -ta annona, que vulgo dicitur mulikorn, et in nativitate Domini nostri duas vernzellas eiusdem annone -te *eqs.* *in imag.:* CONR. MUR. nat. animal. 246 verbum limetur . . .; a vitiis verba -iare stude.

depalo, -atum, -are. *patefacere, palam facere – aufdecken, öffentlich machen:* CAPIT. episc. I p. 154,10 si . . . consenserit *presbiter* adulteris, sciat se, cum -tum fuerit, excommunicandum. p. 168,39 adulterium si quis presbiter perpetravit, si -tum est et publice cognitum, ab ordine sacerdotii cessabit.

depango, -pactum, -ere. *pangere – befestigen, einschlagen:* **a** *proprie:* TRANSL. Mercurii II 9 (Martène-Durand, Coll. VI p. 756A; s. IX.?) horribiles perpetiens sub Decio cruciatus, . . . sudibus solo -tis, cultris, equuleis . . . et mille . . . mortis generibus laniatus. **b** *translate i. q. conscribere, componere – verfassen, dichten:* CARM. libr. III A 6,1 drama tibi primae -o laudis usyae.

depanno, -avi, -atum, -are. *partic. perf. usu adi.: l.26.* **1** *lacerare – in Fetzen reißen, zerreißen:* CONC. Karol. B II 10B p. 99,24 sicut, quando solemus de . . . itineribus reverti ad mansiones nostras detonsi et delavati cum drappis et calciamentis -tis et tunc nos reficimus et reparamus, ita *eqs.* *in imag.:* ABBO SANGERM. serm. 14,50 quinam sunt isti rapaces lupi, qui sine cessatione persequentes devorant et -ant christianitatem *(cf. Vulg. gen. 49,27)*? **2** *desquamare, denudare – schälen, bloßlegen (medial.: l.33):* AESCULAPIUS 10 p. 13,16 distillans humor frigidus capitis dentes vitiat, hoc est commovet, pertundit, privat, -at. 39 p. 62,25 quibus . . . haec passio *(sc. elephantiasis)* inveteraverit, vulnerantur et -antur vulnera eorum (*item* RECEPT. Lauresh. 1,46 l. 44).

departio, -ire. *distribuere – verteilen:* GESTA Lob. 9 p. 313,25 (epist.) abbas . . . nihil providit in posterum, nihil nobis reservans, . . . fundos, ecclesias, . . . decimas hospitalitatis et elemosinae -iens (dispertiens *var. l.*) ampliavit divitum abundantiam et adauxit pauperum inopiam.

1. depasco, -pavi, -pastum, -ere *vel* **depascor,** -pastus sum, -i. *partic. perf. usu adi.: p.340,11.* **1** *(pabulo praebendo) alere, repascere – weiden, füttern:* **a** *proprie:* CHART. Wirt. IV 1025 p. 76,23 (a. 1244) ut custodes pecorum . . . instituant *procuratores monasterii* et sua pecora -ant communiter vel privatim. ALBERT. M. Iob 24,2 'et paverunt *alii* eos *(greges)*', hoc est, -ti sunt eos. **b** *per compar. vel in imag. i. q. nutrire, reficere – (er)nähren, erquicken:* FORM. Marculfi 2,43 apicum veritate (gloss: aedulium inquid) -ti, recreati . . . gratias agimus *(cf. notam ed.)*. VITA Liutb. 35 p. 43,10 cuius *(sancti Martini)* consolatoriis sermocinationibus ceu mellificatis epulis -ta leviora sibi . . . deputabantur *(sc. gravia)*. EPIST. Ratisb. 23 p. 351,4 hęc ideo dico, quoniam tuę noticię suavitate -i vellem. **c** *translate i. q. fovere – schüren:* CHRON. Bened. II 24 p. 236,10 quem *(Berhtricum fratrem)* . . . ferro vinctum custodie tradunt penisque captivi crudelitatem torquentis -unt *(sc. ministri atroces)*. CARM. Bur. 70,4a,2 ignem cecum sub pectore longo -o tempore. **2** *pascere, vesci, comedere – (ab)weiden, (ab-, auf)fressen, essen (absol.: l.60):* **a** *proprie:* ADREV. Bened. 27 p. 492,4 erat haud longe a monasterio armentorum grex non parvus -ens. EKKEH. IV. bened. I 24,39 ⸢equora depicta⸣ (gloss.: campos floridos ecclesię) videt *(sc. dux apium)* ut -ta (gloss.: demessos) relicta, provocat examen super astra citare levamen. ALFAN. premn. phys. 1,73 p. 19 quae *(sc. animalia)* fructus terrae sunt -entia (*PG 40,528A* νέμεται). OTTO FRISING. chron. 6,4 p. 267,7 locusta innumerabilis . . . Gallias operit -tisque ubique segetibus tandem in mari Britannico resedit. *v. et p. 340,51.* *spectat ad poenam aeternam:* RHYTHM. 18,16,2 quanta sunt ibi flagella et tormenta impia, ubi vermes -untur, qui dicunt blasphemiam. **b** *translate i. q. consumere – ver-, auszehren:* **α** *de igne:* CARM. de conv. Saxon. 31 (NachrGött. 1985/I. p. 63; a. 777) quae *(gens Saxonum)* pridem dona sacellis ponebat rapidis bustim -ta caminis. VITA Ludow. Pii 10 quecumque extra civitatem sunt reperta, incendio -ente sunt consumpta. MIRAC. Bav. 1,4 emissa . . . flamma per contiguos velorum tractus . . . favilla tenus intus et extra cuncta sunt -ta. HEINR. TEG. Quir. II 39 reparatam *(sc. domum)* iterum infra annum vindex -itur ignis. *per compar.:* ADEMAR. hist. 3,35 l. 26 pestilentia ignis . . . exarsit; corpora . . . virorum et mulierum . . . invisibili igne -bantur. **β** *de dolore, morbo, morte sim.:* AGIUS epic. Hath. 70 non solas . . . vos tangens dolor iste *(sc. tormenti)* remordet, me quoque -it, me magis excruciat. PAUL. AEGIN. cur. 186 de comestione mamillarum: . . . utere ⸢in -tis locis⸣ (*3,35,2* ἐπὶ τῶν νεμομένων) puro *(sc. unguento)*. 198 p. 123,16. LAMB. HERSF. annal. a. 1075 p. 248,20 qui morbus *(sc. ulcus)* primo pedes, dein crura et femora miserabili modo -tus est. GERHOH. Antichr. 1,59 p. 375,31 ut diatim multitudines fame ac morbo simul et labore -te caderent. ROB. TOR. chron. a. 1143 p. 495,60 interfectus est *Robertus* et excommunicatus m o r t e -itur eterna (VISIO Godesc. A 12 a m. ista secunda -to). *al.* **3** *fructu defraudare – um den Ertrag bringen, abräumen:* **a** *proprie:* LIBER hist. Franc. 16 p. 265,33 depopularis agros, preda *(i. prata)* -is, vineas dissecas *(sc. imperator)*. CAPIT. reg. Franc. 213,5 quod . . . potentes et honorati viri . . . minorem populum . . . opprimant et eorum p r a t a -ant (267,3 p. defensoria. EPIST. Teg. 13 p. 14,22). ARNOLD. LUB. chron. 3,7 p. 149,23 -ti terram eorum *(Sclavorum)* famis inportunitate sine gladii occisione ad deditionem eos coegerunt *Dani*. **b** *translate i. q. devastare, depopulari – verwüsten, plündern:* NARR. de rel. Scafhus. 1 ibi *(sc. Hierosolymae)* . . . vinea Domini, eadem scilicet ecclesia, ab inimicis fidei christiane ita est -ta, ut vix in ea racemi pauci viderentur relicti. OTTO FRISING. chron. 7,28 p. 354,16 totam ferro flammaque -ens provinciam heremitas quoque . . . crudelissime tractavit *(sc. imperator Constantinopolitanus)*. HELM. chron. 1,14 p. 29,19 generum blandiciis mulcere cepit *pontifex*, ut a ceptis desisteret neve possessiones ecclesiasticas predonibus -endas exponeret. GESTA Ern. duc. I 1,305 imperator . . . preda igne ferro, queque illius *(ducis)* fuere, -tus est. *v. et l.53.* **4** *per pravam interpr. i. q. pavescere – erschrecken, sich fürchten (loci spectant ad Vulg. sap. 19,9):* GLOSS. I 554,33 St.-S. -erunt scutisoton. 555,14. 555,24. 558,52 -erunt vorahtun.

[**2. depasco** *v.* de *et* pax *et* retracto: EUGEN. VULG. calend. 200 *(corr. Antony)*.]

depastio, -onis *f.* **1** *pastus, actio depascendi – das Abweiden, Abfressen (per compar.: l.45):* HRABAN. univ. 7 p. 207B qui *(Titus)* reliquias (reliquas *ed.*) belli tanta populatione contrivit, ut gentem et civitatem quasi herbarum pabula terribili -e consumeret. CHART. select. Altmann 82,5 abbas caenobii . . . iudicare debet conculcationem segetum, vinearum, pratorum et -em eorundem et transgressionem eorundem. CHART. Raitenh. 62 ne . . . in predicta augea . . . molestiam conculcationis et -is ab itinerantibus sustineant *fratres*. CAES. HEIST. mirac. I 2,7 p. 72,24 vacca . . . gramina depascit; vacca ipsa sua inquietudine et -e nobiles et advocatos temporis nostri designat, qui domos et agros subditorum hospitando depascunt. **2** *ulcus consumens – fressendes, verzehrendes Geschwür:* PAUL. AEGIN. cur. 186 dispositum farmacum valet et ad -es (*3,36,2* νομάς), que fiunt in mamillis, et ad aures putredinem manantes.

***depauperatio** (-cio), -onis *f.* *paupertas, egestas – Verarmung, Armut:* GERHOH. vigil. 14 p. 514,34 meruerunt *plurimi vigiles* coronari, alii per martirium, alii per exilium, alii -e ac spoliatione rerum suarum. ALBERT. M. eth. I 13 p. 11,32 legislatoris in civitate est, ut exstirpet ex ea artes, quae inducunt cives in dissolutionem sicut tabernariam, in -em et (*codd., fort. pro* ut) taxillatoriam. *c. sensu privationis:* ROLAND. PATAV. chron. 9,8 iam . . . secundo . . . depauperata est civitas Paduana: primo namque diviciis . . ., secundo personis et rebus . . .; set -cionis prime nulla est comparacio ad secundam.

***depaupero,** -avi, -atum, -are. *pauperem reddere – arm machen, in Armut stürzen (mediopass. i. q. pauperem fieri – verarmen):* **1** *in univ.:* GERHOH. novit. 40,4 nunc agitur valde inconvenienter, dum et sacerdos ultra modum pariterque sibi commissa ecclesia -atur. ANNAL. Mell. Cremif. a. 1194 regio . . . uredine in agris . . . rara annona consumendo -atur.

[Niederer]

CHART. Westph. IV 134 p. 90,37 si ... idem Hermannus ... -tus prefatam pensionem persolvere non potuerit. CAES. HEIST. Engelb. 1,3 p. 239,24 in quali statu ecclesiam per ... scismata laceratam et -tam martyr ... factus episcopus invenerit. CHART. Hamb. 603 p. 498,34 quod omnem proventum ... dominus F., sive -ari eum contigerit vel ditari, ... possidebit. CHART. Babenb. 232 p. 46,6 (spur.) iudex nullum omnino -et pro emendis, sed a diciore plus recipiat, a paupere vero minus. *saepius.* **2** *c. colore quodam:* **a** *privare – berauben:* THEOD. CERV. chirurg. 1,11 p. 139[F] quis ... maior error est quam -are naturam sanguine, quo oportet restaurare deperdita, replere concava, continuare soluta? *v. et p.340,64.* **b** *devastare, depopulari – verwüsten, plündern:* CHART. Pruss. I 16 p. 12,17 (a. 1217) si ... provinciam tuam *(sc. archiepiscopi)* bellatoribus -ari contigerit. CHRIST. cal. Mog. 23 (MGScript. XXV p. 247,47) Sifridus episcopus malum opus operatus est, qui per flammam ignis terram -vit et thesauros ecclesie predonibus dispersit.

depecto, -pexum, -ere. *pectere – kämmen, strählen:* GLOSS. II 624,21 St.-S. -xum gestreleden. PETR. DAM. epist. 72 p. 335,3 alas extendunt *aviculae*, plumas rostro prosequente -unt.

depeculor, -ari. *praedari, spoliare, depopulari – Beute machen, plündern, verwüsten:* ABBO SANGERM. bell. 1,429 arrietes ... dimisere *(sc. Dani)* duos; ... quos nostri capiunt gaudenter -antes. GLOSS. 6,84 K. -or herion. GLOSS. IV 243,15 St.-S. -or, -laris ich entsazo.

1. depello, -puli, -pulsum, -ere. **1** *de motu deorsum directo:* **a** *(deorsum) agere – (hinunter) treiben:* FRID. II. IMP. art. ven. 4 p. 73,9 falco -ret gruem ad terram in fruticosis et herbosis locis. 4 p. 107,15 si contingat gruem -i ad terram. 6 p. 240,24. **b** *demoliri, deicere – abbrechen, umstürzen (pass. i. q. corruere – zerfallen: l.38):* WALTH. SPIR. Christoph. II 4,170 puellę idola -sis procul abiecere columnis et verę lucis se exultant pignus adeptas. CHRON. Camer. 1,11 post aliquot annos predicta lignea domo -sa turrim excelsam lapide quadrato ... aedificavit *domnus Gerardus*. FUND. Aquic. (MGScript. XIV p. 581,7) ecclesiola ... ut erat vetustissima maceriaque -sa *eqs.* **2** *de motu prorsum directo i. q. pellere, abigere – vertreiben, verjagen:* **a** *proprie (in imag.: l.68):* **α** *in univ.:* CAPIT. reg. Franc. 133 p. 263,29 eos *(sc. minores)* ... aut penitus ab eisdem *(sc. minorum)* locis -ere aut sibi ad servitium subiicere conati sunt *(sc. maiores)*. WALAHFR. Wett. 732 ianua ne caeli contra claudatur eosdem *(sc. monachos)* indeque -si pereant sub faucibus ignis (*sim.* Gall. 1,25 p. 303,18 pro quo *[peccato]* -sus est *Adam* [de *add. 2d*] paradyso). POETA SAXO 2,249 cupiens Aragisus hunc *(sc. Karolum regem)* auro, quem non potuit -ere ferro. WALTHARIUS 812 viribus ... summis hostem -ere cures, dextera, ne *eqs.* THIETM. chron. 5 prol. 14 rapacibus *(sc. Sclavis)* ... prorsus -sis ac dira lege sedatis. *al.* **β** *propellere – hinwegtreiben:* HEINR. LETT. chron. 15,7 p. 97,6 equos et pecora multa -unt, bona multa diripiunt *christiani.* **γ** *agitare – jagen:* CHRON. Thietm. 2,2 p. 40,15 iuvenem ... usque in ecclesiam sancti Petri ... bello defatigatum -pulit *exercitus.* **δ** *detrudere, exigere, deponere – verdrängen, verstoßen, absetzen:* THIETM. chron. 7,39 quae *(filia Miseconis ducis)* a viro suimet diu -sa non minimam ... perpessa est controversiam. BERTH. (?) annal. a. 1074 qui *(rex Salomon)* ... a patruo suo et caeteris regni melioribus -sus est dignitate sua. a. 1076 p. 288,6 ut ilico eum *(sc. papam)* iniuriatum cathedra -rent *(sc. rex eiusque astitores)*. ADAM gest. 2,61 p. 120,7 ferunt ... regem Olaph seditione principum, quorum mulieres ipse propter maleficia sustulit, a regno -sum Norvegiae. *al. fort. huc spectat:* CONC. Karol. A 16[B] ab universis abbatibus facta est professio, ut minime titulis popularibus ⌞se ingerere -rentur⌟ (*in loco corrupto, ut vid.; fort. pro* se ingereren, alioquin -entur). *in imag:* WALTH. SPIR. Christoph. II 2,15 ubi nutricem cunarum -ulit annus, corde senex, aetate tener ... micuit puer *(sc. Reprobus).* **ε** *exilio afficere, expellere – verbannen:* ACTA civ. Wism. A 558[a] p. 36,10 (ante 1270) si quis -sus fuerit ex una civitate pro aliquo delicto, in aliam civitatem non admittetur nec recipietur. **ζ** *uberibus auferre – entwöhnen:* GLOSS. II 582,18 St.-S. -sum gi spandan. 638,3 -sus inspenitas. 677,47 -sis haedis intuenetin. **η** *detergere – abwischen:* HEIRIC. Germ. I 2,249 ille pedum sordes manibus -ere castis osculaque extersis instanter figere plantis. **b** *translate:* **α** *in univ.:* EINH. Karol. 30 p. 35,6 qui ... cibi sibi abstinentiam indixit arbitratus hac continentia m o r b u m posse -i vel certe mitigari (WANDALB. mens. 121. WALTH. SPIR. Christoph. II 6,188. *sim.* WALAHFR. hort. 185 febres). WALAHFR. Wett. 717 ut algida ... frigora -at nudosque ut contegat artus *(sc. monachus)*. POETA SAXO 5,386 nocte quater fertur *(sc. Hadefonsus rex)* vel sepius omni somno -so membra levasse toro. WALTHARIUS 304 postquam epulis -sa fames sublataque mensa, heros ... inquit: '*eqs.*' FROUM. carm. 21,13 numine cuncta suo -at *(sc. Deus)* tristia sancto. *saepius.* **β** *defendere, negare – abwehren, abstreiten:* CONSUET. Marb. 60 si intendentis et intentionem -entis ęquanimiter audiuntur compugnantes sententię, conventus ille sanctus ... parum a forensibus placitis videtur distare.

2. depello *v.* debello. **3. depel(l)o** *v.* depilo.

***dependentia,** -ae *f.* **1** *proprie i. q. condicio pendula – das Herabhängen:* ALBERT. M. animal. 7,90 qui non cognoscit hoc accidens *(sc. quod prius corium, quod est inter oculos, exspoliat)* tiri, putat eum esse caecum propter -am corii veteris super oculos. animal. 7,95 aegritudines avium cognoscuntur ex -a alarum: infirmitas enim positionem et situm turbat alarum. **2** *translate i. q. subiectio, alligatio – Abhängigkeit, Bindung:* ALBERT. M. sent. 1,8,24 p. 254[a],23 in natura spirituali est simplicitas quaedam ... sine -a ad corporalem materiam *eqs.* nat. anim. 2,2 p. 21,64 si ... corrumpitur *anima* corrupto corpore, tunc hoc est ideo, quod habet -am ad corpus. praedicab. 4,1 p. 54[a],14 genus habet -am ad speciem et species ad genus, eo quod correlativa sunt. metaph. 5,3,8 p. 268,25 dicuntur relativa, quorum unum secundum hoc, quod est, -am habet ad aliud. *saepius.* PS. PLATO quart. 3 p. 132,12 inferius *(i. substantia inferior)* indiget superiori appetens commixtionem eius et -am.

dependeo, -ere. *form.:* disp-*: l.38. perf.* depependit: *l.41. partic. praes. usu subst.: l.48.p.343,7.*

1 *intrans.:* **a** *proprie:* **α** *(deorsum) pendere – (herab-, herunter)hängen:* VITA Arnulfi 17 rex iratus ... -entem (dis-*A1*) ex publite mucronem manu arripuit. WOLFHARD. Waldb. 18 p. 182,4 manus ... sese retrorsit et violenta contractione urguente ventre tenus depependit. THEOPH. sched. 2,6 p. 41,4 cumque videris illud *(sc. vitrum calidum)* -ere *(om. H)* quasi vesicam longam, adhibe summitatem eius ad flammam. 2,11. CASUS Petrish. 1,28 vepris spinosa super viam -ens caligam transeuntis episcopi apprehendit. ALBERT. M. animal. 1,442 cum concipiunt feminae, ... incipiunt *mamillae* lacte impleri et subigi et -ere propter pondus. *saepius. de homine suspenso:* ARBEO Corb. 11 deposcens, qualiscumque -enti ut fuerit corpus, sibi eum donare non dedignetur *princeps.* **β** *impendere, imminere – überhängen, hervorstehen:* OTTO FRISING. gest. 2,40 p. 148,11 cernis eam, quae super arcem -et, rupem eminentia sua terribilem? **γ** *languere – schlaff sein:* NICOL. BIBER. carm. 1064 hic sedet ad cenam, vini petit ille lagenam, non -entem, sed sex urnas capientem. **b** *translate:* **α** *pendere, pertinere, subiectum esse – abhängen, abhängig sein, zugehörig sein:* ALBERT. M. eth. I 590 p. 507,49 ut ratio perfecta sit et in se et in aliis potentiis, quae -ent ad ipsam. anim. 3,3,13 p. 226,3 non erunt *(sc. corpus et anima)* -entia ad invicem. STATUT. ord. Teut. p. 93,23 qui vicem gerit magistri, studeat electoribus inculcare, quod omnis honor ordinis, ... norma iusticie, custodia discipline -ent a bono pastore. GESTA Ern. duc. II p. 231,3 'o patrie ... pater generalis, ... in quo post Deum tota mea spes -et *eqs.*' *iur. de possessione, appendiciis sim. (de hominibus: l.68):* DIPL. Conr. II. 280 p. 388,17 omnia in integrum ad ipsas res pertinentia vel -entia una cum districtionibus sive reclamationibus *eqs.* CHART. Mar. Magd. 123 p. 113,6 negotium compositionis inter ordinem nostrum et Magdeburgensem prepositum aliosque prepositos ab eadem ecclesia -entes. CHART. Rhen. inf. II 347 vineam ..., que -bat a curte mea, ... donavi ecclesie. CHART. Lux. III 118 recognosco de mea bona voluntate esse Adam et Albertum fratres ... montem, ... qui a me -bat, ... vendidisse. CHART. Sangall. A III app. 26 p. 706,18

ius in sepedicta ecclesia Kilchperch cum sua -ente Scafusa acquisitum *eqs. al.* **β** *suspensum esse, in discrimine esse – in der Schwebe sein, auf dem Spiel stehen:* SALIMB. chron. p. 384,24 ibi *(sc. Parmae)* -bat totum negotium Romane ecclesie. *partic. praes. usu subst. neutr.:* Ps. HERM. ALTAH. gest. (MG Script. XVII p. 379,3; s. XIII.?) querelas ab antecessore nostro inchoatas exequi, predia et census ipsorum exquirere et -entibus quibusque congruum finem dare studuimus. **γ** *se devovere – sich ergeben, unterwerfen:* FORM. Marculfi 2,44 omni cum humilitates genere clementissimae -entis sugerimus, ut *eqs.* **2** *trans. i. q. demittere – hängen lassen:* FRID. II. IMP. art. ven. 3 p. 27,14 quamvis ducant *(sc. falcones infirmi)* alas bene et equaliter, caudam tamen -ent et tenent apertas pennas caude.

dependo, -pendi, -pensum, -ere. *perf.* depependit: *l. 18. partic. perf. usu subst.: l.25.* **1** *strictius:* **a** *trans.:* **α** *suspendere – auf-, anhängen:* WOLFHARD. Waldb. 16 p. 176,4 quam *(sc. ossis)* . . . Liubila partem assumens argento fabricare praecepit et in . . . basilica depependit. LIUTH. Iust. (MGScript. XV p. 567,27) sacrum corpus in . . . arcam recondidi, tum clave munivi, quam . . . ad proprium -i cingulum. MIRAC. Apollin. 3 (MGScript. XXX p. 1346,21) tintinnabulum, quod collo eius appensum fuerit, ante sepulchrum beati Apollinaris -it *Pasturellus.* **β** *detrahere – abhängen, herunterholen:* RUD. TRUD. gest. 7,8 fratres . . . me circumsedebant tamquam redivivum de sepulcro aut -sum a patibulo et redditum vivum conventui suo. **γ** *pendere, metiri – wiegen, schätzen:* GLOSS. I 111,39 St.-S. -it mizit. IV 232,21 -o ih wige. **b** *intrans. i. q. dependēre – herabhängen:* ARDO Bened. 17 p. 206,16 ante altare . . . septem -unt lampade mirae atque pulquerrimae *eqs.* MIRAC. Quint. 13 (MGScript. XV p. 268,21) quae *(cambotta)* pro reliquiis ipsius viri *(sc. sancti Amandi)* religiosi in dextera parte fabricata -it. ARS med. 7 p. 429,11 (cod. G) calidon dicitur ossi tocius omnino divisio, ita ut ⌞par immutata scesmata -ant⌟ (praemutato scemate depraeendendeat *H*). **2** *latius i. q. solvere, reddere – (be)zahlen, entrichten:* **a** *proprie:* NOTKER. BALB. gest. 2,19 p. 89,18 ut post mortem . . . David . . . finitimę gentes . . . eius filio . . . tributa -erunt (-rent *var. l.*), ita *eqs.* WALDR. carm. 3,51 aulam Christi intrans . . . -am dragmata census: si non restituam mnarum, quam debeo, summam, attamen *eqs.* SIGEB. GEMBL. decenn. 3,86 eram ab Augusto ipso institutam legimus, et eram dictam pro eo, quod omnes ⌞es -rent⌟ (*cf. Isid. orig. 5,36,4* aes reddere) Romanis. **b** *translate:* **α** *subire, pati – erleiden:* HEIRIC. Germ. I 1,284 si non censori *(i. Germano)*, iam tum temerator honoris, supplicium toti praesul *(sc. Amator)* -ret urbi. **β** *impendere – aufwenden:* GODESC. SAXO gramm. 2 p. 487,15 dependere *(sc. est)* valde impendere. WIPO tetral. 108 Wipo . . . sic vult -ere (defendere C) tempus, ut scribat regi. HUNALD. carm. 37 (MG Lib. Lit. III p. 721) sane non recte studium -eris uni, plurima cum pereant utiliora tibi. **γ** *concedere, implere – gewähren, erfüllen:* CYPR. CORD. carm. app. 1,14 (MGPoet. III p. 147; c. s. X.[1]) excipe *(sc. Deus)* precem poscenti, confitenti iam reatu -e, quod supplicatur. 3,3,5 -at *sanctus Iacobus* mea vota cum suspiriis. **δ** *praestare, tribuere – leisten, erweisen:* EPIST. Wisig. 14 p. 682,16 beatitudinis vestre *(sc. episcopi)* humillime largifluam -entes salutem sidereum imploramus auctorem *eqs.* HEIRIC. Germ. I 4,220 ne . . . sacerdoti praesens evectio deesset, clericus o b s e q u i u m sancto -ere suetus in peditem mutatur eques (HELM. chron. 81 p. 153,27. 84 p. 163,23 obsequia). LAMB. HERSF. annal. a. 1075 p. 220,28 plebei ac rustici, qui castrorum usibus servilem operam -bant, ocius se ad persequendos fugientes expediunt. CHART. Xant. 44 p. 35,13 invenimus . . . conventum . . . pro Coloniensis archiepiscopi . . . felicitate . . . speciales et cottidianas orationes -ere.

depensio, -onis *f.* *solutio – Bezahlung, Begleichung:* CHART. Austr. sup. I 111 p. 167,5 (a. 1125) specialitatem ac iuris tramitem in culparum -bus talem hunc *(subadvocatum)* habere volumus, ut siquis hominum . . . de effusione sanguinis convictus fuerit, eidem sexaginta denarios tantum solvat *eqs.* (*item* 113 p. 170,17).

***depenso,** -are. **1** *magni existimare, graviter ferre – für wichtig halten, schwer ertragen:* ARNOLD. RATISB. Emm. 1,6 p. 551[b],58 castigatae infirmitatis necessitatem vertit in animi . . . virtutem nequaquam valde -ans privatum se luminis. **2** *refl. i. q. se absolvere, expiare – sich entsühnen, Buße leisten:* HEINR. TEG. Quir. II 16 se devotis oblationibus -ans . . . lingue correxit excessum tandemque petitam a martire medelam promeruit *abbas.*

[deperdatio *v.* depraedatio *p.369,67.*]

deperditio (-cio), -onis *f.* *amissio, perditio – Verlust, das Verlieren, Vernichtung:* MATTH. PLATEAR. (?) gloss. p. 396[E] ex indigestione deficit nutrimentum, unde fit s p i r i t u u m -o (MAURUS progn. 18 p. 35[a],1). WILH. CONG. chirurg. 1051 calx viva . . . -cionem facit s u b s t a n c i e bone carnis (BRUNUS LONG. chirurg. 1,11 p. 110[F]. THEOD. CERV. chirurg. 1,3 p. 135[H]. 2,1 p. 144[E]). CHART. Hall. 353 p. 324,38 servabunt . . . denarii talem in argenti materia puritatem, ut, si examinaverit illos ignis, in una marca unius tantum -cio sit lotonis. ALBERT. M. animal. quaest. 3,27 p. 137,57 illa, quae non sunt bene compacta et coagulata, sunt in continua -e. GEBER. summ. 60 p. 485 flammam . . . sulphuream discernere poteris, que sulphuris non fixi est signum, et -o sue quantitatis per exalationem. *al. v. et l.41.*

deperdo, -didi, -ditum, -ere. **1** *amittere – verlieren:* ALFAN. premn. phys. prol. 5 ut, si qua -didit *(sc. languidus)*, recuperatu sciret facillima. FRUTOLF. chron. p. 82,9 ille *(Hyrcanus)* nolens tempus -ere *eqs.* ACTA imp. Winkelm. I 397 donec sigillum regni, quod -tum dicitur, reformetur. *al.* **2** *perdere – zugrunde richten (pass. i. q. perire – zugrunde gehen):* THEODULF. carm. 10,23 -et opus tibi, qui, simulator inique, quiddam nisus est insinuare boni. ALFAN. premn. phys. 2,49 p. 35 frequenter evenit non unam solam, sed . . . tres simul eucrasias -i (*PG 40,557*[C] ἀπόλλυσθαι) et vivere hominem. 13,9 p. 89 et sensibilitatem et rationem et memoriam simul corrumpunt *(sc. ventres cerebri patientes)*; unde et sic, cum in toto periclitatur, -itur animal. Ps. ALBERT. M. alch. p. 35,19 postquam VI vel VII ignes substinuit *aurum alchimicum*, statim amplius ignitum consumitur et -itur et ad faece quasi redi<gi>tur *(ci.,* reditur *ed.).*

subst. **deperditum,** -i *n.* **1** *detrimentum, defectus – das Verlorene, Schaden:* ACTA imp. Winkelm. II 1041 p. 724,22 (a. 1248) qui *(Deus)* restaurat -a et restaurata conservat. ALBERT. M. veget. 2,15 cum . . . non sit deperditio in plantis, ex nutrimento non fit restauratio -i. 6,400 restaurat *ptisana* -a et confortat debilia in infirmo. animal. 3,100 p. 321,13 ad quantitatem corporis augendam aut -i restaurationem faciendam. *ibid. al.* **2** *damnum, iactura – (Vermögens-)Verlust:* CHART. Bern. III 76 (a. 1274) nos . . . Philippum comitem . . . super omni actione, querela et calumpnia, quam adversus eum et suos habebamus . . . occasione dampnorum, -orum et gravaminum nobis et nostris illatorum . . . absolvimus.

depereo, -ii, -ire. *imperf.* -rebat: *l.62.* *perire, amitti, deficere – zugrunde gehen, verloren gehen, (ver)schwinden:* **1** *gener.:* **a** *de rebus:* **α** *incorporeis:* RIMB. Anscar. 25 p. 54,2 ne f i d e s Christi illis *(sc. Sueonum)* in partibus coepta . . . aliquo modo -ret (33 p. 64,19. *sim.* DIPL. Otton. II. 192 p. 220,5 religiosa vita. *al.*). LAMB. HERSF. annal. a. 1073 p. 160,26 reputabat *rex* . . ., quantum rationibus suis -ret, si eum *(filium fratris sui)* . . . dimitteret. DIPL. Constantiae 56 p. 176,19 apud quem *(sc. Deum)* bona mortalium -ire non possunt. CHART. Dresd. 3 (Cod. dipl. Sax. II/5. 1875. p. 2,16) pensantes pauperum simul et divitum . . . commodo plurimum -ire in vastatione pontis . . . hortamur *eqs.* CHART. ord. Teut. 127 p. 119,8 caritatis . . . vinculum solvebatur et non modicum -bat (-ebat *var. l.*) negotio terre sancte. *al.* *spectat ad oblivionem:* OTTO FRISING. gest. 2 prol. p. 102,19 melius fore iudicavi minus dicendo a materia opus superari, quam cuncta tacendo gloriosa facta silentio tecta -ire. CHART. Walkenr. 226 l. 5 ut rerum . . . memoria nulla umquam oblivionis caligine involuta -eat. **β** *corporeis i. q. corrumpi, deleri – vernichtet, zerstört werden:* ALDH. virg. I 31 p. 270,15 quatenus . . . ruptis sulcorum glebulis iugerum occa . . . -ret. RIMB. Anscar. 12 p. 34,28 ne propter barbarorum imminentem saevitiam aliquo modo -ret *dioecesis eqs.* DIPL. Karoli III. 35 p. 59,28 omnia strumenta cartarum

. . . in eodem incendio -isse. *v. et l. 16.* *emori – absterben:* MARB. RED. lap. 50 p. 1766[B] sic *(sc. tonitru)* intercepto conceptio *(sc. margaritarum)* -it haustu (*M et F,* hausta *ed.; cf. ed. Riddle*), et fit abortivum, quod coeperat . . . creari. GOSW. carm. 36 irascitur Eolus, armat Euros in classem, -it aura favens. ALBERT. M. veget. 4,109 contingit . . . frequentius -ire fructum quam florem. **b** *de hominibus (de animalibus: l.10):* **α** *interire, mori – umkommen, sterben:* RIMB. Anscar. 18 p. 38,33 coepit illius *(potentis)* substantia minui et pecora quaeque ac familia -ire. EPIST. Worm. I 42 p. 78,20 scitis, quia sepe querebar illum *(Huinfridum)* tardiusculum esse propter morbum quendam et -ire volentem. VITA Mahum. 70 Nestorius deputatur exilio, . . . quatinus . . . solus ibidem -ret. CARM. Bur. 100,3,9 plangite, Sidonii, quod in ore gladii -ii *(sc. Dido).* ANNAL. Xant. a. 873 p. 32,9 ex influentia aquarum . . . multitudo hominum cum aedificiis et frugibus innumerabilibus -iit. **β** *damnationem subire – der Verdammnis anheimfallen:* POETA SAXO 5,86 sine qua *(sc. gratia Christi)* -it omnis homo. CHART. Heinr. Leon. 41 p. 61,25 (spur.) anathemate feriatur et cum iniquis et perditis -eat *invasor.* **γ** *(amore) consumi – sich (vor Liebe) verzehren:* GESTA Trev. 22 p. 158,4 qui *(Lucius)* habuit uxorem pulcherrimam, in quam -iit Avitus amore turpi. **2** *publ., eccl., iur.:* **a** *de rebus:* **α** *in univ.:* FLOD. hist. 3,26 p. 332,2 ne suo *(sc. Hincmari)* silentio . . . census . . . -eat et . . . villa in alodem vertatur. DIPL. Frid. I. 31 p. 53,4 ne ipsarum *(ecclesiarum)* possessiones aliqua distractione -eant. CHART. Port. 81 p. 107,15 ne . . . aliquid ecclesie nostre -ret, in recompensationem decime . . . IIII[or] mansos emit *Heinricus.* CHART. Rhen. med. III 959 p. 718,26 de feodo . . . nostro castrense et iure nichil nobis ullatenus -bit (-ifit *ed.*). *al.* *impers. i. q. detrimentum fit – es entsteht ein Nachteil, Schaden:* CHART. Turg. II 238 (epist. papae a. 1250) cum . . . per unionem sancti Galli et Renaugensis monasteriorum utriusque utilitatibus non -eat, sed accrescat *eqs.* CHART. civ. Erf. 263 cum . . . nichil nobis utilitatis provenit aut honoris, non in aliquo emendamur exinde, et in multo -it iuri nostro *(sc. archiepiscopi).* **β** *surripi – gestohlen werden:* CAPIT. reg. Franc. 3 p. 5,23 in cuius *(sc. vigilis)* centena aliquid -erit, capitale, qui perdiderit, recipiat. **b** *de hominibus:* CONST. imp. II 30 (a. 1209) pueri . . . esse debeant ipsius ecclesie ministeriales, cuius et pater est ministerialis; alias enim omnes ministeriales omnium ecclesiarum imperii -rent.

deperinum *v.* dipyrenum.

***depersono,** -are. (de *et* persona) *degradare, dehonestare – (der Würde) berauben, (in der Würde) verletzen (usu mediopass.):* HUGO FLAV. chron. 2 p. 416,37 si . . . istum *(virum)* . . . non ea tractavero caritate et dulcedine, qua Bruno Willelmum, -er ab honore meo.

***depertineo,** -ere. *pertinere – gehören (zu):* DIPL. Karoli M. 312 p. 471,34 (spur. s. XII.) omnia ipsas cortes . . . cum appendiciis suis, quanto ad nostras cortes -et infra ipsius comitatibus, tantis una cum selvas ad ipsas -entes.

***dephalero** (defa-), -are. *phaleris exuere, privare – des Stirn- und Brustschmucks entkleiden, berauben:* SALUTARIS POETA 120 heu, servi regnant, domini famulantur; aselli donantur faleris, def-antur equi.

depictio (-inc-), -onis *f.* **1** *signatio – das Zeichnen, 'Schlagen':* GERHOH. ad Innoc. p. 225,43 ereticis . . . etsi concedam sacramentum, quantum ad formas visibilium signorum, quae fiunt in -e crucis et verbis ad hoc institutis, ut *eqs.* **2** *impressio – das Aufdrücken:* TRAD. Weihenst. 297 p. 241,37 (a. 1174/80) ne . . . traditionis pactio ullatenus in futurum evacuaretur, inscriptione sibi et ymaginis *(i. sigilli)* sui, quodque factum est, -e confirmari fratribus precabatur *Liutoldus.* **3** *pictura, imago – Bild, Skizze:* Ps. BOETH. geom. 461 quidam . . . in huius *(mensae Pythagoreae)* formae -e (-nctione, descriptione *var. l.*) litteras alfabeti sibi assumebant hoc pacto, ut *eqs.* 590 sit . . . praedictorum infra facta -o (-nctio, descriptio *var. l.*).

***depictor,** -oris *m.* (depingere) *pictor – Maler (pro nom. propr.):* CHART. Tirol. 416 (a. 1184/88) testes: . . . Ulricus -r, Hiltbrandus Parvus. CHART. Carinth. II 558 p. 24,28 qualiter Hanricus *(sic)* -r . . . et uxor eius . . . possessiones contulerunt (*cf.* 463 Hainricus pictor).

depictus *v.* depingo. **depigis** *v.* depugis.

***depilatio** (-cio, -zio), -onis *f.* *script.:* -ll-*: l.9.* **1** *defluvium (capillorum) – Haarausfall, das Ausfallen (der Haare):* **a** *de hominibus:* PAUL. AEGIN. cur. 95[capit.] ad superciliorum -es (-ziones *var. l.*; *3,22,18* μαδαρώσεις). URSO anat. 92 fiunt in oculo passiones: . . . inversio palpebrarum earumque -cio. IOH. IAMAT. chirurg. 8,27 p. 68,35 allopitia cognoscitur ex corporis tumore . . .; pustula alba, -llatio, ventris solutio. THADD. FLORENT. cons. 143,28 fit quandoque -o in superciliis et palpebris. 143,41 tumores . . . apparent cum -e in superciliis. *spectat ad speciem leprae:* ALPHITA II p. 186,22 tyriasis, id est -cio vel decapillacio capitis et est species lepre. *v. et p. 70, 68.* **b** *de avibus i. q. defluvium plumarum, locus deplumis – das Ausfallen der Federn, federlose Stelle:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 246,6 in parte superiori rostri *(sc. falconis)* apparet rubedo et tumor cum -e quadam, et inferiori parte rostri videtur deplumatio utrinque circa fauces. **2** *evulsio, vellicatio (capillorum) – das Ausrupfen, Raufen (der Haare):* **a** *proprie:* DECRET. Frision. A p. 54,9 pro barbe inferioris ustione quinque marce et due uncie; pro superioris -e tantundem. CHART. civ. Ratisb. 44 p. 15,14 si filium caniculę vel furem nominaverit *quispiam*, eandem sustinebit penam, quam pro -e et maxillę percussione prenotavimus. HUGO RIPELIN compend. 5,64 p. 195[b],12 hic *(sc. in quinto praecepto)* explicite prohibetur homicidium, sed implicite omnis motus irae contra proximum . . ., ut percussio citra mortem vel -o. **b** *translate i. q. defraudatio – Übervorteilung:* VITA Adalb. Wirz. 7 p. 32,41 vereor *(sc. Altmannus episcopus)*, ne, dum multorum nitimur militare compendiis, vertatur in contrarium, et hoc a communibus alis, quę . . . etiam insontibus irrogare -is moliuntur dispendia.

***depilatorium** (-illa-), -i *n.* *psilothrum, medicamentum ad depilandum aptum – Enthaarungsmittel:* TROTULA 60 p. 142,31sqq. aliud -um: . . . si . . . -um sit nimis spissum, appone aquam recentem, ut rarefiat et attenuatur. WILH. CONG. chirurg. 221 deponatur . . . psilotrum cum aqua calida . . .; post tale depill-um fiat tyneoso talis pilleolus: *eqs.* ALPHITA I p. 309,43 psilotrum, id est -um.

depilo, -avi, -atum, -are. *script.* depe(l)l-: *l.48.49.* **1** *strictius i. q. capillis, saetis privare – der Haare, Borsten berauben:* **a** *tondere, ab-, deradere – enthaaren, scheren, rasieren:* **α** *in univ.:* MAURUS anat. I 10 incidatur vena *(sc. porci)* . . ., ut sanguis totus agrediatur *(sic?)* . . ., postea comburatur et -etur (-etis *var. l.*). ALBERT. M. phys. 2,2,15 p. 122,35 potest *aliquis* sanari ex hoc, quod -atur per rasuram capitis *eqs.* SALIMB. chron. p. 446,28 cardinales . . . miserunt nobis plures porcos mortuos et -tos. **β** *de opere coriario:* COMPOS. Luc. C 26 tolles pellem -elatam et labatam utiliter et tolles gallam (D 15 pellem -ellatam [-ela-, -tam *var. l.*]). **γ** *de poena, infamia:* THIETM. chron. 8,22 homines VI flagellati ac -ti cum edificiis turpiter mutilatis approbant, qualiter . . . seniores ab aliis precaveri debeant. FRUTOLF. chron. a. 1025 p. 194,40 visus est ei *(episcopo)* frater suus imperator . . . faciem . . . suam barba ex una parte -ta turpatam obiectare (*item* Ps. ADALB. BAMB. Heinr. 2,1 p. 812[a],9). CONST. imp. I 430,4 si quis minus, quam LX denarii valent, furetur, -etur et virgis excorietur. COSMAS chron. 2,4 p. 87,19 in medio foro ad palum suspensus et usque ad fastidium preconis cesus -etur *violator decreti.* **b** *vellicare, evulsione capillorum laedere – rupfen, zausen, an den Haaren reißen:* **α** *proprie:* CHART. Babenb. 86 p. 117,26 (a. 1192) quicumque . . . hominem -verit vel in maxillam percusserit, tres solidos componat. CHART. Argent. I 617,8 p. 477,27 quicunque . . . alium -verit vel pugno vel aliquo modo sine sanguinis effusione percusserit *eqs.* DECRET. Bern. 34 si duo burgenses inter se rixati in civitate invicem -verint *eqs. saepius. adde:* ALBERT. M. animal. 8,25 avis . . . cum vulpe pugnat et nocet vulpi . . . -ando (*p. 609[b],31* τίλλει) eum. **β** *translate i. q. compilare, privare – plündern, berauben:* ITIN. Willib. 6 ad montem Galanorum transfretarunt; quo bellorum tempestate . . . -to sevam passi sunt inediam. CONR. HIRS. mund. cont. 202 habeo . . ., quo . . . adinventionibus tuis occurram, . . . ne videar inconsiderate rebus necessariis -ari. VITA Adalb.

Wirz. 6 p. 24,25 filius patrem *(i. imperatorem)* armis et universis agminibus -vit. **c** *defluere facere – ausfallen lassen (absolute de capillis: l.6):* BENVEN. GRAFF. ocul. B 5 p. 21,4 convertitur *(sc. ardor oculorum)* in pruritum et palpepras taliter -at, et non remanet de eis ibi pilus. TROTULA 60 p. 130,17 ad vermes faciei delendos, qui -ant. MOSES PANORM. marisc. 16 p. 181,8 cura . . . est: ponere colorem -antem pilos. *medial. i. q. defluere, amitti – ausfallen:* TRACT. de aegr. cur. p. 359,21 huius *(elephantiae)* speciei hec sunt signa: . . . supercilia -ta. TRACT. de chirurg. 574 supercilia -antur et barba, et allopitia vocatur. ALBERT. M. animal. 22,19 ex eo *(sc. hepare asini)* superponatur supercilio -to, renascuntur pili. **2** *latius i. q. putamine liberare – schälen, abhäuten:* CIRCA INSTANS p. 5a[r] ad provocandum menstrua -etur dens allii et bene mundatus ponatur in orificio matricis.

adi. **depilatus,** -a, -um. *calvus, glaber – haarlos, kahl:* ALBERT. M. animal. 1,141 natura dedit ei *(talpae)* in loco occulorum pellem tenuem, planam, -am. *usu subst.:* EGBERT. fec. rat. 1,311 commendo calvum, non tota fronte glabellum (schol.: laudo calvum, sed non eum in toto capite -um).

depinctio *v.* depictio.

depingo, -pinxi, -pictum, -ere. *script. et form.:* dip-: *l.33. p.348,56.* -pectus: *l.46.* -ncxi: *p.348,12. praes.* -gu(o): *p. 348,32. perf.* -ix(i): *l.63.p.348,7. al. partic. perf.* -inctus: *p. 348,56. struct. c. acc. Graeco q. d.: p.348,55. partic. perf. usu adi.: p.348,38.349,1.2. al.*

I *pingere, delineare – malen, zeichnen:* **A** *proprie:* **1** *strictius:* **a** *in univ.:* **α** *de imaginibus:* PAUL. DIAC. Lang. 4,22 palatium condidit *Theudericus rex*, in quo aliquit et de Langobardorum gestis -i fecit. RHYTHM. 115,2,1 quod *(sc. vagationes lunae)* -xi coloratim . . ., ut, quod agis, o Selina, . . . in membrana foret palam. ARIBO mus. p. 45 prius . . . grossitudinis *(sc. fistulae)* di-ximus circulum. PS. BOETH. geom. 450 Pytagorici . . . descripserunt sibi quandam formulam, quam . . . mensam Pytagoream nominabant, quia hoc, quod -xerant, magistro praemonstrante cognoverant. **β** *de litteris vel notis:* TRAD. Frising. 34 p. 62,26 (a. 769) manu propria, ut potui, caracteres cyrografu inchoando -xi *(sc. Tassilo dux)* coram iudicibus. ALCUIN. carm. 65,1,12 codicis . . . quot sunt in corpore sancto -tae formis litterulae variis *eqs.* LUDUS de Antichr. 53 Antichristus -ens primam litteram nominis sui regi . . . in fronte . . . cantat *eqs.* ANON. IV mus. 2 p. 40,19 puncta materialia, prout -untur in libris et prout significant melos et tempora *eqs. saepe.* **b** *scribere, litteris mandare, notare – (auf-, nieder-)schreiben:* **α** *in univ.:* FORM. Andec. 41 p. 18,24 iuxta, ut superios contenitur -pectum, relegionis *(i. relegatione; cf. notam ed.)*, quos tenet orum cartole textum ad vos volomtate mea conscriptas *eqs.* CONC. Karol. A 10,4 quod . . . precessorum vestrorum *(sc. ducis Tassilonis)* -ta pactus insinuat. WALAHFR. Wett. 841 'vos *(sc. fratres)*', ait, '. . . molli -ite (scribite *var. l.*) cera, ut . . . manifesta patescant *(sc. in somnio visa)*.' CHART. Sangall. A 457 uti concambii . . . conscriptiones pari ratione -tae perpetrarentur. COD. Lauresh. 51 ego . . . Chazo, indignus subdiaconus et monachus, hanc traditionem -xi. 58 prestariam. WALDR. carm. 3,67 quod minus aut maius scriptor -xit anhelus, rado vel adiungo. **β** *inscribere – anschreiben:* DIPL. Frid. I. 827 p. 34,19 privilegium . . . in fronte maioris templi aureis litteris sollepmniter -tum . . . renovamus (*inde* CHART. civ. Spir. 25 p. 28,6 [dipl. Otton. IV.]). **γ** *conscribere, componere – verfassen:* WALTH. SPIR. Christoph. II 6,267 hec *(sc. carmina)* . . . Waltherus . . . pro vice Christophori metrica -xit amussi. **2** *latius i. q. (ef)fingere, designare – abbilden, darstellen:* **a** *de imagine:* GESTA Neap. 4 in . . . apsidam -ixit *Severus episcopus* ex musivo Salvatorem cum XII apostolos sedentes. AGOB. 9,1 sunt, qui putant lege Dei prohibitum, ne vel hominum vel quorumlibet animalium sive rerum similitudines sculpamus aut -amus in ecclesia. AGNELL. lib. pont. 27 angelus Domini in aspectu altaris . . . est -tus. 88 cur variis vestimentis et non omnes unum indumentum habuisset *(sic)* -ti sunt *(sc. martyres et virgines)*? CARM. Bur. 82,6,2 in cortinis milites -unt nostras *(sc. thymi et lapathii)* facies cum serico in palliis, colore et in clipeis. *persaepe.* **b** *de signo:* BEDA temp. rat. 1,93 toto alphabeti sui charactere in numerorum figuras expenso tres, qui plus sunt, numeros notis singulis -unt *Graeci.* PS. ODO CLUN. mus. p. 272[a] neque eam *(vocem adiunctam)* per primam litteram designamus, sed per graecum Γ -imus. **c** *de signatione crucis ('schlagen'):* ARBEO Corb. 10 p. 199,4 signum salutis capite illius *(rei)* munivit et collo . . . salutiferi vixilli manu propria signum -ixit (-xit *var. l.*). VITA Amati Habend. 8 (ASBoll. Sept. IV p. 107,3) signum c r u c i s -ens ait: '*eqs.*' (EKKEH. IV. bened. II 99). **B** *in imag. vel per compar.:* ALDH. virg. I 60 p. 321,22 virginitatis speciem et venustum pudicitiae vultum componens diversis virtutum coloribus quasi fucorum floribus -xi (-cxi *var. l.*). RHYTHM. 146,11,6 onusta currens viam nec planta -o *(sc. navis)*. CHART. episc. Halb. 56 l. 14 quidquid superna manus nostre *(sc. Hildewardi)* humilitati aut digito introsus -xit, aut transitorie extrinsecus apposuit *eqs.* VITA Notkeri 5 p. 577[a],61 ut, quicquid virtutis in eis *(patribus)* videret, . . . hoc in abscondito mentis suae -ens imitaturus reconderet. CHART. Raitenh. 253 p. 206,24 ut . . . reatus nostros diluat *misericordia (i. Christus)*, qui peccatorum in nobis maculas -xerunt. **C** *translate:* **1** *describere, declarare, exponere – beschreiben, erklären, darlegen:* WALAHFR. Wett. 102 versibus in paucis Heitonis gesta . . . -xi. ECBASIS capt. 17 sunt . . . quidam, si me -ere quiddam audierint falsi, certabunt *eqs.* ODO ARET. ton. B p. 90 quemadmodum in proto autentico duas discretas facies -ximus . . ., sic et in plagis diversas et annumeratas distinximus partes. CONR. HIRS. dial. 60 in his inquisitionibus tuis auctoristam mihi -xisse videris, qui *eqs.* CONR. MUR. summ. p. 89,145 diffinitio fit, dum succincta brevitate cuiusvis natura rei -itur ad te. *al.* **2** *(animo) concipere, imaginari – sich ausmalen, vorstellen:* FROTH. epist. 22 quis . . . ea *(sc. gesta et obsequia)* conspiciens non animo salubriter infigendo -guat, quorum recordatio *eqs.* ARABS 273 (AltdtBl. 2. 1840. p. 389) ante sue mentis oculos -it *hospes homo*, ab illo *(amico)* quam tulerit quondam munera. ALBERT. M. animal. 8,231 immundus *(spiritus)* . . . sordidata ostendit, quaecumque -ta sunt in ipso. *opinari – sich einbilden:* BERTH. RATISB. serm. exc. p. 13,8 non est aliud gaudium, sed dormiens vel -tum, falsum gaudium, non verum. **3** *praeformare, (figmentis) moliri – vorzeichnen, (durch falsche Vorspiegelungen) ins Werk setzen:* AGOB. 11,28 ostenderunt se *missi regis* christianis terribiles et Iudaeis mites, maximę Lugduni, ubi partem persecutionis adversus ecclesiam -xerunt *(cod.*, definxerunt *ed.)*, quam multis gemitibus, suspiriis et lacrimis stimulaverunt. **4** *reddere, refigurare – wiedergeben, widerspiegeln:* THIOFR. Willibr. II 1,76 succrevit pusio . . ., pulchra qui facie -xit utrumque parentem. **5** *significare, figura exprimere – symbolisieren:* RUP. TUIT. off. 1,22 l. 473 quae *(casula)* extensionem manuum crucifixi Domini apte -it.

II *expingere, coloribus tingere – aus-, bemalen, färben:* **A** *strictius:* **1** *proprie:* **a** *in univ.:* CAND. FULD. Eigil. II 17,136 quam *(aram)* . . . egomet . . . -xi ingenio tenui. SYLL. Sangall. app. 2,11 fenestrarum -xit *filia regis* plana colorum pigmentis. HERACLIUS I 3,1 e vitro si quis -ere vascula quaerit *eqs.* 19,4. EUPOLEMIUS 2,83 illi *(Sotheri)* clipeus fuit omnem virtutem Iosue -tus et horrida bella. ANNAL. Ianuens. III p. 127,14 parate fuerunt in portu . . . naves IIII magne et dipincte colore albo cum crucibus vermillis per totum *eqs. saepe.* **b** *fucare – schminken:* GLOSS. I 458,13 St.-S. -xit *(sc. Hiezabel)* oculos suos kilihisota augun siniu. **2** *in imag. vel per compar.:* ALDH. virg. I 32 p. 273,19 quorundam vultus purpureus genarum rubor velut stibio -xit. BEDA hist. eccl. 1,7 p. 20,29 qui *(mons)* . . . quingentis fere passibus ab harena situs est variis herbarum floribus -tus. SIGEBOTO Paulin. 3 p. 912,40 virgo . . . nobilitati suae morum respondens elegantia nativis et propriis se -xit coloribus. **B** *latius:* **1** *picturis exornare – mit Bildern versehen:* **a** *in univ.:* ARBEO Corb. 19 ut lammina illius *(Ansarici)* sepulchro -to *(m. al. corr.* -ta *1)* declarat. CATAL. thes. Germ. 111,59 schrineum -tum. *al.* **b** *de libris ('illustrieren'):* CATAL. biblioth. A III 90 p. 359,22sqq. (a. 1112/23) medicinalis liber -tus. B I 3 p. 12,25 quaternio -tus. **c** *de textilibus:* CATAL. thes. Germ. 86,6 (s. XI.) quatuor pannos serico -tos. BERTH. ZWIF. chron. 9 p. 172,6 Udilhilt . . . duo vela lin-

tea -ta ad altare . . . suspendit. 40 p. 266,15 duae cortinae linteae -tae. **2** *(ex)ornare – (aus)schmücken (interdum in imag. vel translate):* WALAHFR. imag. Tetr. 146 nulla suo pro carmine dona emeruit *(sc. qui quatit aera plectro)*, saltim ut fulvi pars extima nigros auri conlatis meritis -ret artus. ECBASIS capt. 796 qui *(sc. Deus)* faciem celi -it sidere pluri. WALTH. SPIR. Christoph. II 1,22 interius variis eadem *(aula Romana, i. grammatica)* -ta figuris . . . octonas pretendit lauta coronas. MEGINFR. Emm. 12 p. 981C cur moratur hic facundia, ubi locus est voci suspiriis interclusae, non compositionis arte -tae? **3** *instruere – ausstatten:* FROUM. epist. 17 cuius *(Boethii)* libros propria manu duos conscripsi pleniterque, ut puto, glossica conscriptione -xi.

adi. **depictus,** -a, -um. *ornatus, varius – geschmückt, bunt:* EPIST. Hildesh. 134,26 alia laus: . . . camera sapientie -issima et preciosissima.

[depitres *v.* de *p. 40,63.*]

deplaco, -avi, -are. *script.* -ag(o): *l.23. placare, (sibi) conciliare – besänftigen, gewinnen:* LAMB. HERSF. annal. a. 1076 p. 261,29 quod idcirco deditionem caeteris . . . suaserit *Otto*, ut eorum sanguine regis sibi animum -ret (placaret *var. l.*). GESTA Ern. duc. I 1,217 ut signaret *legatus* duci . . . nec aliter -are (-gare *var. l.*) animum augusti, nisi patria pulsus orbe Romano decedat. *de Deo placando:* TUTO opusc. 2,18 p. 95,9 haec *(beata Felicitas)* non tantum linguae officio, sed et utriusque hominis famulatu devotissimo eum, quem supernae tremunt potestates, -vit.

***deplago,** -atum, -are. **1** *impugnare, in controversiam vocare – anfechten, streitig machen:* CHART. Pomm. 895 (a. 1269) ut . . . hec, que . . . conventui sunt indulta, ne quis . . . infringere presumat vel eciam litigando -are, presentem paginam . . . confirmamus. **2** *?plagare – ?schlagen, verwunden:* LEX Baiuv. 6,3 si in eo *(servo)* contra legem infanc fecerit *aliquis* vel in capite plagam, ut testa appareat vel vena percussa vel ⌞plaga tumens⌟ (-tum, de plagatum *var. l.*) fuerit, cum I solido conponat.

***deplanctio,** -onis *f.* *querimonia, querela – Klage, Beschwerde:* RUD. TRUD. epist. p. 326,23 Otto, filius advocati nostri, . . . villam nostram Villarium invasit, absque ulla -e villicum meum . . . cepit, abductum ad villam suam . . . in cippo posuit, tortum graviter duabus tandem libris redimi coegit.

deplango, -planxi, -planctum, -ere. **1** *aliquid vel aliquem i. q. plangere, flere, lugere – beklagen, beweinen, betrauern (absol.: l. 48):* GODESC. SAXO carm. 10,7,12 nostra . . . dona *(sc. Deus)* nobis peccata -ere. DIPL. Otton. II. 99 p. 113,8 quod adierint nostram celsitudinem fideles nostri . . . condolendo et compatiendo -entes paupertatem . . . Tullensis ecclesiae. FROUM. carm. 36,19 nimio non vult luctu cessare -ens *mater*, sunt *(sc. innocentes)* quia, sed non est illis regressio tristis. HELM. chron. 60 p. 117,14 tanta fuit clades exercitus . . ., ut eorum, qui interfuerunt, adhuc hodie lacrimis -atur. CARM. Bur. 119,2,4 me dulcis consortem studii -ite, qui vobis *(sc. sociis)* perii. *al.* *de animalibus:* ALBERT. M. animal. 23,132 quod pullos . . . interficit *pellicanus* et -tos . . . sanguine, quem de pectore morsu elicit, revocat ad vitam. 24,24 hominem . . ., cum potest, interficit *cocodrillus*, sed eum postea . . . -it. **2** *alicui aliquid i. q. queri, flebiliter intimari – klagen, Klage führen:* GONZO Geng. 31 quae *(puella)* . . . ante eius altare pernoctabat, infirmitatem suam ei -bat. CHRON. Andag. 93 p. 242,26 Otbertus . . . se . . . plurimum gravari privatioribus suis sepissime -nxit. RUD. TRUD. epist. p. 329,39 malis, quae michi facit *(sc. Otto)*, ita captivus teneor, ut exire claustrum nullo modo audeam, hoc mando vobis, hoc -o.

deplano, -are. *planare, levigare – eben machen, glätten:* ROD. GLAB. hist. 1,9 p. 20,20 alius . . . Sarracenorum . . . cultro -ans ligni astulam posuit . . . pedem super viri Dei codicem.

***deplantatio,** -onis *f.* *defectus plantationis, cessatio – das Fehlen einer Bepflanzung, das Brachliegen:* CHART. Otterb. 99 (a. 1251) ipsi *(abbas et conventus)* ulterius concedent cultori eadem bona, de quibus eis census debitus et nobis . . . precaria persolvetur; si . . . propter -em eadem bona concedi non poterunt, advocatus . . . bona in suam potestatem recipiet.

depleo, -etum, -ere. **1** *evacuare, purgare – entleeren, reinigen:* BOTAN. Sangall. 15,1 ad capud -tum (*ex Ps. Apul. herb. 20,1* -endum): herba nasturcio teris, in naribus distillavit, capud emendat. *inflatione liberare – abschwellen lassen:* AMARC. serm. 2,373 sanat *Christus* filiolam Phenisse, ydropica membra -et et incolomem dat centurionis alumnum. **2** *medial. i. q. minui – abnehmen:* MEGINFR. (?) carm. p. 648D a quinta decima *(sc. nocte)* . . . -bitur *luna*, usque quo lumen perdat.

deplico, -are. *explicare – auseinanderwickeln, -falten:* CHRON. Albr. a. 1212 p. 895,8 eidem *(sc. Virginis)* mandato fuit annexum, ne aliquis omnino vexillum illud *(sc. Mariae de Rochemador)* -ret usque ad diem belli.

deplois *v.* diplois.

deploratio, -onis *f.* **1** *lamentatio, ploratio – das Wehklagen, Klage:* SALOM. III. carm. 2,57 Hieremie sancti me -o libri corde tenus tangit. GESTA Camer. 1,76 Rotnascenses . . . Fulbertum pontificem suppliciter adierunt suaeque -is seriem inculcantes obnixe implorarunt, ut *eqs.* **2** *miseratio – das Beklagen:* COD. Udalr. 167 p. 294,13 (a. 1114/15) ut prudentiam vestram *(sc. episcopum Babenbergensem)* ad defensionem vel saltem ad liberam -em . . . gravissimi sanctae ecclesiae casus excitaremus *(sc. archiepiscopus Coloniensis)*. RUP. TUIT. trin. capit. l. 2790 -o iudaicae gentis ex persona prophetae.

deploro, -avi, -atum, -are. *struct.:* *pendet* de: *l.39. pendet enunt. obliquum: l.28.*

1 *(de)flere, lamentare, complorare – (be)weinen, (be)klagen, (be)jammern:* **a** *in univ.:* **α** *proprie:* ARBEO Corb. 20 lacrimis fusus, flevili voce -ans, suum secretum . . . perdedisset, et pristinae petitioni insisteret, ut *eqs.* AGIUS vita Hath. 11 inter familiaria, quae cum eo *(familiari)* habebat, colloquia etiam monasterii sui statum tenerrimum -are coepit. THANGM. Bernw. 54 p. 781,16 patriae defensorem . . . tam nobilium dignitas quam plebium humilitas concordi dolore subtractum esse -at. CHART. Aquens. 166 l. 7 (dipl. Heinr. V.) multas iniurias a subadvocatis eis *(fratribus)* illatas nobis -vit *Teodericus praepositus*. RAHEW. gest. 3,45 p. 218,17 diversus . . . erat victus, cum potentiores quidem amplius haberent, infirmiores autem penuriam -rent. *al.* *pendet* de: EPITAPH. var. II 89,1 funere de fratris -a, grex monachilis. **β** *translate:* CARM. de temp. rat. 248 annos ternos esse scito, qui tenorem argumenti aptum certe non conservant, sed uno minus esse -ant. **b** *c. colore quodam:* **α** *lamentando promere – klagend vorbringen:* COD. Udalr. 219 p. 392,17 (a. 1098/1125) ponite *(sc. praepositus)* . . . vobis ante oculos totam ecclesiam nostram *(sc. Moseburgensem)* . . . tam miserabilem coram vobis -are querimoniam, et . . . ad nos dignemini venire. OTTO FRISING. chron. 7,26 profugus ad regem veniens casum suum -at. gest. 2,25 p. 127,21 nos *(sc. Terdonenses)* . . . ad pedes regalis excellentiae venire desiderabamus calamitates -turi, quas sustinemus *eqs.* **β** *flebiliter canere, describere – klagend besingen, schildern:* OTTO FRISING. chron. 6,31 p. 297,10 quidam ex nostris hunc rerum humanarum casum *(sc. mortem Hermanni ducis et aliorum)* -ans rhitmum in modum tragediae . . . composuit. **2** *lacrimis exorare, implorare – unter Tränen erbitten, erflehen:* IONAS BOB. Columb. 2,7 p. 242,20 crucem super oculos exprimit et manu oculos palpando Domini praesidium adesse -at (implorat *var. l.*).

depluis *v.* diplois.

***deplumatio,** -onis *f.* **1** *privatio plumarum, vellicatio – das Gerupftwerden, Rupfen:* ALBERT. M. animal. 8,13 vidimus . . . cornices et picas deplumantes aquilam, quae residens in arbore patienter dissimulavit -em. **2** *defluvium plumarum, locus deplumis – das Ausfallen der Federn, federlose Stelle: v. p.346,18.*

***deplumo,** -avi, -atum, -are. (*cf. ThLL. s. v.* deplumatus) *partic. perf. usu adi.: l.69. p.351,1.* **1** *plumis privare, vellicare – der Federn berauben, rupfen:* **a** *gener.:* **α** *proprie:* RUODLIEB XV (XIV) 15 stat collum *(sc. feminae vetulae)* gracile -te quasi pice. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 62,21 mater portat ante eos *(pullos)* avem mortuam et docet eos eam -are et pasci ipsa -ta. *al.* GLOSS. Roger. I A 3,23 p. 705,39 non fiunt eis *(sc. leprosis)* in cutibus eminentie parve et multe, sicut acci-

dere solet in ansere -to frigido aeri exposito. SALIMB. chron. p. 482,27 vidi, quod, si quis vellet -are decem anates, habebat medietatem *(sc. IIII denariorum). al. v. et p.350,61. remissius i. q. privare – berauben:* PETR. DAM. epist. 40 p. 443,25 gallina rediit et exceptis alis et capite omnibus aliis -ta pennis nullum laesionis . . . vestigium reportavit. **β** *in imag. vel per compar.:* ANSELM. HAV. dial. 1,9 p. 80,2 columbam Dei simplicem in fide . . . crudeliter -verunt et laniaverunt *haeretici.* CONR. MUR. nat. animal. 1925 nos quasi -ant *Mennonides (i. Iudaei),* in viscera nostra laborant. **b** *alch. i. q. plumas amittere – die Federn verlieren (usu medial.):* PS. ARIST. tract. p. 790,44 revertar . . . ad verbum secundum, ubi serpens *(i. lapis animalis)* incipit -ri (*cf.* p. 790,7 videbitur in vase serpens ille plumas suas deponere). **2** *partes plumae amittere – die Federäste verlieren (usu mediopass.):* IOH. IAMAT. chirurg. 9,31 de pulvere albo: . . . commisce . . . auripigmentum et bullire dimitte, quoad penna immissa -etur. WILH. CONG. chirurg. 216 quod *(psilothrum)* fit sic: . . . apponatur calx viva . . . et paulative bulliat, quousque inspissari incipiat; signum autem decoctionis est, ut si penna galline . . . inponatur et facile -etur.

adi. **deplumatus,** -a, -um. *deplumis, calvus – ungefiedert, kahl:* FRID. II. IMP. art. ven. 4 p. 65,9sqq. alie *grues* sunt maiores . . ., ruborem habentes super caput et caput -um; alie sunt minores . . ., non rubee super caput neque -e sunt.

depluo, -ui, -utum, -ere. **1** *pluere – herabregnen, -fallen lassen (medial. i. q. decidere – herabfallen: l.29):* **a** *proprie:* AMARC. serm. 1,471 cum sulphure flammas -it a Domino Dominus Sodomam super urbem. 1,542 manna patres vestri . . . atque coturnices -tas aere denso ederunt. RUP. TUIT. trin. 12,7 l. 240 ut prius diceret propheta percussam fuisse petram, ut aquae fluerent, et deinde mandatum esse nubibus desuper et manna illis -tum esse, ut ederent *(sc. Iudaei). de ira:* RUP. TUIT. trin. 17,3 l. 118 ubi . . . clavibus praedictis, clavibus caeli, linguis suis ad iram -endam caeli portas aperuerunt *(sc. Iudaei) eqs.* **b** *in imag. vel per compar.:* AMARC. serm. 1,347 duplicis . . . in miserum iuris truculentos -it *luxuries* imbres. RUP. TUIT. off. 3,6 l. 384 qui *(prophetae)* ut nubes iustum, scilicet Christum et fidem eius, in terram cordis nostri . . . -unt. **2** *rorare, irrigare – betauen, benetzen:* ALBERT. M. anal. post. 2,3,7 p. 206b,41 quia -ta (*p. 96a,3* βεβρεγμένης) terra per calorem vaporantem humidam terram, necesse est vaporem fieri; . . . facta sic *(sc. ex vapore)* nube condensata, necesse est -tam terram esse. *Niederer*

deponens *v.* depono.

***deponibilis,** -e. *qui deponi, reprimi potest – ablegbar, unterdrückbar:* ALBERT. M. summ. theol. II 16,99,3,2 p. 243a,28 est . . . conscientia munda et immunda et recta et non recta et -is, unde dicitur alicui, qui habet conscientiam immundam, quod deponat eam. p. 243a,37 lex naturalis . . . numquam est -is.

depono, -posui, -positum, -ere. *script. et form.:* dip-: *p. 354,57.* -pun-: *p.354,9. praes.: indic. pass.:* -antur: *p.368, 18.* -entur: *p.368,18. coni. pass.* -etur: *p.354,59. partic.* -ans: *p.356,5. stirp. perf.* -possu-: MARIAN. chron. a. Chr. 320 p. 523,13. *al.* ANNAL. Plac. a. 1270 p. 546,29. *depon.: p. 352,16. usu absol.: p.354,15; medial.: p.352,1.354,38; refl.: p. 352,3.22.40.354,69.355,18.29; intrans.: p.352,12. struct.: c. praep.:* super: *p.352,58.* sub: *p.356,4.21.* coram: *p.356,63. 65. pendet* quod: *p.356,66. partic. usu subst.: praes.: p. 356,69. perf.: p.354,60. confunditur c.* disponere: *p.355,43. 46.356,5.357,62sqq.*

***desentio,** -sensi, -ire. *(francog. vet.* desentir; *v. Tobler-Lommatzsch, Altfrz. Wb. II. p. 1564)* **1** *agnoscere – wahrnehmen, erkennen:* VITA Deic. 13 (36) p. 678,52 (ed. Waitz) venerabilis ... regina, postquam divortium sensit scortumque regis -sit (deprehendit vel agnovit *superscr. 1*), noluit eum propalam traducere, sed salubri correctione corrigere. **2** *sapere – Geschmack haben, verstehen:* HERIG. gest. 30 p. 178,10 ab activa multum me -ire fateor *(sc. Agnus)* vita, contemplativae vero numquam saltem delibasse principia.

***desepelio,** -ivi, -ire. *(de sepulchro) effodere – (aus dem Grab) ausgraben, exhumieren:* ANSELM. BIS. rhet. 2,3 p. 145,14 sepultum -vit *maleficus*, mortuum diabolica arte suscitavit, mortuum hominem quasi hominem reddidit.

***deserentia,** -ae *f.* (deserere) *desertio – das Verlassen:* ALEX. MIN. apoc. 10 p. 169,18 nubem interpretati sumus mundi -am, irin continentiam, solem obedientiam. p. 172,2 nubis species est lucida, iris lucidior, solis lucidissima, ita omnipotenti Deo grata est rerum -a, gratior continentia, gratissima obedientia.

1. desero (-rr-), -are. *resero – entriegeln, aufschließen:* Ps. METHOD. revel. 198 cum fuerit ... pax, tunc -rrabuntur porte Caspie in lateribus aquilonis.

2. desero, -serui, -sertum, -ere. *script.:* dis-: *p. 429,23.* dess-: MARIAN. chron. a. Chr. 267. *usu absol.: p.428,9.*

1 *strictius i. q. relinquere, destituere – ver-, zurücklassen, im Stich lassen:* **a** *proprie:* **α** *in univ.:* ARBEO Corb. 14 cautellam clericorum, quam monendo -ere non potuit. WILLIB. Bonif. 4 p. 15,15 cum ... secum sollertissime deliberaret, ut p a t r i a m parentesque -ret, tandem *eqs.* (HUGEB. Willib. 2 p. 89,32. *al.*). FORM. Senon. II add. 4,12 a Deo dispectus et -tus. BERTH. (?) annal. a. 1069 huius mundi umbraticas -ens vanitates ultimum diem ... feliciter clauserat *episcopus*. VITA Heinr. IV. 8 p. 30,21 abstractis ab eo *(patre)* multis -uit *filius*, ... -endus ab his, qui sibi, ut desertor fieret, persuaserunt. *persaepe. de rebus c. sensu deficiendi:* CONST. Constant. 102 tibi *(sc. Constantino)* piscinam pietatis ostendet *Silvester papa*, in qua dum te tertio merserit, omnis te valitudo ista -et leprae. WIPO gest. 6 p. 28,2 si ... omnia observare vellem, ante me -rent vires quam materies. EBERH. BAMB. epist. 9 p. 520[A] si ... amplius vellemus insistere, dies prius nos quam copia rationum et auctoritatum -ret. RAHEW. flosc. 4,197 si loquar ... de diva prole tonantis, -et os hora, non rerum copia, fantis. **β** *desciscere – abtrünnig werden, abfallen, sich abwenden (von):* LEG. Wisig. cod. Eur. 310 p. 18 reddat *buccellario (i. cliens)* omnia patrono, quem -uit. CONC. Karol. A 61,3 p. 807,9 -ente omni populo Ludovicum imperatorem et transeunte ad filium eius Lotharium. WIDUK. gest. 2,28 p. 90,12 nostrum communem dominum -ui *(sc. Immo)* et Saxoni me periculo capitis mei sociavi. WIPO gest. 2 p. 17,26 si invicem discordamus *(sc. duo Chuonones)*, certum est, quod populus tunc velit nos -ere ac tertium quemlibet sibi quaerere. CARM. de Frid. I. imp. 3315 hanc *(quadrigam)* quasi castellum vallabat lecta iuventus et robur populi iurando iure ligatum, ne fugeret neu -ret radiantia signa. *al.* **γ** *fugere – fliehen, ausreißen:* LEX Sal. Merov. 90,2 quod si cuiuslibet servus -ens domino suo ad ecclesiam confugerit *eqs.* (*cf.* CAPIT. reg. Franc. 3,15). **δ** *repudiare, abdicare – verstoßen, sitzen lassen:* TRAD. Teg. 118 (a. 1098) filiam, cum qua servorum sancti Quirini quidam ... habuerat rem, ne ipsam -ere posset, sociam fecit *Ruthardus* eo tenore, ut *eqs.* **b** *translate:* **α** *permittere – über-, hinterlassen:* HRABAN. carm. 20,14 nec mihi ceu propria petulans haec vindico scripta, -o sed vestro *(sc. Ratgerii)* omnia iudicio. ECBASIS capt. 1062 quę mihi *(sc. leoni)* sunt regno, vadens hinc -o pardo. **β** *deponere, dimittere, desistere (ab) – sein lassen, ablassen (von), aufgeben:* LEG. Wisig. 12,1,1 si in totum iudicii proprietas adtenditur, misericordie ... mansuetudo -itur. CONC. Karol. A 36 p. 272,9 ut canticum luxuriosum circa ecclesias -atur. RIMB. Anscar. 34 p. 65,18 ut coepta non -ret, ... commonebat *Ebo*. HROTSV. Sap. 1,5 haec ... femina ... hortatur nostrates avitos ritus -ere et christianae religioni se dedere. GERH. AUGUST. Udalr. 1,10 l. 63 ut ... castellum cum suis componere -uisset *Liutolfus*. LAMB. HERSF. annal. a. 1074 p. 199,18 malle se *(sc. totam factionem clericorum)* sacerdocium quam coniugium -ere. FRID. II. IMP. art. ven. 4 p. 75,2 anseres aut alie aves, pro quibus avibus falco -ret gruem. *saepe. expressius i. q. rumpere – brechen:* SISEB. Desid. 15 cum ... labem periurii reserati et foedera sacramenti -ti mente sacrilega perfidi ad non esse pertenderent *Theudericus et Brunigildis eqs.* **γ** *omittere, praetermittere – weglassen, übergehen:* LAMB. TUIT. Herib. 2 prol. deliberavi ... virtutes sancti ... intactas a me -i, timens in eis importunitate inculta nonnullis scandalum fieri. **2** *latius i. q. vastare, desolare, desertare – verwüsten, zerstören:* DIPL. Ludow. Inf. 36 p. 152,20 quandam cellam Vetus monasterium nuncupatam, olim succensam et penitus -tam ... restauravit *monachus Umcrimmus*. DIPL. Otton. I. 396 p. 538, 32 monasterium ..., quod olim edificatum fuit ... et modo -tum est usque ad solum. **3** *per confusionem:* **a** *c.* disserere *i. q. (per)tractare – erörtern, darlegen:* Ps. VEN. FORT. Remig. 9 longum est ... verbis exeri ..., quantum *eqs.*; ... studiamus ergo pauca -ere, plurima praeterire. CARM. libr. II A 14,4 explicit *Augustinus* ampla suo stringens dialectica pugno, -it et cuncta sub brevitate docet. *solvere – lösen:* AETHICUS p. 112,4 non valuerunt *Aurilius philosophus et Arbocrates* aliqua enigmata ipsius *(Aethici)* -ere (disserere *var. l.*). *ibid. al.* **b** *?c.* deservire *i. q. studere, curare – bemüht sein, Sorge tragen:* GLOSS. psalt. Lunaelac. 58,3 quae ad cruentationem peccati semper

[Weber]

-itur *(cf. notam ed.)* liberari homo. *cf.* dissero.

adi. **desertus,** -a, -um. *incultus, solus, vastus – öde, verlassen, unbebaut, einsam:* STEPH. Wilfr. 63 ad -a l o c a revertere et contemplativam vitam exercere (EINH. Karol. 13 p. 16,5 locus . . . ita -us, ut ne vestigium quidem in eo humanae habitationis appareat. *al.*). COD. Odalb. 10 hobam unam -am. CHART. Carniol. I 74 p. 85,26 ad -as alpes. HIST. de exp. Frid. imp. p. 68,39 ne in -a Romanię asperitate hiemis incidentes tum intemperie aeris tum penuria victualium homines et iumenta defecissent. *in nomine loci:* ANNAL. Altah. a. 1065 p. 70,30 pervenit *Guntherus* ad urbem, quae D–a civitas *('Oedenburg')* nuncupatur. FUND. Consecr. Petri p. 168,5 qui locus usque in hodiernum diem dicitur Odinge *('Ötting')* in barbarica lingua, qui in Latina sonat locus -us.

subst. **desertum,** -i *n.* *vastitas, solitudo, terra inculta – Wüste, Einöde, unbebautes, verlassenes Land:* LEG. Burgund. const. I 72 si quis pedicam feris fecerit extra culturas et in -o posuerit *eqs.* ARBEO Corb. 8 p. 196,16 sicut manna Ebreorum populo per -um gradienti . . . diversis faucibus diversum reddebat saporem, ita *eqs.* ABBO SANGERM. serm. 2ª,15 beatus Iohannes in -o, hoc est in silva, habitabat, heremita erat. MARIAN. chron. a. Chr. 31 p. 501,22 factum est verbum Domini super Iohannem . . . in di-o. CHART. Lamb. Leod. 195 p. 258,9 si ducuntur apes ad -um extra parrochiam *eqs.* CHRON. Saxon. (MGScript. XXX p. 33,19) Berlyn . . . et alia loca plurima exstruxerunt *Iohannes et Otto* et sic -a ad agros reducentes bonis omnibus habundaverunt. *persaepe.* *alleg.:* HRABAN. univ. 13,10 p. 371B ponitur -um aliquando pro paradiso, quem homo . . . deseruit, . . . aliquando . . . -um significat indigentiam praesentis vitae. *ibid. al.*

deserro *v.* 1. desero.

desertio, -onis *f.* **1** *sensu act.:* **a** *relictio, destitutio – das Verlassen:* **α** *in univ.:* VITA Theod. 30 p. 55,39 cum optabile . . . illi esset resolvi et cum Christo esse, sed pro filiorum, quos per evangelium Christo genuerat, -e lectulo se erigi iussit. RUP. TUIT. omnip. 25 (PL 170,475B) malum fieri noluit *paterfamilias*, malum -is, ut alienaretur cor filii a pia subiectione patris. *ibid. al.* **β** *proditio – das Abfallen, Verrat:* IOH. CANAP. Adalb. B 26 p. 64,14 tibi *(sc. Christo)* sacrificabo hostiam laudis, quia a periculo -is filiorum os ipsorum gloriosius me liberavit hodie. **γ** *deiectio – das Absetzen:* FLOD. hist. 4,6 p. 394, 23 praevalere cernebatur animositas, cuius rei erat initium -o regis Odonis et institutio Caroli. **b** *actus desistendi (ab), depositio – das Aufgeben, Ablassen:* HONOR. AUGUST. gemm. 2,58 per 'Deus, in nomine tuo' erroris -em, per 'confitemini' laudis confessionem . . . exprimimus. **2** *sensu pass. i. q. existentia destituta, solitudo – Verlassenheit, das Verlassensein:* RUP. TUIT. off. 5,5 l. 254 lectio de Iona, qui . . . fugit in Tharsos et fluctibus maris se tradidit, -em . . . gentis suae veritus futuram. trin. 29,88 l. 2741 metaphoricos per montes superbiam peccantium, per desertum -em a Deo significat *psalmista (spectat ad Vulg. psalm. 74,7).* Ioh. 10,1357 abeundo . . . in regionem iuxta desertum et ibi *(sc. in civitate Ephrem)* morando cum discipulis suis, per desertum innuit *Christus* -em Iudaeorum, per ipsam regionem, quae est iuxta desertum, electam habitationem gentium.

desertitudo, -inis *f.* *existentia destituta, solitudo – Verlassenheit, Einsamkeit:* RATHER. conf. 34,1220 cognatorum nobilis, . . . flens quoque et eiulans . . ., relinqui se quod videbat, caterva *(sc. irruit)*, -is illorum praeiudicia *(sc. irruerunt)*, labores innumerabiles atque periculosi itinerum. RUP. TUIT. trin. 21,28 l. 1638 petram deserti Ruth Moabitidem dicit, petram . . . propter propriam fidem, petram . . . deserti propter -em Moabiticae gentis, quae vere idcirco desertum erat, quia Dominum inhabitatorem non habebat.

deserto, -avi, -atum, -are. **1** *vastare, desolare, depopulari – verwüsten, veröden, entvölkern:* LEX Baiuv. 10,3 de minoribus aedificiis: si quis -verit (desersa- *var. l.*) aut culmen eiecerit *eqs.* CAPIT. reg. Franc. 43,11 p. 122,21 (codd. 14.15) de propriis servis et ancillis, ut non supra modum mittantur in monasteria, ne -entur villae. ANNAL. Fuld. Altah. a. 899 p. 132,28 Bauuariorum principes cum suis fines Marahabitarum . . . invaserunt et manu valida loca illorum -antes predamque colligentes domumque revertentes. ADEMAR. hist. 3,20 l. 28 (cod. 2) oras maritimas -antes . . . prostrati sunt *Nortmannorum cohortes* a vicinis ducibus Francie. *al.* **2** *relinquere, deserere – verlassen, im Stich lassen:* ANNAL. Fuld. Altah. a. 900 p. 134,8 Zuentiboldus . . . a suis tam episcopis quam comitibus . . . -tus est.

adi. **desertatus,** -a, -um. *incultus, vastus – unbebaut, öde:* TRAD. Frising. 1045 p. 788,38 (a. 908) beneficiolum unum pene -um.

desertor, -oris *m.* *script. et form.:* dis-: *l.18.42.48.* *gen. sg.* -es: *l.18.* *acc. sg.* -onem: *l.48.* *nom. pl.* -is: *l.15.*

1 *proprie i. qui relinquit, deserit, prodit – einer der verläßt, im Stich läßt, ausreißt, Verräter, Abtrünniger (usu attrib.: l.21.27.28):* **a** *in univ.:* EPIST. Merov. 3 p. 438,10 si hoc *(sc. alterum episcopum sibi fieri)* petunt *(sc. plebs)*, . . . -is potius iudicandi sunt quam fedelis. FORM. Flav. add. 5 p. 491, 30 ut, si quis in monasterio nutritus . . . fuerit et . . . discesserit, . . . di-es crimen damnetur. RATHER. prael. 2,6 l. 216 quare adulterator aut penitus -r illius *(coniugii)* crimen incurrat. LIUTPR. leg. 36 faciam *(sc. Nicephorus)*, ut aliud dominus tuus quam -es servos defendere cogitet. LAMB. HERSF. annal. a. 1057 p. 72,24 sanctae conversationis habitum . . . abiecit uxoremque suam et possessiones -r Dei et transfuga recepit *palatinus comes Luthariorum. saepe. v. et l.40.* *de diabolo, angelis lapsis:* AMALAR. bapt. 29 exsufflatur . . ., quia tali dignus est ignominia -r antiquus. RUP. TUIT. trin. 17,13 l. 624 contra -is diaboli mendacium. HILDEG. div. op. 1,1,8 capit. p. 2 diabolus et angeli -es iusticię. *al.* **b** *qui desciscit – 'Deserteur':* LEG. Wisig. 9,2,9 p. 374,7 si amatores patrie hii . . . adprobantur, qui se periculis . . . pro eius liberatione obiciunt, cur -es potius non dicantur, qui vindicatores eius esse desistunt? ANNAL. Fuld. II a. 882 p. 99,6 quem *(Gotafridum)* maximum inimicum et -em r e g n i sui habuerat *imperator eqs.* (RAHEW. gest. 4,28). RUOTG. Brun. 20 p. 20,18 regni vastatores, m i l i c i ę -es (PETR. DAM. epist. 112 p. 277,11. *al.*). SUMM. Heinr. A 8,187 -es herifluhtige, qui desertis militaribus officiis evagabantur. *al.* **2** *translate i. qui desinit, desistit – einer der Abstand nimmt (von):* **a** *in univ.:* CONC. Karol. A 50D,36 multi ecclesiasticae regulae subiecti p r o p o s i t i et loci sui -es effecti (52 p. 685,5). CHRON. Andag. 89 p. 221,20 si consecratus ab Otberto Romane sententie probaretur *Wiredus* -r (di- *cod. a. corr.*), cuius antea fuerat acerrimus assertor. HILDEG. scivias 3,9 l. 679 accensus in spiritu sancto -r erroris relinquensque omnia filius columbae Petrus. CAES. HEIST. mirac. I 12,13 p. 325,31 erat . . . dux tyrannus immanis . . . et fidei catholicae -r. *al.* **b** *qui neglegit – einer der vernachlässigt:* CHART. Bund. 357 p. 268,1 (a. 1164) quia cognovit *episcopus* . . . abbatem huius litis disertonem (di-em *var. l.*) et tamquam per contumatiam absentem fuisse. **c** *qui rumpit – einer der bricht:* HILDEG. scivias 3,9 l. 703 -es . . . divini pacti . . . per me vanis simulacris comparantur. *cf.* dissertor.

desertrix, -icis *f.* *quae deserit – eine die verläßt, Verräterin (usu attrib.):* REGINO syn. caus. app. 1,52 p. 415 *(ex conc. a. 441)* viduitatis servandae professionem . . . minime esse violandam, eius *(sc. viduae)* vero raptorem vel ipsam talis professionis -em merito esse damnandam (*item* app. 2,16 p. 433). 2,18 p. 434 *(ex conc.)* viduas . . . statuit synodus professionum vel habitus sui -es, ut . . . condemnentur (*item* DECRET. Burch. 8,14). HERIG. Ursm. 1,6 -em *(sc. angelicam choream)* cladem captare minacem vincula iudicii pandent servata futuri.

1. desertus *v.* 2. desero. **2. desertus** *v.* 1. disertus.

deservio, -i(v)i, -itum, -ire. *script. et form.:* dis-: *p.432,20.* *praes.:* *indic.* -vivunt: *p.431,66.* *partic. nom. pl. n.* -entiae: *p.432,31.* *depon.: p.429,1 (dub.). p.432,54.* *gerundi(v)um pro partic. fut.: p. 432,50. adde* CHART. Grimm. 6. *usu absol.: p.431,52. al.* *?pendet inf.: p.429,1.*

I *usu originario i. q. servire, famulari, servum, ministrum esse – dienen, zu Diensten sein, zur Verfügung stehen:* **A** *subi. homines (per prosop.: p.431,31):* **1** *gener.:* **a** *strictius:* EPIST. var. II 5 praef. p. 305 quia . . . vestrae *(sc. abbatis)* auctoritatis voluntas extitit, ut huic sanissimae legationi nostra parvitas -ret *eqs.* CONST. Constant. 52 ut . . . creaturae et non

[Weber]

creatori -ire suadeat *antiquus serpens (cf. Vulg. Rom. 1,25)*. REGINO chron. a. 746 p. 42,16 ita te *(sc. Carlomannum)* fratribus -ire oportet? EPIST. Worm. I 12 p. 29,2 scire . . . id vos *(sc. episcopum Wormatiensem)* . . . volo neminem esse . . . meo . . . excepto domino *(sc. episcopo Wirziburgensi)*, cui promptiori -rem animo. DIPL. Constantiae 66 p. 207,21 omnes . . . intueri, quos sincera fides et specialis devotio . . . nostre maiestati monstrat omnimode -ire. *saepius*. *de idolatria:* ARBEO Emm. 3 pervenit ad eum fama, quod in quibusdam Europae partibus Pannoniensis plebs . . . maxime ydolis -ret. **b** *latius:* **α** *consulere, se dedere, operam dare – sich kümmern (um), sorgen (für), sich widmen:* CONC. Karol. B I 13 p. 146,39 quatinus eodem affectu religioni suae continuam devotionem adhibeant *membra aeterni regis*, quo nos *(sc. episcopi)* eorum . . . tranquillitati . . . -imus. ANNAL. Fuld. II a. 842 p. 33,21 foedus inire maluerunt *fratres* quam c o n t e n t i o n i b u s diutius -ire (GERH. AUGUST. Udalr. 1,6 l. 80. *al.*). UFFING. Ida 2,2 p. 483, 29 bene . . . te *(sc. Bilonem)* hac in re egisse approbo, qua ecclesiasticis cultibus conponendis magopere -is. ANON. coit. 1,4,4 si . . . abstinere se non potuerint *senes et macilenti*, . . . subordinandis curis -ant et dietis ac medicinis languenti nature subveniant. *al. v. et p.429,1.* **β** *obsequi, oboedire – folgen, gehorchen:* LEX Baiuv. 7,5 liberi, qui iustis legibus -unt, sine impedimento hereditates suas possedeant. RUOTG. Brun. 36 p. 37,9 arbitratus sic se regno consulere votisque imperatoris sic amplius -ire, Liudolfum, . . . nepotem suum, convenit. DIPL. Otton. II. 206 p. 234,40 ut . . . urbis . . . habitatores nullius marchionis aut comitis -ant placitis. UDALR. epist. 52 abbatissa . . ., que semper magis suis voluptatibus quam monasticis ritibus -ire consuevit *eqs*. CARM. Bur. 57,3,8 Hymeneus obicit eius *(aquilonis)* se turbini, in hoc enim numini -unt *elementa* Dione. **2** *eccl. de cultu, servitio Dei:* **a** *in univ.:* CAPIT. reg. Franc. 2 si populus cristianus . . . Deo, cui integram promisimus fidem, . . . purae -ire debeamus. RIMB. Anscar. 19 p. 42, 39 si . . . vota spondere vultis *(sc. incolae vici Bircae)*, vovete et reddite Domino Deo omnipotenti . . ., cui ego *(sc. Herigarius praefectus)* in conscientia pura et fide recta -o. HROTSV. prim. 102 communi similis conamine voti -ire Deo coeperunt *Liudulfus et Oda* protinus ambo. ANNAL. Quedl. a. 1023 p. 88,47 proceres beato protomartyri Stephano habitu militari -entes . . . haereditates proprias potestati regiae subdere non differunt. *al.* *dat. subaudito:* PASS. Sigism. 4 (MGMer. II p. 335,3) filiis suis christianae religionis cultum (cultui *var. l.*) -ire visus est *Gundobadus* tradidisse. **b** *de conversatione monastica:* **α** *in univ.:* DIPL. Merov. I 57 p. 52,1 ut et nobis ad mercidem perteniat *villa* et ipsis servis Dei, qui ibidem *(sc. in monasterio s. Dionysii)* -ire vidintur. LEX Baiuv. 1,8 de monachis; . . . ut reverentia sit Dei et pax eis, qui illi -unt. TRAD. Frising. 676 canonici, qui . . . in domo sanctae Mariae -ant. DIPL. Otton. I. 319 p. 434,21 monachis Deo . . . sub regula sancti Benedicti -entibus. EPIST. Teg. 105 p. 108,1 fratres in cenobio sancti Quirini -entes. CHART. Bund. 1204 p. 3,31 ut nullus ecclesie canonicus . . . aliquid de proventibus . . . sive cotidianis distributionibus percipiat . . ., nisi personaliter resideat et -at in eadem *(ecclesia)*. *persaepe*. **β** officio *sim. i. q. satisfacere – nachkommen:* DIPL. Heinr. IV. 178 est quoddam monasterium infra muros civitatis Cameracae civitatis . . ., ubi retro -batur officio canonicorum. CHRON. Andag. 67 sepultus est *Boso* in ecclesia honorifice . . . -ente e x e q u i i s . . . pontifice Leodiensi (CHRON. Erf. mod. I a. 1105 p. 159,18. CHRON. Albr. a. 400 p. 688,20). EPIST. Adm. 25 p. 61,26 (epist. papae) quoniam non convenit religiosos viros . . . tumultibus implicare, qui iugiter debent divinis obsequiis -ire *eqs. al.* **c** *de munere, administratione:* LEX Alam. 1,1 (codd. 1.2) p. 64,20 quoram sacerdote, qui ad . . . ecclesiam -it. FORM. Sal. Bign. 18 p. 235,6 custodes, qui ad . . . sancto loco -vivunt. CAPIT. reg. Franc. 252,4[a] si . . . mortuus fuerit *presbyter*, compositio in tres dividatur portiones, id est altari, cui presbyter -bat, pars una, altera *eqs*. HELM. chron. 109 p. 216,10 ecclesia, cui -bat Bruno sacerdos, non leserunt *Dani*. DIPL. Constantiae 32 p. 102,25 capellanus, qui castelli ecclesie -turus erit. *saepe*. *dat. subaudito:* CHART. Sangall. A 903 (a. 1248) quod eam *(ecclesiam)* faciatis per vicarium idoneum perpetuum -iri. CHART. Mulh. Thur. 121 ius patronatus ecclesie . . . conferimus . . . possidendum, ita . . . quod in . . . parochiali ecclesia per sacerdotem confratrem eorum faciant -iri. **3** *iur. i. q. servitium exhibere, ad servitium obligatum esse – (Fron-)Dienst leisten, zum Dienst verpflichtet sein:* FORM. Marculfi 2,33 te ab homni vinculo servitutis absolvo, ea . . . condicione, ut, dum advixero, mihi -es. CAPIT. reg. Franc. 32,62 de liberis hominibus et centenis, qui partibus fisci nostri -unt. FORM. Augiens. B 42 ut vernaculum . . . ingenuum relaxare debueram . . . pro eo, quod semper circa me fideliter in omnibus -ret. DIPL. Otton. I. 287 qui *(servi vel fiscales vel censuales)* in proprietate beati Petri . . . habitant, seu ad opus monachorum -ant (-unt *var. l.*) seu . . . beneficiales existant. ACTA civ. Wism. B 845 si in hereditate Reyneco defectum haberet, Stocvisch promisit sibi supplementum, eciam si deberet -ire. *persaepe. v. et l.50. vol. II. p. 722,1.* *fort. huc spectat:* CHART. Carinth. V 454 (a. 1280) dominus Artuicus . . . dicit . . ., quod (quid *ed.*), si . . . dominus abbas vel sui successores vel sui nuncii poterint ingerere seu invenire homines, quos pro veritate di-ire seu *(fort. delendum)* invenire poterint in suo districtu de terris sancti Egidii, quos . . . ei *(abbati)* dimittere faciet. **B** *subi. res i. q. pertinere, spectare, referri (ad) – an-, zugehören, gehören (zu):* **1** *subiectum esse – untergeordnet sein:* AESCULAPIUS 5 p. 8,30 sanguinem nigrum, qui dicitur melancholia, spleni -ire. ALFAN. premn. phys. 16,6 p. 94 vocantur . . . haec *(desiderabile et irascibile)* oboedientia rationi, quia nata sunt oboedire rationi et -ire (*PG 40,672[B]* ὑποδάσσεσθαι) et moveri, ut ratio praeceperit. GUNTH. PAR. orat. 8,2 p. 164[B] ab autumnali usque ad vernale *(aequinoctium)* plures *(sc. horae)* nocti -unt. NICOL. anat. 537 quia epar habet membra sibi -entiae *eqs*. ALBERT. M. veget. 2,35 radices sunt sicut membra officialia ad nutrimenti officium -entia. animal. 1,75 alia . . . sunt membra istis *(membris principalibus)* -entia. *al.* *dat. subaudito:* MAURUS (?) anat. II p. 10,20 unum *membrum* est principale, et ipsum quaedam sunt defendentia . . ., quaedam adiuvantia sive -entia. **2** *usui esse, prodesse – dienen zu, nützen, zugute, zustatten kommen:* **a** *gener.:* HRABAN. epist. 41 p. 480,28 de vitulis . . ., qui a vaccis . . . pollutis nati sunt, nescio, quid obsit, ne eorum usus hominibus -at. WIDUK. gest. 1,39 p. 58,2 tributum . . ., quod hostibus dare consuevit, divino cultui mancipavit et largitionibus pauperum -ire constituit *rex*. CHRON. Camer. 3,39 p. 550,8 cui *(Gerardo)* . . ., ventus vehemens ab austri partibus repente in adventu eius exurgens famulando, ut ita dicam, voluntati eius adeo videbatur -ire, ut *eqs*. ALBERT. M. animal. 4,64 extremi *(pedes polypi)* -unt ad usum coitus. *al.* **b** *iur. de usufructu:* LEG. Wisig. 12,2,17 p. 426,9 qui ex nobis *(sc. Iudaeis)* . . . transgressor inventus fuerit, aut a nobis . . . perimatur, aut . . . amissa libertate tam eum quam omnem rei ipsius facultatem, cui elegeritis *(sc. rex)*, perenniter -enda (-endum, serviendum, possidendam *var. l.*) donetis. COD. Hartw. 14 p. 197,19 ut utriusque loci possessio in . . . canonicorum vestituram rediret et eorum annonarię utilitati -ret. TRAD. Biburg. 44 ut census . . . curiae duabus soroibus . . ., quoad viverent, -ret (-retur *A*). CHART. Port. 177 p. 193,4 cum . . . omnibus, que communibus rusticorum utilitatibus de consuetudine et de iure -ire . . . dinoscuntur. *persaepe*. **3** *convenire – entsprechen:* EPIST. Worm. I 20 p. 37,15 non erit . . . succensendum puerili scientię puerile -ire colloquium. BERNOLD. CONST. microl. 48 p. 1012[D] duae subsequentes septimanae propriis officiis in tantum sunt occupatae, ut tantae solemnitati *(sc. annuntiationi)* digne nequeant -ire.

II *usu secundario:* **A** *trans.:* **1** *merere – verdienen:* GLOSS. II 333,22 St.-S. -rent . . . kauunnin. EGBERT. fec. rat. 1,120 (schol.) qui *(Magfridus)* benefitia sua suaviter vivendo -vit. RUODLIEB I 5 honorum nil -rvisse potuit *prosapia vir progenitus generosa*, putat ut meruisse. XIII 44 hos *(sc. panes)* -vi. *al.* TRAD. Weihenst. 317 monachus . . . ex pecunia, quam . . . conquisierat atque -ierat, emit a nobis predium. STATUT. Altah. (MGScript. XVII p. 357[a],53) postquam . . . puer tam magnus factus fuerit, ut possit in anno triginta denarios -ire, tunc ille chuntmeister debet ei indicere, ut se redimat. **2** *pass. i. q. praestandum esse, deberi – zu entrichten(d) sein, ge-*

schuldet, fällig sein: GESTA Dagob. 33 areas ... et portam ... cum omnibus teloneis, quemadmodum ad suam cameram -iri (iusserat 1^b) videbatur, ad eorum *(martyrum)* basilicam tradidit. CHART. Francof. 368 (a. 1276) presencias dabunt *Iohannes et Petrus* nobis ipso die, quo fuerint -te. **3** *(servitio) colere – (als Lehen) bewirtschaften:* TRAD. Frising. 320 p. 274,27 (a. 814) Rihperht presbiter seu frater meus Antonio cum suo servitio condigno hoc *(beneficium)* -ire volunt erga domum sanctae Mariae. CHART. Rhen. med. I 186 p. 248,30 si superstes fuerit eius *(Arnulfi)* uxor, copuletur homini s. Salvatoris ... teneantque precariam ..., sed -at eam maritus debito servitio. TRAD. Scheftl. 298 p. 299,42 ut unam *(sc. curiam)* ... absque servicio possideant, alteram vero villici iure -ant *ministeriales*. CHART. Stir. IV 380 ut post evolucionem predictorum *(sc. quattuor)* annorum ... Chunradus vel sua uxor vel pueri predicta predia -ant sicut alii coloni. *al.* **4** *instruere – versorgen, 'bedienen':* REGISTR. Wirz. p. 21,38 quod de eodem officio *(in Souwensheim)* dantur viginti talenta denariorum ..., de quibus -itur officium in Westheim. **B** *intrans. i. q. servitium renuntiare – den Dienst aufkündigen (de signif. cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. XI. p. 541ᵃsq.):* DUDO hist. 3,40 p. 184,19 quid facimus contra -entes (desevientes *Du*) rebellesque Britannos?

adi. **deservitus,** -a, -um. non-deservitus *i. q. immeritus – unverdient:* VITA Menel. 2,5 (MGMer. V p. 151,19) non-deservite visitationis nuncium audiens opus commendatum inchoo facere gaudens. 2,10 (p. 153,33) adiudicatus morti non-deservite sanctus Meneleus prophetice interminationis non reticet asperos maledictus.

subst. **deserviens,** -entis *m. colonus – Leibeigener, Unfreier:* TRAD. Frising. 427 p. 366,18 (a. 819) pateat omnibus in Baiouuaria manentibus tam ingenuis quam et -bus *eqs*. CHART. Rhen. med. I 95 p. 99,33 homines ... tam liberi quam ecclesiastici vel -es, qui infra agros ... monasterii commanent, quieti resideant. 105 p. 110,11 curtem ... cum terris ... et mansis cum -bus supra commanentibus. DIPL. Otton. I. 288 p. 403,25 unam vineam cum -bus utriusque sexus.

deservitio, -onis *f. servitium – Dienst:* EPIST. var. II 20,2 p. 329,8 nostrae -is obsequium ac commendationis vestrae *(sc. Ludowici Pii)* officium accelerandum suscepimus *(sc. Hildwinus abbas)*. REGINO syn. caus. 1,94 quibus *(sacerdotibus Mosaicae legis)* expleto -is suae tempore uxoris usus solius successionis causa fuerat relaxatus.

***deservitium,** -i *n. servitium – (Fron-)Dienst:* FORM. Ratisb. 1,27 (DtArch. 13. 1957. p. 526,34; a. 817/40) nec nullum -um, nec litimonium, nec libertatico ..., nec repetitiones nec agere, nec generare, nec repetere non debeamus.

***deservitor** (-ss-), -oris *m. servus – Diener (de servis Dei):* ANSELM. LEOD. gest. 67 p. 230,19 vidimus XXV prebendas *(sc. oves dominicas)* ab eo *(pastore bono)* in uno die datas, quarum XV -es canonicos in aecclesia victoriosissimae crucis, X in Bartholomei apostoli aecclesia ... constituit. DIPL. Conr. III. 148 p. 271,21 visum est nobis necessarium et ... ecclesię Crispiniensis -bus utile *eqs*. CHART. Basil. A I 322 eas *(ecclesias)* censemus *(sc. Gerardus archiepiscopus)* amplioribus muneribus honorandas, quas novimus tam dignitate praecellere quam multiplicandis dess-bus indigere.

deservitus *v.* deservio. [deservivunt *v.* deservio.]

deses, -idis. *script.:* the-: *l.64*. thę-: HUGEB. Willib. 5 p. 104,25. diss-: *l.71*.

segnis, piger, iners – faul, träge, untätig (interdum usu subst., e. g. l.67.69): **1** *in univ.:* EPIST. Merov. 3 p. 438,2 ut diocisim nostram ... tamquam negligentes ac -es ad alterius permittamus *(sc. episcopus)* potestatem transire. HUGEB. Willib. praef. p. 87,37 non th-e (-e *var. l.*) tepiter titubante mente, sed felice temeritatis audacia ... roboratus *Wynnebaldus*. GUMP. Wenc. 7 p. 216,4 quosdam ... corde duriores sensuque vera intellegendi -iores ... cathezizans. PETR. DAM. epist. 119 p. 358,9 ut, quod loquimur, non modo vivax ingenium capiat, sed et -s (de se *var. l.*) quilibet facile comprehendat. ALBERT. M. serm. II 1,155 quantumcumque murus fortis est, si cives sunt dissides et pigri, non valet, sed ab hostibus capiuntur. *persaepe*. **2** *tardus, lentus – säumig, unwillig:* CHART. Rhen. med. I 456 p. 514,8 (a. 1127) si ... heres aut -s in persolvendo *(sc. tributa)* extiterit vel fraude subtraxerit *eqs*.

***desessio,** -onis *f. assellatio – Stuhlgang:* PS. GALEN. anat. 14 p. 190ᴰ duplex ... incommodum, resumptio continua ciborum et continua -o (asellatio *V*).

desevio *v.* desaevio. ***desfactus** *v.* *diffacio.

***deshabergatus** *v.* *disalbergo.

***desiccabilis,** -e. *exsiccabilis, exsiccandus – austrockenbar:* ALBERT. M. nat. bon. 242 habet *oliva* humorem non de facili -em a frigore. animal. 19,27 humore subcutaneo aquoso existente et facile exsiccabili pili nec magni erunt neque longi; grosso autem et pingui existente humore ... pili contrariam habebunt dispositionem; pingue enim non cito est -e.

desiccatio (-cio), -onis *f.* **1** *proprie:* **a** *exsiccatio – das (Aus-)Trocknen:* COMPOS. Luc. U 14 post -em *(sc. coloris)* desuper lineleon perungue. GERHOH. novit. 21,19 splendor solus inter hec tria *(sc. radium, splendorem, calorem)* suscipit illuminationem, sicut calor solus -em. MAURUS urin. I p. 27,16 diabetes ... fit ex multa calefactione et -e renum. GISLEB. MONT. chron. 143 p. 220,17 deficiente ... aqua ex -e putei. BENVEN. GRAFF. ocul. B 24 p. 42,21 sanguis melancolicus ... facit desiccare ipsas palpebras; et illa -cio vertitur postea in ardorem et pruritum. FRID. II. IMP. art. ven. 5 p. 131,11 vere ... redeunt *airones* de calidioribus locis ad minus calida et ad frigidas regiones, ut fugiant calorem et -em aquarum. *al.* **b** *exhalatio – das Verdampfen, das Verdunsten:* COMPOS. Luc. δ 23 cum -e argenti vibi. ALBERT. M. sent. 4,11,3 p. 272ᵃ,25 quia, cum ex aere fit ignis, -o aeris est cum motu. **2** *meton. i. q. virtus aquae detrahendae – wasserentziehende Eigenschaft:* ALBERT. M. animal. 6,86 experti in mari dicunt hoc animal *(sc. piscem quendam)* diu durare, si saliatur, ... si ita est, tunc fit hoc ex salis -e. *medic. i. q. virtus diuretica – harntreibende Eigenschaft:* ALBERT. M. veget. 6,305 cinis ... stipitum eius *(caulis)* est fortis -is et sedat dolores.

desiccativus (dissi-), -a, -um. **1** *natur. et medic. i. q. exsiccans, siccativus – austrocknend:* **a** *in univ.:* TRACT. de aegr. cur. p. 372,33 vulnera ... cava tantum et non siringiosa, que humida sunt et sordida, -is *(sc. medicaminibus)* egent (*sim.* p. 372,43). ALFRED. ANGL. miner. p. 46,14 fiunt ... lapides ex luto unctuoso per calorem solis vel ex aqua coagulata virtute terrea ex causa calida -a. WILH. CONG. chirurg. 234 si capud non est nimis depuratum, ... apponatur stercus columbinum cum sale et modico aceto malaxatum, istud valde -um est. 919 post apponatur pulvis -us. **b** *diureticus – harntreibend:* AESCULAPIUS 21 p. 29,41 cibum accipiant *(sc. qui ex anatrophia stomachi laborant)* -um. ODO MAGD. herb. 1714 -ae virtutis dicitur *herba centaurea* esse. DIAETA Theod. 163 bulbus ... inflacionem facit et ventrem citat et ˹diss-us est˺ (-i sunt *var. l.*). ALBERT. M. animal. 22,97 caro ... eius *(ericii)* dicitur esse -a et dissolutiva et confortans stomachum, et ventrem solvit et urinam provocat. *al.* **2** *astron. i. q. siccitatem afferens – Trockenheit bringend:* VITA Salomae 184 quedam eorum *(sc. astrorum)* sunt flammigera, quedam frigida, quedam -a, quedam modo pluvialia.

desiccatorius (disseca-), -a, -um. **1** *adi. i. q. exsiccans – austrocknend:* DYASC. p. 35ᵃ vires habet arsenicum, ut ignis, calefactorias et -as. MAURUS progn. 33 p. 46ᵃ,5 materia calida et sicca virtutem habet disseca-am et dissolutoriam. **2** *subst. neutr. i. q. emplastrum exsiccans – Trokkenpflaster:* PAUL. AEGIN. cur. 22 balneato inpone largiter -um (*3,3,7* τὸ ξηρίον).

1. desicco *vel rarius* ***dissicco,** -avi, -atum, -are. (*cf. gall.* dessécher, *ital.* disseccare) *script.:* se-: *p.435,12*. dics-: *p. 435,19*. disci-: *p.435,28*. disi-: ANTIDOT. Augiens. p. 56,5. *ibid. al.* -sec(c)o: *p.435,15. adde* IORDAN. RUFF. equ. p. 27, 2 disseccari. -ic(o): *p.435,11.41. form. perf.* -sicui: *p.435,41*.

(ex)siccare – (aus-, ein)trocknen (in imag.: p.435,2.5.): **1** *trans.:* **a** *act. et pass. (absol.: p.435,15.17.):* **α** *gener.:* COMPOS. Luc. C 29 mittis per unamquamque pellem ... aquam ... et exagita una die et post hec labas bene et de-as. MAPPAE CLAVIC. 108 post coctionem ... comixtio terenda est et movenda et in umbra de-anda in ipso cacabo. TROTULA 4 p. 8,7 Iustianus medicus contra hunc morbum *(sc. suffocationem*

matricis) precipit ciminum de-ari et in potu dari. GERHOH. psalm. 33,2 p. 224,12 oremus voluntatem carnis ... de-ari et unam simplicem voluntatem spiritus ... in nobis confirmari. BERTH. RATISB. serm. 17 p. 89,30sqq. si sanguis a carne eliquatus fuerit sive de-tus ...; de-tus, hoc est, si sanguis, qui peccatum signat *eqs. al.* *torrefacere – dörren:* CHART. Salem. 364 p. 403,5 (a. 1269/74) duo milia piscium euncium de-torum, qui dicuntur vulgariter raibelinge (*item* 452 p. 35,9). **β** *natur. et medic.:* AESCULAPIUS 17 uvam de-ent *phthisici* ex anthera et succum ptisanee accipiant. ANTIDOT. Sangall. p. 88,23 tumidus vel aqua plenus dissicat *emplastrum*, curat et sanat. ANTIDOT. Bamb. app. p. 38,22 sapone ... ad se-andas reuma. CONSTANT. AFRIC. coit. 13,3 scire, que sint nutrimenta, ... que de-ant et diminuunt semen. MAURUS progn. 33 p. 46[a],20 propter oppilationem, que habet virtutem dissecandi. ALBERT. M. animal. 3,89 vidi unum virum, cui omnes a toto capite fluxerant capilli; sed accidit ex febre de-ante. *persaepe*. **b** *medial.:* **α** *in univ.:* COMPOS. Luc. O 24 mitte *(sc. commixtum)* in vaso vitreo et reponis ad solem, donec dics-etur. ODO MAGD. herb. 1696 hanc *(chelidoniam)* nasci dicit avibus venientibus illis *(hirundinibus)* et de-ari, solito dum more recedunt. TRACT. de chirurg. 512 omnia in furno vel ad solem de-ari facias. ALBERT. M. meteor. 2,2,15[capit.] quare terrae quaedam submerguntur et quaedam de-antur. CHART. Livon. A add. 439[b] p. 71,24 ad flumen Sawoia, quod quandoque solet de-ari. *al.* **β** *exhalare, evaporare – verdunsten:* COMPOS. Luc. α 14 mittis *(sc. argentum vivum cum auro commixtum)* in caliclo et pones in prunis, donec diss-etur (disci- *var. l.*) ipsum argentum et remaneat aurum invalidum (*sim.* U 35). ALFAN. premn. phys. 5,15 p. 65 aer ... collectus et condensatus fit aqua, de-tus (*PG 40, 617[B]* ξηρανθείς) autem in ignem transit. FRID. II. IMP. art. ven. 3 p. 2,14 alii *(sc. falconarii)* sunt, qui ... tamdiu suspendunt alas ad fumum, donec umorositas illarum carnium de-etur. ALBERT. M. animal. 5,51 in statu virium et substantiae durant *porci* usque ad tres annos, et in hoc tempore de-to superfluo humore sunt filii meliores. **c** *refl.:* COMPOS. Luc. L 10 si aliquid vitium ... habuerit *pisa*, ut se de-are non poteat, iunge masticem. **2** *intrans.:* **a** *strictius:* COMPOS. Luc. D 18 demitte *(sc. pelles)* de-are. ALBERT. M. animal. 22,61 quod corium super medium turtae incidatur et postea cum *(leg.* tum *?)* subtus ubi inflatio desicuit (destituit, delituit *var. l.*) et humor, qui intus est, commoveatur. *v. et p.434,22. vol. II. p. 399,65.* **b** *latius i. q. marcescere – abmagern:* FRAGM. med. falc. 19 ad falcones, qui de-ant. *Weber*

2. desicco *v.* deseco. **desicisco** *v.* descisco.

desidea *v.* desidia.

desideo, -sedi, -ere. **1** *proprie i. q. sedere – sitzen:* METELL. Quir. 62,43 pressus mole caballus *(sc. saxeus)* fixis cruribus alte vasto -et alvo nitens semper in ima. *residere – wohnen, leben (auf):* DIPL. Otton. I. 239 (NArch. 23. 1898. p. 132, 11) res ... omnium hominum habitantium infra praedictam civitatem nec non et omnium -entium (*inde* DIPL. Heinr. II. 71 p. 89,34 -cium. DIPL. Otton. III. 54 p. 459,41 [interp.] residentium) supra praefatae aecclesiae terram. **2** *translate:* **a** *desidem esse, cessare – untätig sein, müßig herumsitzen:* LAMB. HERSF. annal. a. 1075 p. 228,26 irascebantur principes plebi, quod ... plebs intra castra inerti ocio -isset. **b** *locut.* ad aures -ere *i. q. aures obsidere, obtundere – in den Ohren liegen, (dauernd) bestürmen:* ODO MAGDEB. Ern. 3,162 ad cameram, qua consiliis Heinricus iniquis intentus stolidas regis -edit ad aures.

desiderabilis, -e. *script.* desed-: *p.437,5.* **1** *adi.:* **a** *sensu pass. i. q. optabilis, dignus qui diligatur, appetatur, desideratus – wünschens-, liebens-, erstrebenswert, ersehnt:* **α** *in univ.:* LIBER diurn. 85 p. 109,24 ut in die adventus Domini ... nostri Iesu Christi ... illam -em de evangelio mereamur vocem audire dicentem: 'venite, benedicti patris mei, percipite regnum *eqs.*' THIETM. chron. 4,55 omnimodis placare contendit *Dobrawa (sc. coniugem suum)* ... propter futurae mercedis laudabilem ac universis fidelibus nimis -em fructum. DIPL. Loth. III. 28 te ... rogamus, ut ... ad conventum ... coepiscoporum tuorum ... adventum tuum -em prestolancium venire properes. ALBERT. M. Iob 3,19 ideo mors -is est, quia a tantis malis *(sc. servitudine)* liberat. *al.* **β** *optatus, gratus – erwünscht, genehm, gefällig:* CONC. Merov. p. 57,6 in omnibus missis ... semper 'sanctus, sanctus, sanctus' ... dici debeat, quia tam sancta, tam dulces et -is vox ... fastidium non poterit generare. FORM. Marculfi 2,2 ut inter iustorum consorcio -e valeat *(sc. homo)* adipisci locum et retributorem sibi preparet Dominum. WETT. Gall. 13 viderunt *Gallus et Hiltiboldus* inter duos rivos silvam planiciemque -em ac locum ad cellam aedificandam delectabilem. WIPO gest. 3 p. 20,31 rex pervenit Moguntiam; ibi ... consecrationem suam omnibus -em devotus praestolabatur. **γ** *dilectus, carus – geliebt, lieb, teuer:* EPIST. var. I 5[tit.] domino insigni et -i in Christo patri N. ... benivolus alumnus *eqs.* DIPL. Ludow. II. 51 p. 166,18 (spur.) Angilbergae serenissimae augustae et imperatrici atque -issimae coniugi nostrae ... praeceptum confirmamus. VITA Mathild. II 16 p. 176,1 ut ... timemus, tuam *(sc. Heinrici)* -em faciem ultra non videbimus. BRUNO QUERF. Adalb. A 32 p. 38,9 in eius honore septem lanceis confossus amplectere -em Christum. CONR. MUR. summ. p. 156,7 imperator seu rex appelletur: ... cosmonarcha, -issimus, desiderantissimus *eqs. al. v. et p. 437,10. 11.* *usu subst. neutr. de rebus pretiosis:* CHRON. Reinh. a. 1190 p. 547,38 hii *(sc. cruce signati)* ... in sua conversi viscera flebilibus auspiciis ad -iora (*cf. Vulg. thren. 1,10* -a) Dei manus cruentas violenter iniecerant. **b** *sensu act.:* **α** *optans, cupidus – wünschend, begierig*: EPIST. var. II 3 p. 302,17 eligite vobis, quod -i placuerit animo. -em esse *i. q. desiderare, optare – wünschen, begehren:* COD. Karol. 52 p. 574,12 quod nimis -es sumus prominentissimum vestrum conspicere vultum. 56 p. 580,31 quoniam -is sum adsidue missos excellentiae vestrae ... suscipere. **β** *vehemens, ardens – heftig, innig:* VITA Willib. p. 16,37 parentes -is voti non immemores sui ad sacrae coenobialis vitae rudimenta eum parare festinant. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 303,17 ipsi *(sc. Agneti)* ... cum -i cordis compunctione lacrimae sibi divinitus datae panes fuerunt sine intermissione. **2** *subst. neutr. (usu philos. et natur.):* **a** *sensu pass. i. q. obiectum desiderii – Objekt, Gegenstand des Verlangens:* ALBERT. M. phys. 4,3,4 p. 266,59 constat ... anima eorum *(sc. qui sunt in vehementi delectatione contemplationis)* in uno -i, et ideo non percipit motus, qui in se fiunt. veget. 1,14 aliquod principium animae ex his *(sc. quod planta esuriens tristatur)* syllogizari plantis inesse non potest, etiamsi desiderium esset animae cognoscentis -e et non naturae solius. 1,16 'desiderium' ..., quod nunquam fit in desiderante, nisi prius apprehenso -i, 'non potest fieri nisi per sensum', per quem primum deprehenditur -e. caus. univ. 1,4,7 p. 53,58 sequetur, quod illud, quod movetur, perceptivum est formae -is. **b** *sensu act. i. q. desiderium naturale, cupiditas – natürliches Verlangen, Begehren:* ALFAN. premn. phys. 16,4sq. p. 93 oboediens rationi dividitur in duo, in -e (*PG 40,672[B]* τὸ ἐπιθυμητικόν) et irascibile; sunt autem instrumenta -is quidem, quod fit per sensibilitatem, hepar, irascibilis autem cor. *al.* ALBERT. M. animal. 13,57 p. 918,6 dixit *Plato* concupiscitivam sive desiderativam *(sc. partem irrationalis animae)* esse in epate, ... quia primus tractus concupiscibilis et -is ... est in epate. *ibid. al.*

adv. **desiderabiliter.** **1** *sensu pass. i. q. optabiliter – in wünschenswerter Weise, erwünscht:* **a** *iucunde, dulce – angenehm, süß:* ALBERT. M. nat. bon. 132 p. 53,13 dignum ... est, ut Christus ... in flore virginitatis natus ... floribus respersum habeat lectulum, ut fructu honoris et honestatis delectatus -r requiescat. 196 p. 79,94 beata virgo ut lectulus mollis cubantem regem beatitudinis numquam duritia suscitans et inquietans in consortem regni caelestis ab ipso advocata est ...; et propter mollitiem huius lectuli sciens dilectum -r in ipsa quiescere dicit Canticum: '*eqs.*' *(Vulg. cant. 2,7. 3,5).* **b** *gratanter – mit Freuden, freudig:* RADBERT. corp. Dom. 17,24 ut ... avidius quaeratur *Christi divinitas*, quaesita verius inveniatur, inventa vero carius habeatur et habita -ius fruatur. **2** *sensu act. i. q. desideranter, vehementer, ardenter – sehnlich, heftig, innig:* **a** *in univ.:* PETR. DAM. epist. 137 p. 467,20 pensualium conductores aedium vel procuratores agrorum, dum dominis suis placere -r ambiunt, exactionum canones mi-

nui villicatus sui tempore non permittunt. EPIST. Wibald. 53 in magna angustia ... post discessum vestrum positi -r vestrum *(sc. Wibaldi)* exspectamus adventum. CHART. Traiect. 445 p. 398,11 ego ... episcopus utilitati ęcclesiarum nobis commissarum ... inserviens augmentum possessionis ipsarum dese-r optavi. CHART. Austr. sup. I 259 p. 378,4 ob amorem ... gloriosissimi sepulchri Domini nostri Iesu Christi, ad quod invisendum -r propero *eqs. al.* **b** *cum dilectione, amanter – in Liebe (in formula salutationis):* ALCUIN. epist. 136tit. d o m i n o -r venerabili et venerabiliter desiderabili (*sim.* 265tit. d. -r honorabili et honorabiliter desiderabili). FORM. Sal. Merk. 52 v e n e r a b i l i t e r v e n e r a n d o et -r d e s i d e r a n d o domno ... archiepiscopo (56 v. v. et -r d. episcopo. *sim.* FORM. Bitur. app. 3 v. desiderando et -r venerando illo pape). **c** *studiose, diligenter – beflissen, gewissenhaft:* CHART. Carinth. 205 p. 87,9 (a. 1002/18) -r ... statuit *Uuichpurch*, quatenus praedictę sanctimoniales feminę habeant potestatem sibi abbatissam ... licenter eligere. CHART. Sigeb. 15 p. 33,25 fit ... beatorum duplex meritum, cum et piorum vota efficaciter promovent et sua -r complent. CHART. Turic. 456 (epist. papae) cum ... ad dedicandam ecclesiam vestram vos -r preparetis.

***desiderabilitas,** -atis *f.* *facultas desiderium movendi, qualitas optabilis – Fähigkeit Verlangen zu erwecken, das Begehrenswertsein:* ALBERT. M. eth. II 10,1,2 p. 603b,18 omnia ... appetentia et appetibilia ad unum idem ferri per desiderium et -em nuntiat illud optimum esse, ad quod omnia sic referuntur.

desiderans, desideranter *v.* desidero.

***desiderantia,** -ae *f.* *desiderium, appetitio – Wunsch, Streben:* ALBERT. M. div. nom. 4,60 p. 168,8 'concupiscentia', idest -a.

desiderat(a)e *v.* desidero.

desiderativus, -a, -um. *usu subst.: l.36. optans, desiderans – wünschend, begehrend:* **1** *philos. et natur. i. q. concupiscitivus, appetitivus – natürlicherweise erstrebend, verlangend:* ALFAN. premn. phys. 17tit. p. 95 ˹de -o˺ (*PG 40,676B* περὶ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ): dividitur ... irrationale animae, quod oboediens est rationi, in duo *eqs.* MAURUS progn. 30 p. 44a,51 'fasti<dium> pa<tiuntur> *(sc. aegroti)*' vel propter defectum spirituum non excitantium virtutem -am stomachi vel *eqs.* ALBERT. M. bon. 3 p. 2,49 cuius non est vis optativa vel -a, illud nihil exoptat vel desiderat. anim. 1,2,7 intellectualis anima 'non est ut anima sensibilis' vel '-a', quia sensibilis anima est virtus in corpore et similiter -a. *v. et p.436,53.* **2** *gramm. i. q. optativus – Optativ-:* WOLBERO cant. 3 p. 1241C dicat ... antiquus ille sanctorum populus -o locutionis modo: 'quis mihi det *eqs.*' **3** *rhet. i. q. desiderium exprimens – einen Wunsch ausdrückend:* CONR. MUR. summ. p. 141,7 nomen ... recipientis *(sc. epistulam)* interdum ponitur in accusativo, et tunc salutationem finit modus infinitivus, et hic subauditur aliquod verbum -um, optativum: cupit, desiderat, optat.

desiderator, -oris *m.* **1** *consectator, appetitor, amator – einer der nacheifert, erstrebt, liebt:* RUP. TUIT. vict. 4,17 p. 138,22 exaudiri dignus fuit *David* tamquam unus de optimis adiutoribus Dei querentibus gloriam Dei, amatoribus iustitię Dei, -bus boni propositi Dei. EKKEB. SCHON. opusc. 1 p. 245,20 ceteros suos -es ad mensuram implet *(sc. Deus)*, te *(sc. Mariam)* vero supra hominis mensuram implevit. IORDAN. SAXO epist. II p. 183,5 fuerunt *antecessores nostri* emulatores spirituum, despectores sui, contemptores mundi, -es regni. **2** *candidatus – Bewerber, Kandidat:* LIBER diurn. 79 electio, in qua nemo dissentit, -em pergratulatur affectu.

desideratus *v.* desidero.

desiderium, -i *n.* *script.* dis-: *l.69. form. abl. pl.* -ibus: *p. 438,14. struct. c. praep.:* ad: *p.438,20.70.71.* de: *p.438,16.*

I *proprie i. q. cupiditas, voluntas, optatio – Wunsch, Wille, Begehren:* **A** *gener.:* **1** *strictius:* **a** *in univ.:* CONC. Merov. p. 27,11 ut cives ... episcopos ... accipiendae benedictionis di-o noverint expetendos *eqs.* DIPL. Loth. I. 120 p. 277,29 nec detrimentum ex subditione ... tali ... lugeant *habitatores monasterii*, sed ad -um nostrum ... gratiam vitae melioris inde sibi accrevisse perpetuo laetentur. RUOTG. Brun. 46 quorum *(monachorum)* certe omnium voluntate atque -o iam electus, licet nondum designatus, fuerat *Folcmarus* praesul. GERH. AUGUST. Udalr. 1,12 l. 130 in quibuscumque eius *(sc. episcopi)* -um cognovit, dignam mercedem restituit *rex*. CHART. Aquens. 69 -i nostri specialis est ecclesiam Aquensem ... sublimare. *saepe.* *locut. bibl.* -o desiderare *(Vulg. Luc. 22,15) i. q. ardenter optare – sehnlich wünschen:* CHART. Rhen. med. I 8 p. 10,35 (a. 720) -o desideramus circa fluvio Prumia monasterio ędificare. WETT. Gall. 10 -o desideravit anima mea permanere diebus meis in solitudine. *al.* **b** *ardor, studium – Eifer, Bemühung, Bestrebung:* DESID. CAD. epist. 1,2 iste *(Lupus)* ad vos redivivo -o perget *(cf. notam ed.)*. BEDA hist. eccl. 5,19 p. 322,32 monasticam saeculari vitam praetulit *Uilfrid*; quod ubi patri suo narravit, ... libenter eius votis ac -is (-bus *M*) caelestibus adnuit. FORM. Senon. I 41 p. 203,25 admonit mihi amor Domini ... et -um de illo paradyso, ubi iusti habitant *eqs.* WETT. Gall. 12 p. 264,4 diaconus, cum laborasset -o capiendorum accipitrum *eqs.* GERH. AUGUST. Udalr. 1,9 l. 83 Christo ... semper ... multiplices laudes et gratias totis -is et omnibus viribus referre. ALBERT. M. miss. 3,19capit. de excitatione -i ad petendum panem coelestem. *al.* *de oratione assidua:* DIPL. Loth. I. 123 p. 283,4 ut sancta studia (-a *D3*) in ea *(ecclesia Lugdunensi)* amplius valerent ad imperium nostrum ..., visum est dignationi nostre dono ... rerum ... eam ... promovere. **c** *concupiscentia – Begierde, Lüsternheit:* WILLIB. Bonif. 2 p. 8,19 eum cottidiana ... studia ... protexere, ita ut ... carnalium -orum impetus ... maxima ex parte sedavere. GLOSS. psalt. Lunaelac. 136,7 filii Esau cognomento Edom, qui -o lentis sua vendidit primitiva *eqs.* RUOTG. Brun. 44 p. 47,15 necesse est, ut mens ... sopitis terrenis -is spe ad superna flagret. THIETM. chron. 2,23 p. 66,12 qui *(archiepiscopus)* cum in sancto die sollempnis paschae paratis omnibus instrumentis regalibus generum promissa femineo expetentem -o coronare voluisset, ... puduit incępti et penituit. *al.* **d** πόθος, *dilectio, exspectatio – Sehnsucht, (sehnsüchtige) Liebe, Erwartung (spectat ad absentem):* IONAS BOB. Columb. 2,10 p. 257,5 animam caelo reddidit *Eustasius*, ˹solum -um superis˺ *(om. A1e)* et paternum regimen viventibus religionisque exemplum dimisit (*inde* ALCUIN. Ved. 9 [MGMer. III p. 411,21] solum -um viventibus reliquid). WETT. Gall. 30 p. 274,20 pontifex se prae dolore ac dilectione non continuit in navi, sed -o magistri misit se in aquam. AGIUS epic. Hath. 125 quia carnali iam hac non utimur usu ..., ipsius immani -o retinemur. MANEG. c. Wolfh. 15 p. 77,10 sicut patres sancti prioris populi sub -o primi adventus *(sc. Christi)* anhelaverunt. *al.* -o esse *i. q. desiderari – ersehnt werden:* FORM. Senon. II add. 3,3 illum *(sc. diabolum)* tibi *(sc. Frodeberto)* necesse *(sc. est esse)* -o (desidero *cod.*), quare non amas Deo nec credis Dei filio. **2** *latius i. q. rogatio, petitio – Bitte, Forderung:* LIBER diurn. 86 p. 112,1 quia postulasti a nobis, quatenus monasterium ... privilegiis sedis apostolicę infulis decoretur, ut ... nullius alterius ecclesiae iurisdicionibus submittatur, pro qua re piis -is faventes ... id, quod exposcitur, effectui mancipamus. PASS. Quir. Teg. 7 ego *(sc. papa)* -is vestris satisfacio devotus. DIPL. Otton. III. 26 nos peticionem ... Methildis ... abbatisse sequentes nec non et -um ... Wale comitis adimplentes ... dedimus ... villam *eqs.* THIETM. chron. 6,44 hic *(patruus)* ... mea *(sc. bona)* poposcit; et quia in fratribus meis nullo fruebar amminiculo, -o eiusdem ... consensi. *al.*

I *vigente vi praeverbii* de- *(v. et p.461,3.13):* **A** *proprie i. q. desuper spectare, tueri – von oben herabblicken, niederschauen (auf):* **1** *de hominibus (de Phoebo: l.17):* VITA Pus. 7 postquam montium culmina transcenderis et ... omissa retro de-eris. GESTA Bereng. 1,36 occiduas cernit quos mersus in undas Phoebus, uterque ... mundi quos de-it (gloss.: deorsum aspicit) axis. **2** *de rebus:* VITA Heinr. IV. 7 p. 25,10 sublata ... de laqueari tabula, quae caput imperatoris recte de-bat. METELL. exp. Hieros. 3,991 mons ... sic de-it undique turrim, ut *eqs.* LIGURINUS 2,515 quaeque superveniens hostiles machina turres de-at. **B** *translate i. q. despectare, contemnere – verachten, geringschätzen:* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* EPIST. pont. Rom. sel. I 2 p. 40,31 quanto plura exempla hereticorum et imagines spernentium vel diss-entium trahunt *(sc. Graeci)*, tanto *eqs.* p. 40,34 parentes eorum dispicierunt atque iniuriantes inhonoraverunt *(sc. Graeci).* AMALAR. cod. expos. II 11,7 qualis fuit Antonius, qui ... omnia temporalia di-cxit. ALFAN. premn. phys. 1,91 p. 22 feras et cete de-it *homo* (*PG 40,533A* καταφρονεῖ). *saepe.* **b** *c. colore quodam:* **α** *neglegere, non curare – versäumen, mißachten, sich nicht kümmern (um):* LEX Alam. 23tit. (rec. B) de servis ecclesiasticis, si ad episcopum ... venire di-erint (dispicerit *var. l.*). WALAHFR. Wett. 406 episcopus ... di-to (de-, despectio *var. l.*) fratris amore mente piger nec corde sagax. FROUM. carm. 17,11 potius precor, ut pergas *(sc. dux generosus)*, iam de-e curas. *al.* **β** *offendere, affligere – beleidigen, schmähen:* CHRON. Fred. 4,31 fortissime ab eodem *(Theuderico)* di-etur *legatus*. RHYTHM. 38,6,2 qui esputa linientes vultum Christi di-ent. HRABAN. epist. 15,2tit. de his, qui parentes suos vel minores contempnendo di-unt. THIETM. chron. 2,39 quamvis sepe de-retur *uxor* et laboribus crebris fatigaretur. **γ** *recusare, spernere – ablehnen, ab-, zurückweisen:* ARBEO Emm. 16 contumax ... tyrannus veritatis verbis colla subponere di-xit (de- *var. l.*). HRABAN. epist. 39 p. 477,10 si totum *(opus)* legere de-erit *lector*. DIPL. Otton. II. 172 ut ... omnium contradictione de-ta potestatem ... obtineat *abbatissa* agendi. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 300, 52 quatinus maiores totius regni omnes ... alterutri regum ... de-to communi voto contrairent. *al.* **δ** *renuntiare, relinquere – entsagen, aufgeben, unterlassen:* PIRMIN. (?) scar. 12 p. 43, 11 'abrenuntio', hoc est di-tio et derelinquo omnia opera mala. FORM. Sal. Merk. 46 p. 258,23 abbatissa, quae mundo di-xit et religionem sanctam dilexit. GERH. AUGUST. Udalr. 1,19 l. 9 mulier cum consensu conubia mariti de-ens ... congregationi ... se admiscuit. **ε** *defendere, sustinere – widerstehen, standhalten:* MEGINFR. Emm. 14 p. 983C candelae iuxta sacrum ... corpus accensae tempestatum flamina atque imbrium flumina ... de-erant. 2 *iur. i. q. expellere, abigere – verstoßen:* ARBEO Emm. 36 quam *(coniugem)* vir suus ob cecitate di-xit (de- *A 3a*) ... et alia sibi in matrimonio sotiavit.

II *vigente vi praeverbii* dis- *(v. et p.461,10):* **A** *proprie i. q. inspicere – ins Auge fassen, anvisieren:* ANON. geom. I 3,5 p. 321,3 mensor ... de-at per mediclinium astrolabii lateris oppositi terminum. **B** *translate:* **1** *perspicere, cognoscere, percipere – erfassen, erkennen, zur Kenntnis nehmen:* ALDH. virg. I 35 p. 277,7 cuncta Stoicorum argumenta ... dicto citius de-xit (di- *var. l.*) *Chrysanthus*. GODESC. SAXO gramm. 2 p. 457,1 qui ... in nomine Bonifacii necdum id *(sc. vitium alternitatis)* di-xisti. EPITAPH. var. II 94,2 quo titulus radiat, de-e, quid lateat. **2** *respicere, attendere – achtgeben (auf), beachten:* CAPIT. reg. Franc. 71,9 quod nobis de-endum est, utrum *eqs.* EGBERT. fec. rat. 1,743 di-e, rex portat gladium, sed non

[Gansweidt]

sine causa *(spectat ad Vulg. Rom. 13,4)*. ECBASIS capt. 271 ne per frusta secetur *caro*, di-e.

adi. **despectus,** -a, -um. **1** *despicabilis – verächtlich, verachtenswert:* IDUNG. PRUF. dial. 1,263 vestri *(sc. Cluniacenses)* nostros *(sc. Cisterciences)* . . . oderant . . . estimantes se viliores et de-iores haberi. **2** *proscriptus, infamis – geächtet, ehrlos:* CHART. civ. August. 15 p. 16,9 (a. 1257) tamquam fractor voti ad omnes actus legitimos inabilis et de-us, quod vulgariter subintellegendum est elose unde rehtlose.

subst. **despiciens** *vel* **dispiciens,** -entis *m. investigator – Erforscher:* Ps. BOETH. geom. 426 nosse . . . huius artis di-em (de- *var. l.*), quid sint digiti, . . . oportet.

adv. ***despecte.** *fastidiose, aegre – widerwillig, unwillig:* VITA Udalr. Cell. II 67 nec dulcia avidius nec minus sapida gustans de-ius.

despico, -are. *dilaniare, divellere – zer-, auseinanderreißen, zerfetzen:* GLOSS. II 605,32 St.-S. -tis zisleizten.

[desplicabilis *v.* despicabilis.]

despoliatio (dis-, -cio), -onis *f. exspoliatio, depraedatio, expilatio – Plünderung, Beraubung:* VITA Mathild. II 26 p. 200,15 quicumque . . . possessionem ecclesiasticam . . . iniusta -e scindit vel comminuit. MARIAN. chron. a. Chr. 461 nec ab aeclesiarum di-e abstinens *Geisericus*. HIST. de exp. Frid. imp. p. 48,34 recitabant . . . nuntii miserabilem tragediam suę ignominiosę captivitatis, -is (despolationis *ed.*), famis *eqs.* CHART. Burgenl. II 91 quod . . . filii Sauli . . . tempore -cionis possessionum suarum *(sc. magistri)* . . . comiti . . . subvenissent *eqs. al.*

despolio *vel* **dispolio,** -avi, -atum, -are. *pendet* de: *l.49.50.53. partic. perf. usu subst.: l.37. adde* METELL. peripar. 6,42. *exspoliare, (de)praedari, expilare, privare – plündern, be-, ausrauben, enteignen:* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* LEX Baiuv. 4, 31 ut peregrinum nocere voluerit et fecerit aut di-verit (de-, expoliaverit, spoliaverit *var. l.*). NICOL. I. epist. 98 p. 562,4 propriam ecclesiam di-ans *Rhadualdus*. GERH. AUGUST. Udalr. 1,10 l. 35 Arnolfus . . . Augustam adiit et de-vit omnibus rebus, quas secum abducere potuit. HELM. chron. 73 p. 140,25 captivis . . . et de-tis tanta pietate concurrebat *Thetmarus*, ut *eqs. al. de triumpho Christi:* WALAHFR. carm. 20,21 tartara de-ans *Christus*, devicta morte resurgens *(cf. Vulg. Luc. 11, 22)*. **b** *c. colore quodam:* **α** *demoliri, destruere – ein-, niederreißen:* CARM. de bello Saxon. 3,9 moenia de-ant *(sc. Saxones)*, aeraria regia frangunt. **β** *desolare, devastare – verheeren, verwüsten:* ANNAL. Fuld. Ratisb. a. 894 p. 124,1 exercitus urbem invadendo ut turbo di-at. **γ** *affligere, perdere – zugrunde richten, ruinieren:* CARM. pro schola Wirz. 124 ut videas bellum te *(sc. satorem irarum)* de-are misellum, in morem vermis pedibus sternaris inermis. **2** *publ., iur., canon.:* **a** *de bonis, iuribus sim.:* CAPIT. reg. Franc. 44,19 ut . . . uxores vel infantes non fiant di-ti pro hac re *(sc. heribanno)* de eorum vestimentis. TRAD. Lunaelac. 102 usque hodie di-ti fuerant *monachi* de ipsa silva. DIPL. Loth. I. 51 p. 152,24 ut nullus eos *(monachos)* de quibuscumque rebus sine publici malli compellatione de-are . . . presumat (*inde* DIPL. Ludow. II. 27 p. 120, 34. DIPL. Otton. I. 337 p. 459,32 di-are). DIPL. Conr. II. 205 p. 278,30 ut nullus dux . . . ecclesiam de hac traditione audeat inquietare, de-are vel disvestire (*sim.* DIPL. Heinr. III. 93). *al.* **b** *de muneribus i. q. deponere, demovere – entheben, entlassen (aus):* NICOL. I. epist. 94 p. 545,31 eos *(sacerdotes)* . . . omni clericatus officio di-vimus. BERTH. ZWIF. chron. 31 confirmavit *advocatus* se . . . praelatum *(militem)* . . . tyrannidem exercentem . . . degradare talique praefectura de-are. *adde:* CONC. Karol. B II 15,4 p. 144,28 qui *(coepiscopus)* . . . contra nostram *(sc. papae)* pręceptionem . . . infulis est sacerdotalibus de-tus (di- *var. l.*).

despondeo (dis-), -spondi, -sponsum, -ere. *inf. praes. pass.* -di: *p.462,1.463,60. usu refl.: l.70. partic. perf. pro subst.: p.462,7. adde* BRUNO MAGD. bell. 14 p. 21,22.

1 *strictius:* **a** *(sibi) desponsare – (sich) verloben:* **α** *gener.:* LEG. Wisig. 3,4,2 si . . . puella . . . fortasse alteri viro se di-isse vel in coniugio sociasse probatur. VITA Ansb. 2 (MG Mer. V p. 620,18) constituta die a casto iuvene casta -etur et puella. RATHER. nupt. 1 l. 8 Iohannem nostrae ecclesiae doleo filium quandam . . . in quadragesima suo -i fecisse filio puellam. DIPL. Otton. II. 21 p. 29,31 ego Otto . . . Theophanu . . . in copulam legitimi matrimonii . . . -ere ac . . . coniugem decrevi assumere. *in imag. c. sensu obligandi:* CHART. Xant. 5 (a. 893/99) quasi pro disponsione, ut di-rem verba ipsius *(imperatoris)* mihi satis placabilia satisque votiva, . . . dedi baucos optimos II *eqs.* **β** *eccl.:* VITA Agnet. 254 dicta refert agno -sa salutis *(cf. Vulg. apoc. 21,9)*. **b** *matrimonio (sibi) coniungere – (sich) vermählen:* **α** *gener.:* CAPIT. reg. Franc. 296 p. 426,9 -o *(sc. episcopus)* te *(sc. Iuditham)* uni viro virginem castam *(spectat ad Vulg. II Cor. 11,2)*. **β** *eccl. (in imag.):* EPIST. Meginh. 1 p. 194,3 sic te age, ut qui hoc convictu Coloniam Christo mediante tibi -as *(cf. notam ed.)*. **2** *latius:* **a** *promittere, polliceri – zusagen, versprechen:* VITA Pirmin. II 13 p. 43[E] quod *(tintinnabulum)* habebat -sum *ancilla Dei* (*cf.* I 9 p. 30,4 quod . . . ei promisit femina). GUTOLF. Agn. 32 virgineis floris votum sponsi potioris cum -issem meritis flectique nequissem. **b** *addicere – zusprechen, zuerkennen:* HILDEG. vit. mer. 1,954 infidelitatis imaginibus infideles vitam -ent, quam eis Deus non dedit. **c** *(usui) dare – leihen:* ABSAL. serm. 2 p. 23[D] quis . . . mercenarius bovem vel asinum patrifamilias -at *eqs.*

***despone.** *(sensu et orig. inc.) vox in formula incantationis usurpata:* ANTIDOT. Bamb. 34 dicens hec: '. . . isfinias nereta -e permofinet ment *eqs.*'

despono *v.* dispono.

desponsalia, -ium *n.* **1** *desponsatio, sponsalia – Verlobung, Eheversprechen:* HINCM. epist. 136 p. 89,25 ex utraque parte constrictus nec frangere -a (sponsalia *var. l.*) potui *(sc. comes)* nec eandem sponsam meam in coniugem ducere ausus fui. 136 p. 98,11sqq. **2** *pactum nuptiale – Heirats-, Ehevertrag:* VITA Vincent. 10 (MGMer. V p. 119,19; c. s. IX.) Barontus obtulit ei *(Meneleo)* munera . . . et equos, villas, quas ad nupcias filie sue secum contulerat, que in -bus (desponsalicibus *cod. a. corr.*) iam conscribere iusserat.

?desponsalicia, -orum *n.* *(cf.* sponsalicius *et* desponsalitium *[ThLL. V/1. p. 750,84])* *abl.* -bus. *pactum nuptiale – Heiratsvertrag: v. l.34.*

desponsatio (dis-, -cio), -onis *f.* **1** *proprie vel in imag.:* **a** *(de)sponsio – Verlobung, (Ehe-)Versprechen:* **α** *gener.:* HINCM. divort. 15 p. 205,33 qui *(iuvenis)* post -em . . . ac nuptiarum celebritatem puellam secreta cubiculi introducens. EPIST. Hann. 47 p. 92,11 Eggebardus . . . consanguineam mihi *(sc. episcopo)* legitima -e et nuptiis sibi in coniugium copulavit. CHART. Wetzlar. I 241 ut . . . -ciones puerorum . . . facere valeatis *(sc. cives)*, ita tamen, quod matrimonialiter non coniunguntur, nisi *eqs. al.* **β** *eccl.:* CAES. HEIST. hom. exc. 231 p. 158, 13 est cappa vestis -cionis sicut cuculla traduccionis *eqs.* **b** *matrimonium, nuptiae – Ehe(schließung), Heirat, Vermählung:* **α** *gener.:* LEG. Wisig. 3,1,4 dum infantibus adulescentulas di-is (dispensationis *var. l.*) copula iungunt *quidam*. HINCM. divort. 12 p. 183,7 ante -em . . . indecens quid tale admisit *Theutberga* et, postquam viro iuncta est, illi se soli servavit. GREG. VII. registr. 2,10 p. 141,2 quam . . . rumor esset sacramento et -e laicorum more sibi copulasse *(sc. episcopum mulierem)*. CHART. Turic. app. 386[a] p. 40,30 nec ab ipso *(sponso)* nec ab alio ante -em cognoscetur *filia comitis. al.* **β** *alch. de commixtione:* Ps. AVIC. anim. 9,2 p. 462 dicimus, quod vir ex una parte et uxor ex alia praeparentur; et dicemus obscure et 'non desponsare' et 'desponsare'; nunc dicendum est, quomodo -o debet praeparari. ARTEPH. secret. p. 38 quousque vera separat<i>o sit facta, quod vocatur ab invidis . . . ligatio, -o. ANON. tab. p. 169,4 cum nec mors aut vita in ipsis *(lapidibus)* sit nec -o nec conceptio. *al. v. et vol. II. p. 1155, 55. densatio, spissatio – Verdichtung, Verfestigung:* Ps. ARIST. pract. p. 659[b],51sqq. lapidis -o in calcem corporalem; . . . sit . . . lapidis . . . -o per fixationem. p. 661,37. **γ** *eccl.:* LIBER de unit. eccl. 2,30 p. 256,26 ut memor . . . sit *episcopus* semper sponsionis et -is ecclesiasticae et dilectionis Dei. HILDEG. epist. 8,2 que *(civitas ornata)* constituta est in -e Christi *(cf. Vulg. apoc. 21,2)*. EPIST. Adm. 35 p. 72,12 universę sancte congregationi Ademuntensis cenobii novę -is *(sc. abbatis et*

[Gansweidt]

monasterii) filioli licet indigni fratres Chremesmunsteriensis. CHART. Friburg. 159 p. 131,14 (epist. papae) cum Heilwigis ... anulo sue -is reverenter exhibito se ... in observantiam perpetue continentie duxisset Domino desponsandam. *al. susceptio in paroeciam – 'Einpfarrung':* CHART. Laus. 915 p. 756,9 (a. 1242) discordia orta fuit inter ... capellanum sancte Crucis ... et capellanum sancti Pauli super -e Vullelmi. **δ** *theol. i. q. unitio, unio – Vereinigung:* ALBERT. M. sent. 4, 26,5 p. 103b,24 cum matrimonium sit ... in remedium concupiscentiae et hoc dupliciter, ... ex actu ipso ordinato per fidem thori et ... ex gratia, quae est ex -e humanae naturae cum divina in persona Christi. **2** *meton. i. q. praedium, donum nuptiale – Heiratsgut, Morgengabe:* CHART. scrin. Col. A II 1 p. 88,17 (c. 1163/72) Gerardus ... contradidit uxori sue ... domum ... in -cionem et in dotem *(sim.* p. 109,29. *ibid. al.).*

?***desponsativus,** -a, -um. *(de)vovens – gelobend: v. l.43.*

desponsator (dis-), -oris *m.* **1** *conciliator (nuptiarum) – (Ehe-)Stifter:* HRABAN. cruc. D 3,38 tu, Gabriel, archangelus Altissimi et -r (di-, dispensator *var. l.*) coelestium nuptiarum *(spectat ad Fulg. myth. p. 170).* **2** *sponsus – Verlobter, Bräutigam:* VITA Menel. 1,13 (MGMer. V p. 143,15; s. X./XI.) -r filiae tuae *(sc. Baronti)* ... aufugit cum filia tua. **3** *maritus – Gatte, Gemahl (in imag.):* HILDEG. scivias 2,6 l. 2028 -es *(i. diaconi)* cum hac uxore iustitiae tam fideliter conversentur, ut *eqs. (spectat ad Vulg. I Tim. 3,12).*

desponsio (dis-), -onis *f.* **1** *proprie vel in imag.:* **a** *desponsatio – Verlobung, (Ehe-)Versprechen:* **α** *gener.:* CONC. Karol. B I 11,65 qui necdum eas *(virgines)*, quas rapuerant, ... sub ... -is (di-, dispositionis *var. l.*) vel dotalicii nomine in coniugium sumptas habent. **β** *eccl.:* HERBORD. Ott. 2,8 p. 92, 8 ego per eius *(Christi)* gratiam huius vestre *(sc. Pomeranorum)* -is (desponsationis *var. l.*) auctor esse videor *(spectat ad Vulg. II Cor. 11,2).* **b** *matrimonium, nuptiae – Ehe(schließung), Heirat, Vermählung:* **α** *gener.:* RUP. TUIT. trin. 18, 1114 sanctio coniugii non tam in ... commixtione carnis quam in sacramento -is est. *ibid. al.* **β** *eccl.:* RUP. TUIT. vict. 12,20 p. 394,2sqq. scitote illum fuisse diem -is illius *(Salomonis)* ...; -is ..., qua sibi ecclesiam per suum sanguinem desponsavit *(spectat ad Vulg. cant. 3,11).* **2** *meton. i. q. donum sponsalicium – Verlobungsgeschenk, 'Wittum': v. p.462,5.*

***desponsivus,** -a, -um. *(de)vovens, promissivus – gelobend, versprechend:* CONR. MUR. summ. p. 162,24 sunt verba ... devotiva, -a, desponsativa *(ci. ed.,* -a *cod.).*

desponso (dis-), -avi, -atum, -are. *script.:* -pun-: *l. 49. adde* LEX Sal. Pipp. 14,9. -pos(o): *l. 52. p. 464,35. usu medial.: p.464,16. pendet* ad: *p.464,12.23. partic. perf. usu subst.: l.54.57. saepius.*

1 *proprie vel in imag.:* **a** *(sibi) despondere – (sich) verloben:* LEX Ribv. 41,1 si quis mulierem di-verit (-verit, dispun- *var. l.*). LEX Saxon. 49 qui feminam ab alio di-tam (-tam *var. l.*) rapuerit. DIPL. Heinr. III. 294 ut, quicumque ... uxorem duxerit vel -verit (disposaverit, sponsaverit *var. l.*), si morte praeventus fuerit, nulli propinquorum ... liceat viduam vel -tam (di- *var. l.*) illius uxorem ducere. CHART. Eichsf. 91 p. 55,3 virgo ... adolescenti ... -ta ... hunc respuens. ALBERT. M. sent. 4,39,8 p. 436b,28 illa *(sponsalia)* scindi possunt propter mortale peccatum in altero -torum existente. *persaepe.* **b** *(matrimonio sibi) coniungere – (sich) vermählen, (ehelich) verbinden:* **α** *gener.:* LEX Alam. 52 si quis filiam alienam di-tam (-tam *rec. B*) dimiserit *eqs.* BONIF. epist. 99 di-are (dispondi, disponendi *var. l.*) sibi disponit *servus* coniugem. CHART. Rhen. med. I 186 si ... mater ... seu ipsi infantes voluntarie sive inviti extraneis fuerint -tę viris, noverint se nec precariam nec alodum habituras. THIETM. chron. 4,39 Liutharius ... matronam ... sibi in coniugem -vit et acquisivit. CHART. Tirol. notar. I 47 eam *(Christinam)* annullo -vit *(sc. sellarius)* et eam maritali affectu fuit obsculatus *(item* 60a. *ibid. al. sim.* CHART. Ital. Ficker 458 p. 466,18). SALIMB. chron. p. 565,33 dux ... cum Venetis suis cum anulo aureo in die ascensionis Domini mare -at *eqs. al. de sacrilegio:* COD. Udalr. 168 p. 298,16 manum ... imaginis manu contingens sub tipo illius sanctam Mariam sibi -vit *(sc. haereticus).* **β** *alch. de commixtione:* ANON. tab. p. 151,33sqq. -vi duo luminaria in actu ...; haec est soror et hic est frater eius, per quem induraverunt et -verunt subtilitate praeparationis figentes eos. ROSIN. interpr. 1 p. 292,4 figere est -are, solvere et re<coa>gulare. Ps. AVIC. anim. 1,5 p. 62 faciat calcem ... et inceret et induret et fermentet et -et. *v. et p.462,60.* **γ** *publ. de patriciatu Heinrici III.:* BENZO ad Heinr. IV. 7,2 p. 588,23 indutus ... rex viridissima clamide -atur patriciali anulo, coronatur eiusdem prelature aureo circulo *(cf. notam ed.).* **δ** *eccl.:* HROTSV. Abr. 1,5 exaestuo ... illam *(Mariam)* Christo di-are (-are, -ari, dispensari *var. l.; sim.* WIPO gest. 37 p. 57,30. *al.*). COSMAS chron. 2,49 p. 156,27 statim -at *caesar* eos *(episcopos)* anulis ad singulas ecclesias dans eis pastorales virgas. *v. et p. 463, 4. commendare, committere – anvertrauen, anbefehlen:* PURCH. Witig. 115 te *(sc. Augiam)* magis obtamus ... huic *(abbati)* -ari, cuius dicione tueri possis. EPIST. Meginh. 10 p. 204,12 quatinus vestra *(sc. episcopi)* consecratione eius *(Dei)* -etur *capella* patrocinio. CHART. Naumb. 183 quam *(ecclesiam)* mihi *(sc. episcopo)* -tam in defensionem et tutelam meam ... suscepi. **2** *translate:* **a** *gener. i. q. destinare, eligere – bestimmen, erwählen:* ALBERT. M. nat. bon. 116 quae *(Maria)* ... patriarcham imitata 'contra spem in spem credidit', contra spem naturae, qua virgo -atur ad partum, in spem gratiae. 117 omnia pericula sua et pueri necessitates permittens se -ari providentia removit *Maria* futurorum. **b** *publ. et iur. i. q. dotare, instruere – ausstatten, versehen (mit):* CHART. Brand. A XIV 17 p. 12,21 (a. 1273) si pater et mater ... puerum in sede matrimoniali legitime locaverint, ... puer contentus esse debet in rebus, quibus -atur. **c** *eccl. i. q. sacrare – weihen, heiligen:* DIPL. Heinr. III. 80 p. 105,9 elaborandum duximus ecclesiam sanguine suo *(sc. Domini)* -tam luporum dentibus eripere.

adi. **desponsandus,** -a, -um. *ad sponsalia pertinens, sponsalis – die Verlobung betreffend, Verlobungs-:* FORM. Marculfi 2,15 de di-is (disposandis *var. l.*) maritandisque ordinibus ... causae, qui fiunt, necesse est, ut *eqs.*

desposco *v.* deposco.

***despotalis,** -e. *principalis, erilis – herrscherlich:* VITA Sym. Ach. 2 (Die Abtei Reichenau. 1974. p. 119; s. X.med.) ille -i parendo sciscitationi omnem prosperitatem pugnae ... propalavit.

***despotes,** -is *m.* (δεσπότης) *form.: sing.: acc.* -on: *l. 46. abl.* -i: *l.48. decl. II.: l.53.*

princeps, dominus (servorum) – Gebieter, Herr, Herrscher (über Sklaven): ARNOLD. RATISB. Emm. 2 p. 1046C accessit ad eum -on quidam symmysta eius *(abbatis).* ANNAL. Ianuens. III p. 57,16 destinati fuerunt legati ... causa ... firmandi pacem ... cum Michaele -i Commiano. ALBERT. M. pol. 1,5d '-es (*p. 1255b,31* δεσπότης) ... non in possidendo servos', supple: dicitur, 'sed in utendo servis'. 3,2g p. 221b,4 subdit rationem ... 'non enim adhuc accidit fieri ... hunc quidem -em', id est dominativum, 'hunc autem', id est alium, 'servum'. 4,9h 'fit igitur', supple: si ex talibus sit civitas, 'servorum et -orum civitas'. *ibid. al.*

***despotia,** -ae *f.* (δεσποτεία) *dominatus, dominatio (servorum) – das Gebieten, Herrschaft (über Sklaven):* ALBERT. M. pol. 3,4e p. 232a,28 '-a' (*p. 1278b,32* δεσποτεία) ..., id est scientia dominativa et utendi servis. p. 232a,43 'non ... contingit corrupto servo servari -am', id est principatum dominativum.

***despoticus,** -a, -um. (δεσποτικός) **1** *adi. i. q. imperiosus (servorum), principalis – (über Sklaven) gebietend, herrisch, herrscherlich:* ALBERT. M. pol. 3,2g p. 220,39 'est ... principatus', supple: quidem '-us' (*p. 1277a,33* δεσποτική), id est dominalis. 3,4g '-ae' ..., id est dominativae et oppressivae sunt *politiae*. Iob 1,3 p. 22,4 est notandum, quod cum quatuor virtutibus domus regatur ...; -a sive scientia utendi servis et ancillis (*item* 15,28 p. 200,11. *sim.* summ. theol. I 17,67,1 p. 676a,42). summ. theol. II 13,80,3 p. 119a,2sqq. -a *(sc. combinatio)* ... sive dominalis ..., -a enim domini et servi est. *ibid. al.* **2** *subst. fem. et neutr. i. q. dominatus, dominatio (servorum) – das Gebieten, Herrschaft (über Sklaven):* ALBERT. M. pol.

[Gansweidt]

1,1[d] 'quicumque . . . existimant politicum et regale et oeconomicum et -um idem, non bene dicunt'. 1,5[a] -a (*p. 1255[b],16* δεσποτεία) et politica neque omnes principatus ad invicem sunt idem. *ibid. al.*

adv. ***despotice.** *more domini (servorum), imperiose – wie ein Gebieter (über Sklaven), herrisch:* ALBERT. M. pol. 3,5[e] p. 239[a],24 'tyrannis' . . . est, quando unus -e, id est dominaliter, regit communitatem sibi subiectam. 7,13[k] 'quem *(principatum)* oportet videri honorantes legislatorem, eo quod est -e' (*p. 1333[b],27* δεσποτικῶς), id est serviliter, 'principari'.

***despotizatio,** -onis *f.* *dominatus, dominatio (servorum) – das Gebieten, Herrschaft (über Sklaven):* ALBERT. M. pol. 1,4[i] p. 35[b],5 oportet hoc idem, id est unum ex natura 'despotizare', quia -o quidam principatus est.

***despotizo,** -are. (*cf.* δεσπόζειν, δεσποτεῖν) *imperare – gebieten, herrschen (über):* ALBERT. M. pol. 1,2[e] quod '-are' (*p. 1253[b],21* τὸ δεσπόζειν) sit 'praeter naturam'. 7,2[i] p. 635[a],31 'quatenus -ent vicinis', id est subiciant serviliter vicinos. *ibid. al. v. et l.13.*

despumatio *vel* **dispumatio,** -onis *f.* **1** *actio despumandi, demptio spumae – das Abschäumen:* MAPPAE CLAVIC. 287 post di-em et colaturam zucharae. **2** *materia corrosionem efficiens – zersetzende Substanz:* HILDEG. phys. 9,3 crudosum est *plumbum* et quasi de-o et purgamentum aliorum aeramentorum.

despumo *vel saepius* **dispumo,** -atum, -are. *script.* -pom(o): *l.34. adde* BOTAN. Sangall. 29,2. *al. usu refl.: l.41. partic. perf. usu adi.: l.31.32.*

1 *trans.:* **a** *proprie:* **α** *spuma purgare – abschäumen:* COMPOS. Luc. E 11 pisa *(sc. luzam)* et decoques bene cum hurina di-ta *(sim.* D 28. *ibid. al.).* ANTIDOT. Lond. p. 17,21 ad tusse qui patiuntur *(sc. dabis)* cum m e l attico di-to (p. 17,29. *saepe. sim.* PRAECEPT. diaet. III 11 mellis optimi di-ti [de-, dispomatum, di-tum, de-to *var. l.*] fialas III). HERACLIUS II 29 illud *(oleum)* de-ando coque. OLIV. hist. Dam. 60 p. 263,14 ad ignem de-atur *liquor balsami.* **β** *spumeum reddere – zu Schaum, schaumig schlagen:* TRACT. de chirurg. 517 absinthium cum albumine ovi de-to vel distemperato comiscemus. *refl. i. q. tumefieri – gischten, sprühen (in imag.):* RADBERT. Matth. 7,1143 inter 'huius *(saeculi)* mare' fluctus, quo 'tumens pompa' se multis di-at allisionibus *(cf. Petr. Chrys. serm. 47,3).* **γ** *salivare – geifernd von sich geben, hervorschäumen:* PAULIN. AQUIL. c. Fel. 1,15,24 ut insani capitis vir iste de-at falsissima. RUP. TUIT. Ioh. 5,2111 antequam . . . os vestrum maledictionem et amaritudinem de-et, quae sunt in corde vestro. **b** *translate:* **α** *explere, sedare – befriedigen, stillen:* ADO VIENN. Desid. (PL 123,438[B]; a. 870) utrum melius esset uni viro mulierem coniungi quam per diversorum iuvenum appetitus libidines suas di-are. **β** *incitare – anstacheln:* MEGINFR. Emm. 11 p. 980[B] ille *(iuvenis)* . . . ira contumaciam di-ante et ignita iaculatur opprobria. **2** *intrans. i. q. (ex)spumare – (auf)schäumen (fere in imag.):* CONC. Karol. A 21 p. 185,18 isti *(haeretici)* vehementi fluxu perverse doctrinae inmoderatius de-antes. ORD. celebr. conc. 7[B],9 l. 129 venter . . . mero aestuans cito de-at (di- *var. l.*) in libidinem. CAND. FULD. Eigil. I 9 p. 226,42 oriuntur . . . malae cogitationes, quae igne iracundiae bullientes quasi aquae erumpunt foras et di-ant in corporis voluptatibus. RAHEW. flosc. 4,115 fructus desecti ventris *(sc. Saturni)* pelagoque recepti cum de-bunt cocti, Venerem generabunt.

despuo, -ere. **1** *exspuere – ausspeien, ausspucken (in imag.):* RUP. TUIT. off. prol. 58 illud a bonis omnibus huiusce studii . . . dignitas impetrare debebit, ut, quamvis vetus cum suavitate vinum bibere assueti sint, nostra tamen musta -enda non iudicent. **2** *contemnere, respuere – verachten, mißbilligen, von sich weisen:* HERM. AUGIENS. vit. 464 me *(sc. Musam)*, si inlepido ore canam . . ., non mox despicias *(sc. contio sororum)* . . . me neque -as.

desquamo, -atum, -are. *depilare – enthaaren:* COMPOS. Luc. K 12 tollet pellem -tu<m> . . . cum ipsum gipsum et post illum siccum rade cum cultellum acutum.

dessendo *v.* descendo. **dessentericus** *v.* dysentericus.

dessero *v.* 2. desero. **dessicco** *v.* deseco.

dessigno *v.* designo.

***dessitlus,** -i *m.* (*cf. polon.* dziesięć) *decimanus – Zehntpflichtiger, Zehntbauer:* CHART. Pomm. 282 (a. 1232) homines . . ., qui -i nominantur, liberi contulimus, ut eidem claustro deserviant.

dessolacio *v.* desolatio. ***dessolatio** *v.* 1. *dissolatio.

destancia *v.* distantia.

***destauro,** -atum, -are. (*cf.* instaurare, restaurare) *deformare – entstellen, verunstalten:* ALBERT. MIL. temp. 3 p. 375,17 restaurata est facies eius, que -ta fuerat ab eo *(cancro)*, et factus est *Titus* sanus.

destempero *v.* distempero. **destendo** *v.* distendo.

dester *v.* dexter. **destermino** *v.* distermino.

desterno (dis-), -stravi, -stratum, -ere. **1** *strato levare – absatteln:* GLOSS. 6,87 K. -tus antsadulot. I 314,3 St.-S. di-vit insadlada. *al.* ARNOLD. LUB. chron. 2,18 p. 138,20 cum . . . illi *(principes)* -rent (destituerent *var. l.*) equos. **2** *medial. i. q. se demittere, descendere – absitzen:* HARIULF. Arnulf. 2,27 p. 892,46 venit Atrebas, quo patuli campi spatio virgulta ferentis obdormire volens -itur ille iumento. **3** *detrectare, contemnere – verschmähen, verachten* (*?per confusionem c.* despernere)*:* LAND. MEDIOL. hist. 2,12 p. 49,45 doctor egregius omnium artium peritia imbutus di-itur *(an subest* discerpitur*?).*

desterto, -ere. *?stertendo urgere, occupare – ?schnarchend bedrängen, belagern:* LAMB. LEOD. Matth. I 1006 tempora deducit *Titan* itinerque reciprocat altum curvaque retrogradi -it *(an corrupt.?)* brachia cancri.

destico, -are. *mintrire – pfeifen, fiepen:* CARM. Bur. 132, 3[b],10 sorex -at, mus et minnit.

destillatio *vel saepius* **distillatio** (-cio), -onis *f.* **1** *proprie i. q. stillatio, defluxio, effusio – das (Herab-, Ab-)Tropfen, (Nieder-)Rinnen, Strömen, Triefen, (Aus-)Fluß:* **a** *gener.:* ANNAL. Hild. a. 1122 inundatio ex ymbrium di-e . . . evenit. *de igne:* FOLCUIN. Lob. 41 hanc . . . ternam igneamque di-em trinitas sancta . . . egit. **b** *natur. et medic.:* **α** *in univ.:* AESCULAPIUS 13 p. 17,8 di-em . . . per nares facit *catarrhus* et pulmonem. RECEPT. Bamb. 8[capit.] ad ube di-e. ODO MAGD. herb. 1510 in pectus capitis si de-o (di- *var. l.*) fiat. THADD. FLORENT. cons. 83[capit.] contra di-em urinae (*sim.* ALBERT. M. animal. 1,465). ALBERT. M. animal. 15,106 quod . . . di-o sanguinis menstrui fiat a muliere sicut spermatis a viro. *al.* **β** *catarrhus, epiphora – Katarrh, Schnupfen:* RECEPT. Bamb. 8 porri capita . . . dati di-es, tossem . . . emendat. **γ** *ictus, pulsus – Schlag, Puls:* Ps. HIPPOCR. sang. 12 si . . . cordis di-o inculta est. **c** *alch. et pharm. ('Destillation'):* ANTIDOT. Glasg. p. 139,30 omnia . . . coquat, quod usque ad II veniat et, cum refrigeraverit, et ad di-cionem. TRACT. de caus. mul. 1 postea mittis *(sc. omnia)* in sacco, facis di-o (distillare *var. l.*). TROTULA 62[b] di-o prima attrahit virtutes omnium spirituum. GEBER. summ. 50 p. 413 super . . . cineres ponatur vas di-is. *saepius.* **2** *meton.:* **a** *gener. i. q. stillicidium, colliciae – Traufe, Dachrinne:* CHART. scrin. Col. A I p. 248,13 (c. 1170/82) domum . . . acquisiverunt *Wichman et uxor*, quousque de-o tecti pertingit. **c** *alch. et pharm. i. q. substantia destillata – Destillat:* MAPPAE CLAVIC. 35 distillas de-e croci et omnia simul teris. ANTIDOT. Cantabr. p. 165,52 omnia tonsa et cribrata cum melle di-e hoc colligis (*sim.* TRACT. de aegr. cur. p. 158,14). GEBER. summ. 50 p. 416 fiat super caput illius *(descensorii)* ignis, descendet enim di-o eius *(sc. rei destillandae).*

***destillatorius** *vel saepius* ***distillatorius** (-ila-), -a, -um. **1** *adi. i. q. ad destillationem aptus – zur Destillation dienend, Destillier-:* ALPHITA I p. 273,41 alembicum, id est vas di-um. II p. 6,26. GEBER. forn. 4 p. 741 modum . . . sufficienter descripsimus di-um tam mineralium quam vegetabilium. **2** *subst. neutr.:* **a** *vas ad destillationem aptum – Destilliergefäß:* Ps. ARIST. magist. p. 654[a],1 tegulas bene tere et pone in de-o fortissimo vitreo. THADD. FLORENT. cons. 180,16 habebis . . . medietatem eius *(vini)* . . ., quod in di-o posuisti. *ibid. al.* **b** *medicamentum (auribus) instillandum – (Ohren-)Tropfen:* THADD. FLORENT. cons. 159,18 fiat tale distila-um in aurem. 159,23 fiat distila-<i>um tale, ubi est ventus, scilicet in

[Gansweidt]

aure.

destillesco (distillisco), -ere. *arescere, (ex)tabescere – verschmachten, dahinschwinden:* GLOSS. I 487,13 St.-S. di-iscent zartriufant.

destillo *vel saepius* **distillo,** -avi, -atum, -are. *script.* -il(o): *l. 61.*

I *intrans.:* **A** *strictius:* **1** *(deorsum) stillare, (de)fluere – (herab-, ab)tropfen, (hinab, nieder)rinnen, strömen, fließen:* **a** *gener.:* RUD. FULD. mirac. 9 tantus humor sanguinei coloris de loculo . . . di-vit, ut *eqs.* DIPL. Karoli III. 47 p. 78,27 per . . . rivos . . . de-antes et decurrentes. MIRAC. Annon. 1,66 p. 58,5 cepit sudoris inmensitas per omne corpus iacentis di-are. *in imag.:* PETR. DAM. epist. 117 p. 327,3 ut . . . in alios di-ancia fontis irrigui fluenta transfundas. ARNOLD. LUB. chron. prol. p. 115,15 nos . . . de pingui Minerva di-antes velut impeditioris lingue et tardioris calami *(cf. Cic. Lael. 19).* **b** *natur., pharm., medic.:* ODO MAGD. herb. 1158 qui *(humor)* de-ans pulmonum concava laedit. HERACLIUS II 31 donec glarea quasi aquae fit et tenuis sine filo de-et. *saepius. v. et l.42. liquescere – flüssig(er) werden:* TRACT. de caus. mul. 89 malacticum ad matricem . . . conficis ad igne calefacto, quod di-at (di-et *var. l.*), in lana coligis et subpones. MARC. GRAEC. ign. 4 in caldario pone, ut lento igne supposito di-are incipiat *oleum.* **2** *madere – triefen (von):* **a** *gener.:* EINH. Marc. et Petr. I 1,10 animadvertit *aedituus* loculum . . . umore sanguineo undique di-antem. GEBEH. AUGUST. Udalr. p. 593,40 vir desideriorum iam dudum totus per di-antes sinus poterat effluxisse. CASUS Petrish. 3,15 cum . . . chorum sic di-ans intraret *Gebehardus.* **b** *medic.:* AESCULAPIUS 14 p. 18,22 si frequenter de-verint *foramina uvae.* **B** *latius i. q. effluere, recedere – schwinden, wegschwimmen:* ALBERT. M. veget. 7,42 terra . . . ferax ita diu efficitur, quamdiu per illuviones imbrium non di-vit ab ea argilla.

II *trans.:* **A** *instillare, rorare, infundere – (herab-, auf-, ein)träufeln, einflößen:* **a** *gener.:* **α** *in univ.:* BOTAN. Sangall. 15,1 herba nasturcio teris, in naris di-vit (*ex Ps. Apul. herb. 20* naribus inicis). RIMB. Anscar. 20 p. 44,36 ut . . . de ipso vino ei *(matronae)* in os di-ret *filia.* CONSTANT. AFRIC. grad. p. 377,17 succus eius *(calamenthi)* auribus di-tus vermes occidit. ALBERT. M. veget. 4,59 nivis respersa caliditas ad terram . . . spirans . . . di-at et nutrit multum humidum, quod paulatim . . . di-ans superioribus partibus terrae vigorem . . . infundit. *v. et p.466,56. in imag. (loci spectant ad Vulg. psalm. 67,9):* STEPH. COL. Maurin. 9 p. 278[C] cum locus . . . tum proxima quaeque tantae suavitatis completa sunt fragrantia, ut evidens esset coelos eam di-asse gloriam. SIGEB. GEMBL. gest. 26 misericordiam coeli di-verunt (*sim.* TRANSL. Annon. 9 p. 517[b], 51). **β** *effundere, profundere – (ver)strömen, hervorquellen, -fließen lassen (expressius i. q. excernere – ausscheiden, absondern: l. 51):* PAUL. AEGIN. cur. 203 p. 136,9 putredinem post urinam de-ant (*3,45,5* ὑφιζάνει). VITA Verenae I 13 (AS Boll. Sept. I p. 167[b]) lacrymas oculis di-ans dixit: *'eqs.'* CHRON. Reinh. a. 1226 p. 603,28 Elizabeth vidit Christum crucifixum per manus sacerdotis guttas sanguinis di-antem. ALBERT. M. nat. bon. 327 p. 116,81 contingit di-are semen et perfectam coitus delectationem experiri. *in imag.:* PETR. DAM. epist. 160 p. 130,13 primo di-ant *haeretici* ore dulcedinem, sed *eqs.* **b** *alch. et pharm. ('destillieren'):* ANTIDOT. Cantabr. p. 163,49 apii semen teris diligenter cum mele di-to. TROTULA 62[a] recipe aquae vitae de vino meliore di-tae lib. IIII. THADD. FLORENT. cons. 159,22 distiletur *(sc. destillatorium)* cum laneo et sit tepidum. *saepius.* **B** *conspergere, tinguere – benetzen, befeuchten:* THEOD. THEOL. Conr. 5 p. 217[b],52 cum . . . subucula compuncti sacerdotis loco pectorali non parvis maderet di-ta guttis. CHART. Salem. 269 p. 302,16 silvam . . . et extra silvam, videlicet secundum quod extremarum arborum extremitates ramorum poterunt di-are, . . . monasterio . . . vendidi.

destina, -ae *f.* **1** *fulcrum, pila – Stütze, Pfeiler (in imag.: p.468,1):* BEDA hist. eccl. 3,17 p. 160,6 ut adclinis -ae, quae extrinsecus ecclesiae pro munimine erat adposita, spiritum vitae exhalaret *(sc. Aidan)* ultimum. *al.* RATHER. prael. 5,7 l. 261 omnes ad quoscumque -am alicuius suffragii pro necessitate singulorum . . . dampnationem fraudulenti dispensatoris videbitur incurrere. **2** *aedicula, domuncula – kleines Haus, Zelle:* GESTA Font. p. 11,1 monstrantur usque hodie lecta eorundem Christi militum . . . in -a quadam iuxta basilicam.

destinatio (dis-), -onis *f.* *constitutio, dispositio, praeceptio – Bestimmung, Festsetzung, (An-)Weisung, (Ver-)Fügung:* **1** *in univ.:* **a** *gener.:* WOLFHARD. Waldb. 3,19 p. 284,26 me . . . testem adhibeo nullius alterius nisi divini muneris -e collatum *(sc. piscem).* GERH. AUGUST. Udalr. 1,23 l. 60 secundum . . . -em (destintionem *var. l.*) episcoporum sacramentum perfecit *Adalbero.* ANNAL. Quedl. a. 1023 p. 89,18 inito -is decreto. CHART. archiep. Magd. 294 p. 366,23 Wigmannus Dei -e . . . Magdeburgensis ecclesiae archiepiscopus. *al.* **b** *publ. et iur.:* TRAD. Michaelb. 22 (c. 1100/22) Ozi tradidit ancillam suam . . .; huius -is testes sunt *eqs.* **2** *c. colore quodam:* **a** *condicio, sors – Geschick, Schicksal:* RADBERT. Matth. 8,3732 etiamsi 'transeat *(sc. homo fictus)* ad' -is (dissensionis *var. l.*) 'suae tenebras continuo peccatis redeuntibus' *(cf. Aug. bapt. 1,12,19).* **b** *finis, voluntas, intentio – Ziel, Zweck, Absicht:* DHUODA lib. man. 3,11,38 scopon . . . graecum est, latine intuitio vel -o dicitur *(cf. Aug. civ. 19,19 p. 686,27).* BERTH. (?) annal. a. 1078 p. 312,12 bellum cottidie sperantes et occasiones suae -is percupientissime fieri molientes *(sc. rex uterque).* GERHOH. psalm. 31,8 p. 83,10 ecce in . . . textu psalmi . . . audire potuistis meam confessionem, immo solam confessionis -em. *al. de itinere:* ARBEO Emm. 42 supernus opifex . . . itineris di-e (-e *var. l.*) perduxit *(sc. senem venerandum).*

destinguo *v.* distinguo.

destino (dis-), -avi, -atum, -are. *script.* te-: *p.469,44. form. inf. praes.* -ere: *p.469,39. depon.: p.469,48. usu refl.: p.469, 34; absol.: l. 41. al. pendet* apud: *p. 469, 49. partic. usu subst.: praes.: p.469,40. perf.: p.469,13.*

I *trans.:* **A** *constituere, statuere, decernere, praecipere – bestimmen, fest-, einsetzen, beschließen, anordnen:* **1** *obi. res (spiritus sanctus: l.59):* **a** *gener.:* **α** *in univ.:* WILLIB. Bonif. 5 p. 20,9 virum . . . ad loca . . . di-ta (-ta *var. l.*) direxit *antistes (sim.* HUGEB. Willib. 3 p. 91,4. *saepius).* DIPL. Arnulfi 12 quae *(proprietas)* . . . aliquando ad inclusionem ferarum -ta fuerat. DIPL. Otton. III. 318 p. 745,12 precipientes . . . ac -antes firmiter decernimus, ut *eqs.* WOLFHER. Godeh. I 24 p. 185,30 quae *(dedicatio ecclesiae)* . . . prima . . . feria -atur. WIPO gest. 10 iter . . . in Italiam cum copiis -vit. BERTH. (?) annal. a. 1079 p. 319,15 synodum . . . in tyrannidem regis compescendam . . . ferme -tam. *al. v. et p.469,13. seq. (acc. c.) inf.:* COD. Karol. 27 -antes . . . nos esse certiores vestra scire iubeat . . . excellentiam, quid *eqs.* TRAD. Frising. 1116 presul et . . . clericus . . . commutationem facere inter se fieri -verunt. *saepe.* **β** *(sibi) proponere, in animo habere – streben (nach), beabsichtigen, vorhaben:* ANNAL. Quedl. a. 1002 p. 78,1 ultionum crimine -tarum . . . exemptus in gremio Abrahae . . . collocatur *imperator. seq. inf.:* DIPL. Conr. I. 5 p. 6,19 quicquid . . . episcopus . . . ad . . . monasterium . . . contradidit et adhuc contradere -at. DIPL. Heinr. III. 360 p. 490,21 quę iure fori obtinemus, hec iure cęli ultro reddere -amus. CHART. Naumb. 169 cęllam . . . propius, quam deceat, abbatię . . . machinari -at *monachus.* **γ** *praebere, impertire, concedere – gewähren, zukommen lassen:* GODESC. SAXO theol. 6 p. 140, 9 quotiens vellet *Filius* spiritum sanctum -are atque donare fidelibus. VITA Otton. Bamb. I 2 usum crucis et pallii tam ipsi quam . . . succedentibus perpetualiter -vit *(sc. papa).* **δ** *attribuere, deputare – zuordnen, zuweisen:* ALFAN. premn. phys. 8,5 p. 82 unum membrum . . . creator non -vit (*PG 40,649[B]* ἀπεκλήρωσε) tactui, sed potius totum animalis corpus. **ε** *aptare, accommodare – anpassen (an), abstimmen (auf):* DHUODA lib. man. 6,1,7 octo beatitudines . . . a me tibi conscriptas ita dirimere . . . volui, ut . . . ad te, puerum, pueriliter malui -are (di- *B*). **b** *publ. et iur.:* **α** *tradere, donare – übertragen, übereignen, schenken:* CHART. Sangall. A 697 p. 298,36 (a. 895) ut . . . ex possessis ęterna lucrari desiderent *nonnulli* sanctorum locis . . . sua fideliter -ando. VITA Hildulfi 12 vir . . . aliquid usibus fratrum . . . delegare statuit atque . . . par-

[Gansweidt]

tem Vosagi . . . -vit. TRAD. Ratisb. 261 quę *(mancipia)* isto cęnobio -verat *Lieoparto* servituros. CHART. Brixin. 81 p. 89,12 prepositus . . . curtem . . . canonicis . . . -vit. **β** *adiungere, adicere – hinzufügen (zu), vereinnahmen (für):* DIPL. Otton. III. 339 p. 767,32 cęperunt abbates . . . a iure et proprietate monasterii sanctę Marię suptrahere et ad illorum monasterium -are *(sc. cellam).* **2** *obi. homines (Deus: l.18):* **a** *in univ.:* RIMB. Anscar. 36 p. 70,27 ut ipse, beatus . . . Petrus, eis *(hominibus)* doctorem et pastorem -are deberet. DIPL. Otton. III. 21 p. 420, 19 ut liberi . . ., qui -antur coloni . . ., a nostrorum ministerialium . . . sint districtione absoluti. VITA Mahum. 297 novi . . . te mihi celitus -tam uxorem, sed, nisi spe prolis promissę, vellem, si fas esset, -tis reluctari. CHART. Ital. Ficker 398 p. 412,12sq. quando iniungitur eis *(civibus)* . . . milites ad imperialem exercitum -are, ipsi eligent . . . milites in imperialibus serviciis -andos. *saepe.* **b** *praedicere, praenuntiare – verheißen, ankündigen:* PONTIF. Ratisb. 302 (Spicil. Friburg. VIII. 1962; a. 833/48) Deus, qui in lege di-tus erat, nos ubique conservet. **c** *nominare, eligere, designare – berufen, erwählen, ausersehen (zu):* ANNAL. Fuld. Altah. a. 899 p. 133,29 Wihingus . . . prius Marahavensis ab apostolico -tus episcopus. DIPL. Heinr. III. 354 qui ad loca sacra -ti divinis officiis inserviunt (*item* 355). OTTO FRISING. chron. 6,33 p. 300,26 episcopus . . . auctoritate regalis excellentiae ad sedem beati Petri -tus fuerat. HELM. chron. 40 p. 81,29 cecidit in . . . bello Hogerus . . . -tus ad ducatum Saxoniae, si res prospere cessissent. **d** *vocare – herbestellen, -befehlen:* CONST. imp. II 204 p. 275,23 (a. 1236) per quos *(legatos)* . . . peritos in lege Iudaica neophitos quamplures ad nostram presenciam -tos habuimus *(sc. Fridericus II.).* **e** *impellere, inducere – veranlassen, verleiten:* BERTH. (?) annal. a. 1073 p. 276,29 se ipsum -tum et maximis praemiis coactum esse in id . . . facinus . . . protestatus est *consiliarius.* **f** *dedere, dare – preisgeben, ausliefern:* VITA Liutb. 12 cur . . . temetipsam inmaturo . . . morti -are contendis? WIDUK. gest. 2,28 p. 91,4 dolo ambos *(sc. Ansfridum et Arnoldum)* cepit et sub custodia regi -vit *Immo.* **B** *mittere, dirigere, delegare – schicken, (ab-, ent)senden, abordnen:* **1** *obi. res:* **a** *in univ.:* FORM. Marculfin. 16 p. 120,21 epistola . . . ad alium regem -enda. LULL. epist. 98 p. 220,14 scio nullam dirae fraudis suspicione mentem di-antis *(sc. versiculos)* mordere. HERM. IUD. conv. 5 p. 83,18 huic *(provisori)* . . . episcopus . . . assam . . . esocis portionem . . . -vit. CHART. Turic. 1121 p. 218,18 pecuniam . . . per nostros nuntios . . . debebimus *(sc. moniales)* t-are. *saepe.* **b** *deferre – anzeigen, melden:* EGBERT. fec. rat. 1,25 (schol.) quicquid a servis delinquitur, ad correctorem familię -atur. **2** *obi. homines:* **a** *in univ.:* IULIAN. TOLET. Wamb. 7 ad extinguendum seditiosorum nomen exercitum . . . in Gallias -atur (-at, -vit *var. l.*). LIBER diurn. 49 apud . . . regem notarium . . . nostrae ecclesiae -vimus. THEGAN. Ludow. 45 alios *(legatos)* -vit (direxit *var. l.*) ad patrem. REGINO chron. a. 894 p. 142,30 Hildegardis . . . privata in exilium -atur in monasterio puellarum *(sim.* WIDUK. gest. 2,25. *al.).* EKKEH. IV. pict. Mog. 686 mundans clamosos dena sibi voce leprosos -at (gloss.: ire monet) *Iesus* ad vates. *persaepe. v. et l.15.* **b** *abducere, deportare – (weg)bringen, fortschaffen:* CHRON. Fred. 4,38 p. 139,32 Theudebertus vinctus Cabylonno di-atur. ARBEO Emm. 24 Haimrammum . . . ponentes subin plaustro . . ., di-antes (-antes *var. l.*) *viri* . . . ad villam . . . Aschaim. THANGM. (?) transl. Epiph. 1 capto . . . Beringario atque in Bavariam cum uxore custodiae -to.

II *intrans. (medial.: l.72) i. q. proficisci, pro-, accedere – aufbrechen, vorrücken, sich begeben (nach):* CHRON. Fred. cont. 13 ad domum beatissimi Martini evertendam -ant (di-*var. l.*) *Saraceni.* COD. Karol. 51 p. 573,2 qui *(missus)* ab amatorem tuum, beatum Petrum, ad vos *(sc. regem)* -vit. CHRON. Font. a. 849 (MGScript. II p. 302,36) qui *(Carolus)* ad auxilium fratri ferendum Aquitaniam -bat. ANNAL. Ianuens. II p. 8,16 dum cum quadam galea . . . ad guardiam provinciae -ret *Ugo. in imag.:* DHUODA lib. man. 3,11,36 admonentes *episcopi* nos sursum semper intendere et -are. *seq. inf. finalis:* VITA Elig. 2,15 (MGMer. IV p. 702,27) directis in viam . . . comitibus . . . ipse cum paucis -tus erat ad memoriam Sulpicii confessoris adorare. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 299,47 cum tam proximi convenissent *milites*, ut non plus quam duo miliaria a se *(sc. Heinrico)* distarent et omnes in id ipsum armati cum rege audenter -rent conserere. *Gansweidt*

***destipo,** -atum, -are. (*cf.* constipare) *purgare – entleeren, 'purgieren' (usu medial.):* IORDAN. RUFF. equ. p. 48,10 quum videbis equum . . . bis vel ter stercus longius emittentem, . . . libere dimittatur abire pascendo nec eundem invitum . . . removendo, donec decenter fuerit -tus.

destituo (dis-), -ui, -utum, -ere. *script.* -tut-: *l.40. usu medial.: l.61. refl.: p.471,34. pendet* de: *p.471,19. partic. usu subst.: praes.: p.471,22. perf.: l.22.24.53.p.471,22.*

I *deserere, relinquere, sinere – verlassen, (zurück)lassen, im Stich lassen:* **A** *gener.:* **1** *in univ.:* **a** *de personis:* DESID. CAD. epist. 1,15 p. 37,31 quantum sentis *(sc. abbatissa)* te hominum di-tam p r a e s i d i o, tantum *eqs.* (FORM. Marculfi 1,5 l. 6 di-ta. *al. sim.* WIDUK. gest. 1,8 p. 8,5 auxilio. *al.*). BEDA hist. eccl. 4,9 p. 222,33 corporis . . . o f f i c i o (5, 2 p. 284,21. ALTFR. Liutg. 2,8. *al.*). HINCM. ord. pal. 428 locus talis occurrebat, ubi ex praedictis indigentibus nemo sine mensura -retur (destrueretur *B*). VITA Willib. p. 19,35 subveni precibus -tis et lapsis. THANGM. Bernw. 13 p. 764,18 -tus . . . archiepiscopus multitudinis favore. ANTIDOT. Cantabr. p. 166, 40 subito -tus eloquio bibat savinam. OTTO FRISING. gest. 1,1 p. 13,5 imperatorem . . . a s u i s -tum (1,33 p. 52,36. chron. 4,19 p. 208,35). *saepe.* **b** *de locis, praediis:* DIPL. Karoli III. 88 p. 142,28 quod monasteriolum . . . propter oppressiones malorum hominum adeo esset anullatum et a prio *(sic)* ordine -tum . . ., ut *eqs.* CHART. Sangall. A 637 si . . . legitimis heredibus -tę fuerint ipsę res, tunc similiter in ius monasterii cedant. CHART. Welt. 2 p. 102,39 locum vulgo Weltenburg appellatum . . . humanis amminiculis miserabiliter -tum. DIPL. Constantiae 22 p. 72,27 ecclesiam nostram . . . ab abbate et monachis penitus -tam. CHART. Burgenl. II 79 p. 57,37 (dipl.) terram . . . vacuam et habitatoribus -tam *(item* 84 p. 62,18 [dipl.]. *ibid. al.).* **2** *orbare – (der Eltern) berauben, verwaist machen:* **a** *strictius:* WIDUK. gest. 3,50 monitus *Wichmannus* ab imperatore, quia -tus *(sic)* a patre et matre loco filiorum eum assumpserit. **b** *latius de adiutore spirituali:* FORM. Marculfi 1,7 nec di-te (distututae, di-ti *var. l.*) sint . . . oves decidentae pastore. AGIUS vita Hath. 26 sanctam congregationem tali matre -tam. DIPL. Heinr. III. 131 p. 164,3 domnum Iohannem patrono *(i. archiepiscopo)* noviter migrante -tum. CHART. cell. Paulin. 20 p. 26,27 cum . . . spiritali patre adhuc vivente, episcopo Ottone, -ta esset *(sc. abbatia). saepe.* **3** *desistere – ablassen (von), aufhören (mit):* EGBERT. fec. rat. 1,1597 continuas non -ere *ranae* querelas, ut redeat *Iuppiter.* **4** *omittere, neglegere – unterlassen, ver(ab)säumen:* FORM. Marculfi 2,45 l. 3 non di-emus (di-imus *var. l.*) epistolis preferendam vestram prevenire clementiam. **5** *pass. i. q. liberum esse - enthoben, frei sein (von):* DIPL. Otton. I. 159 quatinus coenobitę . . . omni curarum molestia -ti Deo placiti existant famulatores. ANON. coit. 1,6,10 famelici sive saturi seu ira modo -ti vel angustia paulo ante constricti . . . labores veneris abhominamini. **B** *iur. i. q. (ex matrimonio) expellere – verstoßen:* ANNALISTA SAXO a. 1126 p. 765,10 Walo . . . cum uxorem suam Gislam . . . -ere et Agnetem, sororem Heinrici ducis de Lintburth, superducere vellet.

II *deminuere – schwächen, mindern:* **A** *gener.:* GLOSS. II 164,72 St.-S. -itur ginidirituurdit. **B** *natur. i. q. deficere, tabescere – verkümmern, absterben, eingehen (usu medial.):* **1** *in univ.:* ALBERT. M. veget. 5,33 in quarto . . . modo unitionis *(sc. plantarum)* magna est ambiguitas . . ., quia in illo neutra plantarum -itur, sed utraque convalescit. 5,40 quaecunque partes illis *(animalibus)* -untur, convalescere non possunt. animal. 5,48 amplius . . . equi peryodos vitae est viginti anni et post hoc incipiunt -i et debilitari. *ibid. al.* **2** *putrescere – verfaulen, vermodern:* ALBERT. M. veget. 5,61 quod . . . in tota arbore paulatim putrescit et -itur humor. animal. 2,66 in morte deturpatur *(sc. chamaeleon)* et inficitur colore paleae -tae et putrescentis. **C** *medic. i. q. debilem facere – verkrüppeln:* ALTFR. Liutg. 2,4 Berehtricus . . . filiam habuit adolescentulam

[Leithe-Jasper]

paralisi doloribusque -tam. TRANSL. Marci in Aug. 17 cui *(sc. puero)* erat lingua ligata omniaque membra penitus -ta. HILDEG. phys. 3,4 gicht in eo *(sc. aegroto)* ita compescit *(sc. cydonium)*, quod nec sensus illius obtundit nec membra eius frangit nec -it.

III *privare, abolere, abrogare, demere – (be)rauben, aufheben, wegnehmen:* **A** *gener.:* **1** *in univ.:* RADBERT. fid. 1,145 nec debet aliquis placitum federis -ere, cuius se pignus conspicit retinere. ALBERT. M. veget. 2,48 -itur lignum nutrimento, antequam ex se formare possit radicem. **2** *perdere, exstinguere – vernichten, auslöschen, zerstören:* WETT. Gall. 3 quatenus spes regni incautela eius *(Theoderichi regis)* non di-retur. EKKEH. URAUG. chron. a. 57 p. 101,8 plurimam senatorum partem interfecit *Nero*, equestrem ordinem pene -uit, bonis omnibus hostis fuit. **B** *publ., eccl., iur., canon.:* **1** *in univ.:* DIPL. Otton. II. 262 p. 303,37 monasterium ... destructum a nefanda gente Agarenorum pene omnibus -tum rebus. DIPL. Constantiae 1 ecclesia Montisregalis ... a quibusdam hominibus ... de possessionibus ... est per violentiam -ta. CONST. imp. II 85,1 iniquis quorundam statutis penitus -tis. CONST. Melf. 1,26 iuris rigorem circa destitutiones violentas inductum, quod -to contra -entem (destuentem, destitutem *var. l.*) ... restituende possessionis beneficio succurrebat *eqs*. CHART. Burgenl. I 320 p. 223,8 monachos ... tamquam veros possessores ... fuisse longo tempore -tos. *saepe*. **2** *de iure instituendi ('abstiften'; de re v. Ph. Dollinger, Bayer. Bauernstand. 1992. p. 366sqq.):* CHART. Aquens. 177 l. 17 (a. 1217) omnia bona instituere debet *praepositus* et -ere. CHART. Babenb. 212 p. 16,17 excepto iure instituendi et -endi colonos. REGISTR. Baiuv. A p. 188,6 pro iure advocali de una huba et dimidia ius, quod iudex tenetur instituere et -ere. *saepius*. **3** *refl. i. q. abrenuntiare – verzichten (auf), zurücktreten (von):* CHART. ord. Teut. 85 (a. 1239) Sitalmelech ... et filii eius ... -uerunt se de quarta parte predicti casalis et dederunt sasinam ipsius quarte partis fratri. **4** *deponere, removere - absetzen, (des Amtes) entheben:* STEPH. Wilfr. 32 p. 227,6 ut, siquidem episcopus est, qui hanc piam dispositionem temerare temptaverat, sit ab episcopale ordine -tus. RUOTG. Brun. 38 p. 41,16 ut Rathero episcopo bis iam -to antiqua sedes Veronensis ecclesię redderetur. BERTH. (?) annal. a. 1076 p. 283,6 absque spe recuperationis honore regni debere -i. VITA Heinr. IV. 13 p. 40,24 regem, quem constituistis *(sc. proceres)*, -ere parant *praesumptores. al.* **5** *auferre – entziehen:* THEOD. PALID. annal. a. 1177 habito ... concilio universalis ecclesie consilio papatus Calixto -itur, Alexandro confirmatur.

IV *?constituere, statuere – ?festsetzen, bestimmen:* GLOSS. II 185,15 St.-S. -ti pimeinte *(spectat ad Greg. M. past. 2,10)*. CHART. eccl. Erf. III add. 1 p. 409,38 (epist. papae) in districto examine di-te subiaceat ultioni *(sed cf. Greg. M. epist. 8)*.

destitutio (dis-, -cio), -onis *f.* *script.:* destucionem: *l. 62.* destitione: *p.472,21.*

1 *desertio, neglectio, desolatio – das Im-Stich-Lassen, Verlassen, Vernachlässigung, Verlassenheit:* **a** *gener.:* CONC. Karol. A 50D,21 de qua re *(i. demigratione presbiterum)* et di-o divini cultus *(sc. evenit)* et praedicatio in plebibus ... postponitur. DIPL. Conr. III. 282 p. 488,2 (spur. s. XII.med.) quia ... huius *(sc. ecclesiae Fuldensis)* -is et indigentię causa maxime prelatorum ignorantia et neglegentia extitit. CHART. Mog. A II 324 p. 552,31 penuriam Hasungiensis monasterii -emque fratrum ... sublevare cupientes *(sc. archiepiscopus)*. ANNAL. Plac. a. 1253 p. 506,47 Gilbertus ... cognoscens -em (destucionem *var. l.*) illius civitatis *(i. Parmae)*. **b** *iur. i. q. expulsio (ex matrimonio) – Verstoßung:* MAGING. epist. 2 p. 273,11 quod statim -o coniugis nubendi licentiam tribuit. **2** *deminutio, defectio, tabes – das Schwächer-, Geringerwerden, (Dahin-)Schwinden, Schwächung, Verfall (fere usu natur. vel medic.):* **a** *in univ.:* CHART. Mog. A II 240 p. 436,29 (a. 1158) in ultimo senio ... et animalis vigoris -e. ALBERT. M. veget. 1,35 dormitio ... est debilitas quaedam et sensuum -o. 5,22 magis ... est *capillaritas* in arboribus antiquis propter -em caloris. animal. 15,96 si ... sperma ultra, quam oportet, exit a corpore, multam inducit corporis -em et dissolutionem et debilitatem manifestam. **b** *situs – das Vermodern:* ALBERT. M. veget. 5,32 innata *(planta)* convalescit ad -em et putrefactionem eius *(plantae)*, cui innascitur. **c** *debilitas – Verkrüppelung, Lähmung:* UFFING. Ida 1,14 p. 478,19 haec *(sc. sanctimonialis)* articularium compaginum -e paralisi per quinquennium anxie torquebatur. HILDEG. scivias 2,6 l. 2190 quamvis ipsi in corporibus suis debiles sint, tamen pro hac -e membrorum suorum a regno caelorum non separabuntur. **d** *mors – Tod:* VITA Liutg. II 1,44 quantus planctus erat audita sui -e, audita tanti patris dissolutione. RATHER. prael. 5,28 -em ... tuorum cum magnopere debeas plangere, non tamen inconsolabiliter te id convenit agere. RUOTG. Brun. 12 post defletam -em *(sc. Wicfridi pastoris)*. **e** *occasus – Untergang:* CHRON. reg. cont. I a. 1190 p. 150,38 videns ... soltanus interitum et -cionem suorum necnon et civitatem captam. **3** *privatio, abolitio, abrogatio, depositio – 'Entsetzung', Wegnahme, das 'Abstiften', Absetzen, (Amts-)Enthebung (usu publ., eccl., iur., canon.):* **a** *spectat ad possessiones sim.:* CHART. Stir. IV 192 p. 119,32 (a. 1265) e c c l e s i e institutio et -o debet ad eundem plebanum et successores suos de iure ... pertinere (CHART. Ror. 54 p. 212,29 -e [destitione *var. l.*]). CHART. Welt. 27 quod ... manu teneret libere institucionem et -cionem eiusdem hube hereditario iure. *al.* **b** *spectat ad possessorem sim.:* CHART. Basil. A I 167 p. 247,3 (dipl. Heinr. V.) ne quisquam se in abbatis institutione vel -e ullatenus intromittat. INNOC. III. registr. 1,283 p. 390,13 in institutione, -e vel investitura archipresbyteri. CONST. Melf. 1,16 p. 166,13 ne vel res mobiles per vim auferantur vel in aliis -is (distinttionis, discucionis, distinctionis *var. l.*) iniuriam patiatur *(sc. qui defensam imponit)*. CHART. Tirol. 1151 p. 192,42 officialium collacionibus, institucionibus et -cionibus. *saepe. v. et l.53.* **4** *amissio – Verlust:* **a** *in univ.:* FORM. Turon. add. 7 p. 162,2 quociens ... causa ministrantes naufragium evenit -cio cartarum. ANNAL. Sangall. IV a. 1022 pestilentia exercitum ... affecit et ex maxima parte absumpsit, ut Romani imperii corpus tot membrorum suorum -em sine miseria et dolore memorare non possit. **b** *damnum – Schaden, Einbuße:* DIPL. Arnulfi 62 p. 92,13 (interp. s. XI.) ad nostrae celsitudinis auctoritatem ... praefatus episcopus se reclamavit magnam sibi -em habere de decimis.

***destitutivus** (dis-), -a, -um. *abrogans, deponens – außer Kraft setzend, absetzend:* GREG. IX. registr. 507 p. 406,11 quidam ... statutarii et comune Terdonense enervare libertatem ecclesiasticam satagentes statuta quedam, immo verius -a salutis, ... temeritate propria ediderunt. CONR. MUR. summ. p. 162,25 sunt verba ... devotiva, desponsiva, desponsativa, di-a *(cod.; -a ed.)*, delegativa *eqs*.

destitutor, -oris *m.* **1** *defector, desertor – Abtrünniger, 'Deserteur':* COLUMB. epist. 4 p. 169,32 non sitis occasione hac *(i. discessu Columbani)* -es (destitutiores *ed. Walker, vix recte*) neque hac separatione libertatem quaeratis, quae vos in servitutem vitiorum redigat. **2** *qui institutiones abolet – einer der entsetzt, 'abstiftet':* CONST. Melf. 1,26 quendam ... iuris rigorem circa ⌞destitutiones violentas⌟ (-es violentos *var. l.*) inductum.

desto, -are. *desistere, cedere – Abstand nehmen, abstehen (von):* ACTA imp. Winkelm. I 480 (a. 1242) rogantes *(sc. Conradus)*, quatenus -es a nostrorum fidelium lesione et iniurias eis iam illatas corrigas et retractes.

***destrarius, *destrerius** *v.* *dextrarius.

destri- *v.* distri-. **destrucio** *v.* destructio.

***destructibilis,** -e. **1** *gener. i. q. corruptibilis, caducus – zerstörbar, vergänglich:* ALBERT. M. summ. creat. II 1,61,2 p. 528a,27 'omnis s u b s t a n t i a -is non sempiterna est composita aut est delata super rem aliam' (caus. univ. 2,5,8 *passim*. sent. 1,8,13 p. 240a,30). eth. II 6,2,14 p. 425b,22 accidentalia omnia ... esse et -ia cum materia. *ibid. al.* **2** *log. i. q. refutabilis – widerlegbar:* GERHOH. aedif. 15 p. 145,30 accepto a pontificibus precio tale mendacium confinxerunt *(sc. quidam Iudaeorum)*, quod per hoc solubile ac -e fecerunt, quoniam se dormientibus Christum furto ablatum dixerunt. *subst. neutr.:* ALBERT. M. top. 7,2,3 p. 488a,10 ex multis ... -e facilius est destruere.

[Leithe-Jasper]

1. destructio (dis-, -ccio), -onis *f.* *script.:* dext-: *l. 72.* diss-: *l.12.* -ucio: ANNAL. Plac. a. 1264 p. 514,25.

I *proprie:* **A** *strictius i. q. demolitio, dirutio – Zerstörung, das Nieder-, Abreißen:* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* CONC. Karol. A 44[B] p. 531,31 inclitus cultus in hominibus vel ab hominibus conpescendus erat non in imaginum -e. *meton. i. q. vitium – schadhafter Zustand:* CHART. Worm. 371 p. 238,10 (a. 1275) duo magistri civium vel alter eorum -em viarum ... reparabit. CHART. Advoc. 177 p. 90,22 quem *(lacum)* ... magister ordinis ... suis laboribus et expensis fecit e -e pristina funditus reformare. **b** *de aedificiis, urbibus sim.:* CHART. Bund. 49 p. 42,12 (a. 824/27) pro diss-e (di-e *var. l.*) ecclesiae. DIPL. Otton. II. 167[b] p. 189,39 nos barroechiae ... in -e urbis ... gravem intulimus iacturam (MANEG. c. Wolfh. 13 p. 72,8. NARR. itin. nav. p. 194,29). THIETM. chron. 8,5 aecclesiae ... incendiis et -ccionibus aliis cecidere. DIPL. Conr. III. 214 p. 385,5 devastationem vestram et huius castri -em honori nostro contrariam esse non ambigimus (CHART. Carniol. II 377 p. 291,6. CHART. Salem. 447). CHART. Gosl. II 186 si quod ipsi ecclesie per incendium, hostium invasionem seu grandinum -em ... acciderit. *persaepe.* **2** *spec.:* **a** *natur. et alch. fere i. q. resolutio – etwa: das Auseinandernehmen, Zerlegen, Abbau:* CONSTANT. AFRIC. theor. 4,1 p. 15a[r] motus convertibilis duo sunt modi: vel ... essentialiter mutatur, qui motus constructio vel -o vocatur. *al.* URSO qual. 345 corrupti generantur humores, a quibus corporis sequitur -o (*item* 350). ARTEPH. secret. p. 48 nempe eum ex cursu naturae ignorare necessario costructionem metallorum, qui ignorat -em. ALBERT. M. veget. 5,82 secundum quod agit ad permanentiam substantiae aut substantiae -em. **b** *publ. i. q. exstirpatio, vastitas – das Roden, Abholzen, 'Wüstung':* DECRET. Bern. 6 damus vobis communitatem et usufructum ... in foresto pro omni necessitate vestra, indempne tamen et sine -e. **B** *latius i. q. vastatio – Verwüstung:* TRANSL. Mod. 30 p. 303,26 quam subita totius patriae desolatio, quam gravis loci huius -o et ... in profundum terrae submersio. CONST. imp. II 116,3 patuit invasionibus et -bus (destructoribus, detractoribus *var. l.*) regnum nostrum. CHART. Beron. 40 p. 113,12 ut ... de spicario canonicorum ... duo maltera spelte ... percipiam, seu terra sit in -e, seu in tranquillitate. CHART. Port. 209 p. 220,11 collectis utrimque exercitibus, per quos toti terre videbatur -ccio imminere *eqs.*

II *translate de corruptione, pernicie:* **A** *de rebus:* **1** *abolitio, deletio – das Zunichtemachen, (Aus-)Tilgung, Aufhebung:* **a** *gener.:* LIUTG. Greg. 12 p. 76,38 de viciorum omnium -e virtutumque aedificatione ... proferre solebat: '*eqs.*' OTLOH. Bonif. 1,39 quanta ... fuerit -o religionis ... sub modernis. VITA Heinr. IV. 11 p. 36,32sq. non aliter pervenire potuerunt *(sc. malum suggerentes)* ad -em honoris tui nisi per -em nostri. ALBERT. M. sacram. 13 p. 9,71 paenitentia, quae significat perfectam personalis peccati -em. **b** *log. i. q. refutatio – Widerlegung:* ALBERT. M. phys. 1,2,7[capit.] de -e sive improbatione Parmenidis (1,2,8[capit.]). **c** *publ. et iur.:* **α** *de institutionibus:* GERH. AUGUST. Udalr. 1,3 l. 15 Arnolfum ... de -e multorum monasteriorum, quae in benefitia laicorum divisit, ... accusatum. THIETM. chron. 4,10 Merseburgiensis -ccionem aeclesiae deflens *imperator. al.* WOLFHER. Godeh. II 5 p. 199,33 post inconsideratam Mersiburgensis episcopatus -em. *al.* **β** *de traditionibus:* CHART. march. Misn. III 429 p. 301,4 (a. 1230) ne in preiudicium aut -em huius nostre donationis aliqua ... contrarietas valeat oboriri. **2** *debilitatio, defectio – Schwächung, Beeinträchtigung:* ALBERT. M. animal. 18,39 causa ... debilitationis et -is motuum harum virtutum, quae in spermate operantur, est, quia *eqs.* CHART. Babenb. 232,23 pro amputacione membri vel -ccione ipsius accionis, id est lem, si est visibilis, teneatur offensor iudici V talenta. **3** *detrimentum, noxa – Schaden, Schädigung:* ADALB. MAGD. chron. a. 952 p. 165,29 quod convivium iam multis suspitiosum coepit haberi et plus ibi -is quam utilitatis ferebatur tractari. HONOR. III. registr. 241 p. 170,27 quod tu *(sc. potestas Mediolanensis)* ... eos *(sc. capitulum Mediolanense)* ... de tua quasi loco banni fiducia eiecisti eisdem rerum suarum dex-em et etiam mortem personarum temere cominando. CONST. imp. II 196,15 sacramenta ... prestans *(sc. filius)* in paterni honoris vel bonorum ipsius grave detrimentum vel -em (destitucionem 2), quod vulgo verderpnusse vocatur. **B** *de hominibus i. q. exstinctio, subversio – das Vernichten, Zugrunderichten (de morte: l.20):* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* WANDALB. Goar. 1 p. 12,9 coeperunt *(sc. malivoli)* ... mentientes dicere vidisse se in illo, quae ad reprehensionem et -em aliorum valerent plurimum *eqs.* VITA Norb. II 75 propter multorum ... principum nobilium ... -em. CONST. imp. II 336 quod ad honorem et gloriam redemptoris nostri crucis faciatis ubique gloriam predicari ad -em gentis dicte *(sc. Tartarorum).* ALEX. IV. registr. 482 p. 446,28 alter alterius -em in personis desideravit hactenus et in rebus *(de Ianuensibus et Pisanis). saepe. de damnatione aeterna:* FROWIN. explan. 7,3 l. 846 etiamsi amplius non peccassent *(sc. peccatores)* in eum *(Christum)*, digni essent aeterna -e. **b** *superatio, devictio – Überwindung, Besiegung:* DIPL. Otton. III. 283 p. 708,6 post Sarracenorum -em (*inde* DIPL. Conr. II. 60 p. 72,4). *meton. i. q. superator – Überwinder:* IOH. WIRZ. descr. 983 'o mors, ero mors tua', id est -o tua. **2** *canon. i. q. depositio – Absetzung:* GESTA Camer. cont. II A 286,4 abierunt clerici Remorum archipresuli nuntiantes, quod Galcheri -o episcopi in promptum est.

2. destructio *v.* districtio.

destructivus, -a, -um. **1** *adi.:* **a** *sensu act. i. q. destructionem, deletionem, noxam, abolitionem inducens – zerstörend, vernichtend, (aus)tilgend, (be)schädigend, beseitigend:* **α** *gener.:* CAES. HEIST. mirac. I 10,69 miraculis, quae sunt -a erroris atque vitiorum. ALBERT. M. sent. 4,16,7 p. 553[a],42 dolor, qui est generaliter -us peccati, est de omni peccato. pol. 8,4[r] p. 787[b],20 quod si iuvenes non plantantur talibus disciplinis, efficiuntur -i domus per insolentias. CHART. Salisb. III 102 flammam nostri nominis -am. *saepius.* **β** *natur.:* URSO gloss. 15 p. 39,33 frigida licet ... magis essent salutis -a quam eiusdem conservativa. ALBERT. M. miss. 3,6,2 p. 97[b],20 calor cordis non esset vivificus, sed potius ustivus et substantiae -us, nisi *eqs.* **γ** *medic.:* THEOD. CERV. chirurg. 1,4 p. 136[F] cataplasma ... hordei in apostemate calido medicina mitigativa est, non aegritudinis -a. **δ** *log. i. q. refutans – widerlegend, entkräftend:* ALBERT. M. top. 2,2,6 p. 325[a],33 hic est tertius *(sc. locus)* et constructivus et -us. p. 326[a],32 hae ... omnes considerationes constructivae sunt et -ae. **ε** *publ. i. q. damnosus, vastationem inducens – verderblich, 'wüstend':* CHART. Bern. II 563 (a. 1264) quod super terra usufructus eorum *(fratrum)* et mea homines nostri ... habere debent legittimationem, modo tamen, ut condecet, non -o. **b** *sensu pass. i. q. refutabilis – widerlegbar (usu log.):* ALBERT. M. sens. 1,6 p. 11[b],10 necesse est ..., ut fiat *(sc. visus)* aut intus suscipiendo aut extra mittendo, et cum hoc -um (*ni subest* destructum) est, quod non fiat intus suscipiendo, relinquitur extra mittendo. **2** *subst. neutr. i. quod delet – das Zerstörende, Vernichtende:* ALBERT. M. summ. creat. I 4,37,2 p. 547[a],31 secundum comparationem ad proprietatem *(sc. Seraphim)*, quae est ignire, accipitur duobus modis, scilicet prout est -um contrarii in subiecto *eqs.* eth. II 1,7,9 p. 119[b],22 dicere ..., quod -um operationis vitae sit vel felicitas vel pars felicitatis ..., penitus irrationabile est.

adv. **destructive.** **1** *log. i. q. modo refutationis – auf widerlegende, entkräftende Weise:* ALBERT. M. phys. 2,3,6 p. 143,38 si ... id, quod est ante finem, non sit sic ..., tunc non est finis, sicut in disciplinis sequetur bene -e *eqs.* top. 1,2,8 p. 259[b],37. elench. 1,5,6 p. 636[b],6 et constructive et -e quaerit *(sc. dialectica scientia)*, quid insit et quid non insit. **2** *publ. i. q. damnose, modo damnationis – auf verderbliche, verwüstende Weise:* CHART. Bern. II 728 (a. 1271) fratres dederunt legittimationem bonis dicti militis, que nunc habet in dicta villa ..., tamen non -e et sine dolo.

destructor (dis-), -oris *m.* *qui destruit, irritum facit, demolitor, vexator, qui nocet – einer der zerstört, zunichte macht, aufhebt, auflöst, Vernichter, Schädiger:* **1** *gener.:* WILLIB. Bonif. 7 p. 37,19 -es ecclesiarum populique perversores abigebat. CONC. Karol. A 44[B] p. 506,44 imaginum ... si quis es intemperans di-r. BERTH. (?) annal. a. 1078 p. 313,8

[Leithe-Jasper]

mendaciorum -r. MANEG. c. Wolfh. 16 p. 78,22 ut precedentis testamenti probaretur *Christus* non -r, sed *eqs*. CHART. episc. Hild. I 283 p. 270,1 omnibus invasoribus, persecutoribus, -bus. CHART. Basil. C I 53 p. 38,6 iusticię -es. ALBERT. M. sent. 4, 11,8 p. 286b,29 quia Deus conservator rerum est et non -r. *persaepe*. *usu attrib. de diabolo:* ALBERT. M. summ. theol. II 9,34,2 p. 371b,45 cum Deus non possit intendere hoc *(sc. rerum destructionem)*, videtur, quod nullo modo mittat angelum -em. *ibid. al.* **2** *publ., eccl., iur.:* **a** *spectat ad institutiones sim.:* DIPL. Heinr. II. 65 predicte *(i. Merseburgensis)* -r ecclesie Gisilherus. CHRON. Bened. I 17 p. 221,29b Nickerus episcopus, ... -r libertatis coenobii sancti Benedicti. CHRON. Suev. a. 1006 (MGScript. XIII p. 69,40) pro quo *(abbate)* Ymmo, monasterii -r et fratrum expulsor, constituitur. *al.* **b** *spectat ad traditiones sim.:* DIPL. Arnulfi 31 p. 47,2 si quis ... huius ordinationis nostrae ... -r et violator esse presumpserit. DIPL. Heinr. IV. 280 p. 361,27 ut illum ... t e s t a m e n t a - r i ę ... c o n s c r i p t i o n i s -em ... tradat *(sc. papa)* omnino satanę et anathemathizet eum (CHART. Turic. 263 p. 147, 29. DIPL. Frid. I. 334 p. 165,13. *al.*). DIPL. Constantiae 32 p. 102,34 quisquis ... istius doni -r extiterit, anathema subincurrat. *al.* **c** *exstirpator, vastator – einer der rodet, 'Wüster':* FUND. Heinrichow. p. 58,9 cum ... agricultores et -es silvarum multiplicarentur, Iohannes villicus iussit eosdem rusticos ... silvas delere.

***destructorius,** -a, -um. *destructivus – zerstörerisch:* URSO element. 4 p. 86,4 quanto ... tardius operatur calor accidentalis -am dissolutionem, tanto *eqs*. *ibid. al.*

destructrix, -icis *f.* *quae destruit – Zerstörerin, Vernichterin (usu attrib.):* CARM. de gener. Christi 1196 nempe genus regis -x (gloss.: id est Othalia, quę voluit destruere regale genus de tribu Iuda) femina legis perdere cum vellet.

destructura, -ae *f.* *destructio, afflictio – Zerstörung, Beschädigung:* CHART. Sil. D III 290 (a. 1259) si ... gravis -a ipsis molendinis acciderit, ita quod clausura aque rumpatur *eqs*.

destruo (dis-), -struxi, -structum, -ere. *script.:* dexs-: *p. 476,15.* dext-: *l. 55.* -uh(o): *p. 476,54.* -uttus: *l. 52.* *usu medial.: l. 59. p. 477,18.* *refl.: p. 477,15.* *pendet* in *c. acc.: l. 58.*

I *proprie i. q. demoliri, diruere, rescindere – zerstören, nieder-, ein-, ab-, zerreißen, zerbrechen:* **A** *gener.:* **1** *in univ.:* CONC. Karol. A 19G,43 de arboribus et lucis *(i. fanis gentilibus)* -endis canonica observetur auctoritas. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 302,24 bellicis instrumentis captis et -tis. CHART. Tirol. notar. I 954 quod ei *(sc. debitori)* reddat *(sc. creditor)* cartam debiti, ut -atur prout casso et vano et nullius momenti. ALBERT. M. animal. 5,27 dicunt ... tonitruum -ere ova. *al.* *in imag.:* LIBER diurn. 84 p. 95,2 confidimus cuncta inimicorum fidei tela -ere. **2** *de aedificiis, urbibus sim. (c. sensu transformandi: l. 58):* ANNAL. Iuv. I a. 725 Sarraceni Augustidunum c i v i t a t e di-erunt (OTTO FRISING. gest. p. 4,22 [epist. Frid. I. imp.]. ANNAL. Rom. p. 480,18 c. -tta. *al. sim.* POETA SAXO 1,208 urbem. *al.*). ARBEO Emm. 29 t e m - p l u m ictibus di-unt *iusti* (EIGIL Sturm. 23. REGINO chron. a. 74). CHRON. Ved. p. 703,12 dex-it *Pippinus* firmitates. DIPL. Loth. I. 22 p. 93,1 quando p o n s -itur (DIPL. Otton. II. 112). CHART. Rhen. inf. II 462 concedimus ... fratribus plenariam potestatem ... mansiones ... in agros -endi. *persaepe*. *medial. i. q. (in se) ruere, collabi – einstürzen, (in sich) zusammenfallen:* DIPL. Otton. II. 14 antiquam cappellam, quam olim ... Hludovuicus imperator construxerat ... et modo dilapsa est atque di-ta. FROUM. epist. 55 ęcclesia ... undique furcis fulcita, muris -ta, cui nisi citius subvenitur, penitus cadet. **B** *spec.:* **1** *natur.:* URSO qual. 334 conservat ... frigiditas naturaliter et accidentaliter -it (*sim.* 342). ALBERT. M. veget. 6,427 stringit *(sc. rizum)* ... maxime, quando frigitur in suo cortice, -ta aquositate sua *eqs*. animal. 1,483 malus stomachus -it cerebrum. *ibid. al.* **2** *alch. fere i. q. resolvere – etwa: zerlegen, auseinandernehmen:* GEBER. invent. 13 p. 724 calcinare, fundere, -ere, construere, corpora emundare, cum his clavibus aperies occultas seraturas arcani nostri. **3** *publ. i. q. exstirpare, vastare – roden, 'wüsten':* FROTH. epist. 20 Iosep ... desertam fecit *(villam)* et ad nihilum deduxit et ... -xit. FUND. Sangeorg. 13 advenerunt ... fratres missi a domino abbate, qui omnes -erunt et dissipaverunt et plantaverunt. CHART. Ital. Ficker 273 p. 313,37 ut ipse *(dominus Poncius Amatus)* -ret et -i facere deberet bona domini Grosii.

II *translate:* **A** *de rebus i. q. irritum facere, abolere, dissolvere – zunichte, ungültig machen, aufheben, unterbinden:* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* FORM. Flav. 44 p. 482,1 relegionis norma di-ta. GLOSS. psalt. Lunaelac. 49,17 agendo di-as, quae honoras praedicando. CHART. Turic. 197 p. 88,21 ad -endam ipsam contentionem, ut *eqs*. DIPL. Otton. III. 303 p. 729,37 ut ea, quae male his temporibus acta sunt ..., nemo retineat ..., sed propria nostra auctoritate frustrentur et omnia -antur, nisi ... melius ordinentur. BENZO ad Heinr. IV. 3,19 p. 320,18 ad dexs-endam heresim Arrii et Manichei. ANON. mus. La Fage p. 358 ne, cum discantum facere putaveris, organum aedifices et discantum (discantis *ed. Seay*) -as. *saepe*. **b** *de institutionibus:* TRAD. Welt. 7a (s. X.ex.) si ... vita monachica in loco supradicto -ta fuerit. BRUNO QUERF. Adalb. A 12 p. 13,16 e p i s c o p a t u m, quem pater ... erexit ..., filius -xit (THIETM. chron. 5,39. LAMB. HERSF. annal. a. 982 p. 44,26). DIPL. Heinr. IV. 70 ut nullus in predictis locis aut mercatum -ere aut theloneum impedire ... presumat. ANNAL. Scheftl. II a. 1259 a ... papa Alexandro generale studium Bononie -tum est. *saepius*. **c** *de controversia sim. i. q. componere, sedare – beilegen, schlichten:* LEG. Wisig. 9,2,8 p. 373,5 ad -endum exortum scandalum. TRAD. Frising. 704 p. 591,30 se velle -ere talem disceptationem, qualem inter his esse cognoscebat. BENZO ad Heinr. IV. 4,13 p. 436,1 dividias. DIPL. Loth. III. 41 p. 67,47 iusticiam ... confirmavimus ad -endam controversiam. **d** *de coniuratione i. q. disicere – zerschlagen, vereiteln:* CONC. Karol. A 19G,31 de coniurationibus et conspirationibus: ne fiant, et ubi sunt inventae, -antur. **e** *de matrimonio i. q. dissolvere – auflösen:* ALTFR. Liutg. 1,28 non cessavit ... miles Christi, quominus ... inlicitum -ret coniugium. **f** *de damno sim. i. q. emendare – wiedergutmachen:* THEGAN. Ludow. 13 hęc omnia ... princeps -ere (-i *var. l.*) iussit acta, quę impie in diebus patris sui per iniquorum ministrorum manus facta fuerant. **2** *spec.:* **a** *log. i. q. refutare, redarguere – widerlegen, entkräften:* HINCM. divort. 12 p. 179,13 eorum assertio nefandissima -atur, qui asstruunt non esse scelus sodomitanum. EPIST. Hildesh. 134,51 p. 224,9 utilitas prima -itur et tandem honestas *eqs*. OTTO FRISING. gest. 1,65 p. 92,5 iuxta logicorum ... regulam methodus a genere ad -endum, a specie valet ad astruendum. HUGO HONAUG. hom. 4,8capit. p. 273,2 quod ad -endum inaequalis substantiae errorem nomen consubstantialis sit transumptum *eqs*. ALBERT. M. metaph. 11,1,8 p. 469,73 hoc *(sc. conclusio)* -it totam philosophiam, quae est de potentia et actu. *persaepe. v. et p. 472,72.* **b** *publ. et iur.:* **α** *in univ.:* FORM. Augiens. A 15 quod si ... qualiscumque persona istam t r a d i t i o n e m presumptiose infrangere voluerit aut di-ere temptaverit (CHART. Sangall. A 199 p. 189,36. CHART. Lux. I 265). B 7 nec quilibet ... haec statuta valeat ausu temerario inordinanter -ere (-here *var. l.*). COD. Lauresh. 68 quoniam ipsius concambii sanctionem quidam -ere conati sunt. CHART. Heinr. Leon. 2 p. 3,17 constitutionem. *saepe*. **β** *praecavere, declinare – verhüten, abwenden:* CHART. Sangall. A 610 (a. 878/79) quod ego Ruodpoto ... ad -endam deinceps omnem mallationem ipsius hereditatis partem ... de praedicta hereditate ... trado. **γ** *reprobare, minuere – entwerten, mindern:* CONST. imp. II 73 p. 89,11 (a. 1220) quia ... abusiones ... inoleverant in novis theloneis et monetis, que se invicem ex similitudinibus ymaginum -ere consueverant. **B** *de hominibus eorumque coetibus sim. (de animalibus: p. 477,16):* **1** *gener. i. q. perdere, exstinguere, subvertere – vernichten, zugrunde richten:* **a** *in univ.:* CHRON. Fred. 2,33 p. 55,24 regnum Iudaeorum tunc fuit di-tum. WIDUK. gest. 1,9 p. 16,5 eos *(Saxones)* procul dubio esse, qui Francorum imperium quandoque -rent. THIETM. chron. 8,3 -at illos *(supplantatores)* adiutor noster Christus. REGISTR. Eberb. app. 39 p. 473,2 unde vestra>m discretionem latere nolumus, quod, si orationes persolvamus publice ..., funditus -emur. *saepius*. **b** *superare,*

devincere – (vernichtend) schlagen, besiegen: THIETM. chron. 5,34 -ta penitus ... divisaque inter suos Poleniorum multitudine rex ... proficiscitur. HELM. chron. 106 p. 208,21 admovit *(sc. caesar)* ... manum Lateranensibus, ut -ret eos. HIST. de exp. Frid. imp. p. 77,34 clausura ..., ubi imperator Grecorum Emanuel cum maximo exercitu -tus fuit. *al.* **c** *damno afficere, nocere – (be)schädigen, Schaden zufügen:* WALTHARIUS 373 o vinum, quod Pannonias -erat omnes! ALFAN. premn. phys. 1,84 p. 21 si ... quaedam *(sc. animalia)* ... hominem -ant (*PG 40,529*[C] λυμαίνεται). **d** *corrumpere – verderben:* HINCM. coll. 2 p. 104,18 quatenus presbiteros exemplo et verbo suo non -ant *archidiaconi*. divort. praef. p. 111,25 alios, qui introire poterant, licet verbo admonuissetis, opere -istis. *ibid. al.* **e** *refl. i. q. se dimittere – sich klein machen:* BRUNO QUERF. fratr. 32 p. 83,9 -e te totum et sede quasi pullus contentus ad gratiam Dei. **2** *spec.:* **a** *natur. i. q. deficere, mori – schwach werden, eingehen, sterben (usu medial.):* ARNOLD. LUB. chron. 1,3 p. 118,5 multum laboraverunt *(sc. Saxones)* ... in profunditate palustri et -ti sunt equi eorum plurimum trahentes in plaustris ... copiam victualium. ALBERT. M. animal. 1,36 hoc ... genus hyrundinis in eodem mense apparet et -itur. 1,65 quando exsiccari incipit, -itur animal et senescit tendens ad corruptionem. **b** *publ. et iur. i. q. deprimere – 'ruinieren':* CAPIT. reg. Franc. 4,8 p. 9,27 si dixerit ille, cui res tolluntur, quod male eum -at et contra legem et iustitia, tunc muniat graphio eum *eqs. (cf.* LEX Ribv. 36,4 *c. comm. ed. p. 147)*. DIPL. Karoli III. 133 ut -ta quaeque monasteria et a propriis incuria deviata ... reformentur. DIPL. Arnulfi 50 p. 72,22 (spur. s. XII.[in.]) ut nec praesens episcopus neque aliquis successorum suorum praedictam cellam audeat <-ere vel in aliquo> imminuere. CHART. Turic. 1440 p. 146,36 per quorum *(sc. marcarum)* expensas ... penitus essem -tus et rebus meis exhaustus. CHART. Carinth. V 392 p. 247,10 Michaheli civi et pluribus *(sc. debita solvantur)*, qui per nos omnino sunt -ti. *al.* *Leithe-Jasper*

destruttus *v.* destruo. **desturbo** *v.* disturbo.

desuadeo *v.* dissuadeo.

desub (de sub) *praep. c. abl. vel raro c. acc. (cf.* de *p. 44,14) script.* de su: *l.52.* **1** *strictius i. q. sub, subter, infra – unter:* **a** *de positione:* **α** *proprie de loco:* HERBORD. Ott. 1,32 fetor inhumati corporis non procul a via -b urticis. ARNOLD. SAXO fin. 1,4,8 p. 36,25 quando quis aspiscit ad nubem -b sole, videt eam albam. ALBERT. M. veget. 4,126 'prima ... digestio est', quae fit '-b planta' in radice plantae. Iob 38,32 sole occidente emergunt *Mercurius vel Venus* ⌊-b radiis⌋ (de subradiis *ed.*) solis. **β** *in imag. vel translate:* LEG. Lang. p. 119,1 (a. 713/35) si ambo causatores de sub *(om. 9)* ipso (ipsum *3*) sculdahis sunt (*sim.* p. 119,16sqq. si homenis de sub uno iudice, de duobus tamen sculdahis, causam habuerint, ille, qui pulsat, vadat cum ... epistola de suo sculdahis ad illum alium, de *[om. 6]* sub [super *11*] quem [quo *var. l.*] ipse est, cum quo causa habit. p. 120,4. p. 197,23). DIPL. Conr. II. 258 p. 357,2 ecclesia ... est de su regimine et potestatem supra scripti piscopatu meo sancti Martini. GUIDO AUGENS. mus. add. p. 191[b] descenderit *organum* octo voces et erit in quarta -b cantu. *ibid. al. v. et p.484,56.57.* *locut. adv.* -b manu(m) *i. q. ilico, continuo – auf der Stelle, gleich darauf* (*cf.* ὑπὸ χεῖρα): COMPOS. Luc. C 20 incendis cum carbonibus et decurret de sub manum vitrium, sed inutilis. COMPOS. Matr. 2,2 leviter coquis *(sc. mixturam)* super prunas et aspargens -b manu crocum aceto infusum *eqs.* **b** *de separatione ('unter [... hervor, heraus, weg]'):* BENZO ad Heinr. IV. 6 praef. p. 514,6 rex ... adgreditur clivum, de sub cuius pede evomit Stix lacum. PASS. Thiem. II 11 p. 58,18 quo *(anno)* sancta civitas Hierusalem -b iugo gentium cervicem erexerat. ANNAL. Magd. a. 982 p. 156,37 Laurentius ... de sub pedibus imperatoris scabellum tulit. *al.* **2** *latius i. q. ex, de – aus, von:* **a** *proprie de loco:* ANDR. STRUM. Ariald. 22 p. 1069,25 -b guture linguam extrahunt (*de eodem:* LAND. MEDIOL. hist. 3,30 p. 95,46 vernulae Olivae ... linguam eius -b mentonem trahentes). HERBORD. Ott. 2,28 p. 115,17 episcopus ... -b tecto exiens. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 17,12 aves, que vivunt de vermibus, quos cavant de ⌊sub terra⌋ (subterra *ed.*) et quos inveniunt super terram (*sim.* p. 21,16). ALBERT. M. animal. 8,106 rapit *alietus* mergos et anates, quando ascendunt -b aqua. 23,122 sanguis eius *(hirundinis)* -b dextra ala medetur oculis. *al.* **b** *in imag. vel translate:* DIPL. Karoli III. 81 p. 132,41 si quis ... de sub potestate ipsius ecclesiae aliquid ... auferre temptaverit. 177 p. 292,1 (spur.) non habeant *(sc. monachi)* licentiam ullo tempore excutiendi se de sub *(om. B)* potestate <et regi>mine abbatis sancti Ambrosii. GERHOH. Antichr. 1,72 p. 391,19 ut eadem domus *(sc. hospitale)* de sub obedientia patriarche tolleretur (*sim.* vigil. 11 p. 510,29 cum fratres Hospitalenses laborassent emancipari de ⌊sub obedientia⌋ [subobedientia *ed.*] Ierosolimitani patriarchae). *al.*

1. desubito (de subito) *adv.* *subito, derepente – plötzlich:* ANTIDOT. Glasg. p. 114,26 facit *(sc. antidotum)* ... ad caducus, de subito qui spumas iectant per orem.

2. desubito, -atum, -are. *exterrere, ex improviso opprimere – aufschrecken, überraschen:* PETR. DAM. epist. 86 p. 472,14 in os corcodrilli dormientis perniciter insilit *hydrus,* quem ille -tus repente deglutit *(ex Physiol. rec. B 19,5).*

desubter (-upt-) *adv. et praep. (cf.* de *p. 44,23)* **1** *adv. i. q. subter, infra – darunter:* CHRON. Fred. 3,79 -pter *(sc. sub lapide;* desuper *var. l.)* in alio lapide duo crucis reperti sunt. VITA Serv. 54 p. 127,8 hii, qui onus quadrangulum humeris sustulerant, ... ut moveri supra verticem cadaver mortuum cernebant, capti pavore ... -pter dissiluere. ARNOLD. LUB. chron. 4,8 p. 171,22 regina ... dedit domno imperatori tentorium optimum et domum -pter (-r, desuper *var. l.*) de scarlatto. **2** *praep. c. abl. i. q. sub – unter(halb):* DIPL. Otton. I. 412 p. 562,16 monasterium ... cum confinibus suis descendentem in petra Groam per viam publicam -r petra Pedara. *cf. p.485, 1sqq.*

desubtus (de subtus, -upt-) *adv. et praep. (cf.* de *p. 44,25) script.:* -uct-: CHART. Rhen. med. I 8 p. 10,41. -bst-: *l.46.* -to: *l.61.*

1 *adv.:* **a** *subtus, subter, infra – darunter, unterhalb, unten:* COMPOS. Luc. I 24 aliud eramen pone ad battere, una petia desuper et una -s. COD. Lauresh. 348 que *(vinea)* subiungitur -s usque ad rivulum, desuper attingit ad ecclesiam in Lobetdenburg. CARM. var. III B 15,5 -ptus gressum qui *(vultus)* regit ipsum. FUND. Grat. Dei 5 ut ... nigras cappas et superpellicia -s portarent *(sc. fratres).* IOH. CODAGN. annal. a. 1214 p. 46,9 -ptus a ponte Arde usque ad fontem de Gallo (*sim.* a. 1216 p. 57,34 -ptus a Castro-novo. *ibid. al.*). FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 79,28 ossa lata, concava -s, que dicuntur ossa ancharum. ANNAL. Plac. a. 1267 p. 522,47 facto ponte navium de substus supra Ogium. *al.* *usu subst.: v. l.67.* **b** *ab inferiore parte, ab imo – von unten (her):* HEINR. LETT. chron. 23,8 p. 162,35 alii edificant ericios, de subtus fodere vallum incipiunt. 30,4 p. 219,3 ne lanceis hostium lederetur -s, clypeum locavit *Theutonus* sub pedibus. ALBERT. M. animal. 1,475 quae *(superfluitas)* reflectitur -s asscendendo ex pectine. *al.* **2** *praep. c. acc. vel rarius c. abl. (c. gen.: l.55):* **a** *sub, infra – unter(halb):* **α** *in univ.:* GALB. Karol. 82 pedes militis copulari rex iusserat de subtus ventrem equi, in quo ascenderat captivus. CHART. Mog. A II 719[g] dimidium cellarium -ptus domus, que fuit Erenuerdi. CHART. Laus. 692[j] quicquid vini habemus -s strata inter Vuarcheriam et lo rual de Palaieres. FRID. II. IMP. art. ven. 5 p. 125,30 accipiatur columbus per caput et pedes -s alis *eqs.* ANNAL. Plac. a. 1269 p. 538,2 que *(turicia)* erant de subtus rocham. *al.* *spectat ad distantiam:* ALBERT. MIL. temp. 158 p. 433,10 in predicto episcopatu *(sc. Regino)* -o civitatem per miliare et plus. **β** *ellipt.:* IOH. CODAGN. annal. a. 1232 p. 112,9 desuper stratam et -s. CHART. Lux. II 348 p. 376,7 duas ... balisterias aque, unam desuper pontem, aliam -s. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 105,5 super ... pennas caude *eqs.*; -s vero *eqs.* **γ** *usu subst.:* OTTO FRISING. gest. 2,40 p. 147,1 oportebat per -s illud *(sc. saxum; om. pars codd.)* exercitum transire. **b** *ex, desub – aus (... heraus, hervor):* ADEMAR. hist. 3,66 l. 41 quasdam ... fantasticas ex limo imagines -s terra ... mulieres extraxerunt. CHRON. Mart. Opp. cont. IV (MG Script. XXX p. 711,10) camera, in qua ... sedebat *papa*, fonditus corruit ..., et vix extractus fuit vivus -s tantam ruinam.

[Antony]

? ***desuccessor,** -oris *m.* *praedecessor – (Amts-)Vorgänger (usu attrib.: l.5):* FORM. Marculfi 1,35 l. 39 de . . . omnia, quod per institutione pontificum . . . ipse monasterius habuit concessum . . . vel ⌊per decessorum⌋ (praedecessorum *A1*, per discessorum *A2*, per -um *A3*) regum circa se firmatum. FORM. Dion. 3 p. 503,3 inspecta . . . privilegia tam decessoris (-is *cod.*) nostri illi quam Adeodate papae.

***desudamentum,** -i *n.* *adnisus, contentio – Anstrengung, Bemühung:* FOLCUIN. Bert. praef. p. 608,6 nos . . . ad multiplicia eius -a, quae pro loci sui erectione laboratione sudavit assidua, optamus dicta reflectere (*sim.* 17).

desudatio (-cio), -onis *f.* **1** *proprie i. q. sudatio multa, exsudatio – das starke Schwitzen, Ausschwitzen:* CIRCA INSTANS p. 5b[r] patiens in aqua . . . sedeat, ut sudet, quoniam talis -o optime purgat choleram rubeam. **2** *meton.:* **a** *halitus, umor exsudatus – Ausdünstung, ausgeschwitzte Feuchtigkeit:* ALFAN. premn. phys. 25,8 p. 142 quod procedit a mulieribus, magis -em (*PG 40,701B* ἱδρῶτα) membri quam semen esse volunt *Aristoteles et Democritus.* **b** *exanthema (sudamina vel miliaria q. d.) – (Friesel-)Ausschlag (sog. Schweißdrüsenfriesel):* CONSTANT. AFRIC. theor. 5,4 p. 19a[r] si ad exteriora depellatur *cholera*, fient putredines et -es. 8,21 p. 39b[r] de -e; -o est pustula parva sicut milium, que in exteriori cute excoriatur . . . maximeque in estate nascitur. BERNH. PROV. comm. 9,4 p. 315,20 quedam . . . granula sunt, que nascuntur in corpore, dicuntur eciam -cio. **3** *translate i. q. adnisus, contentio, labor – Anstrengung, Bemühung, Mühsal:* **a** *in univ.:* FOLCUIN. Bert. 11 haec . . . monasterio suo adauxit cum ingenti -e. VITA Pirmin. II 16 p. 45[B] huiuscemodi intentioni *(i. orationi)* deserviens agone infatigabili perpendit iam tempus imminere, quo immarcessibile -is suae praemium recipere deberet. DIPL. Heinr. III. 14 regalis culmen honoris . . . operam suae -is iustitiae impendere debet. CHART. Sangall. B 143 p. 141,17 per activę vitę -em. **b** *functio laboriosa – anstrengende Verrichtung:* CHART. Mog. B 104 p. 107,27 (a. 1187) quidam . . . homo . . . artis fabricie frequenti incudis malleatione ac piorum laborum -e summam quandam super se contraxerat pecunie.

desudo, -avi, -atum, -are. *depon.: l.70.p.480,1.* **1** *intrans.:* **a** *de hominibus (de rebus personatis: l.46; de animalibus: l.55) i. q. laborare, insudare, se fatigare – sich (ab)mühen, abplagen, abquälen:* **α** *in univ.:* ARBEO Corb. 7 ut sub manuum suarum -ret labore. HUGEB. Wynneb. 2 p. 108,6 cumque illi . . . contra inmensas Alpium ardua . . . -antes scandere conabant. VITA Pus. 3 manus . . . illorum *(sc. Sigmari eiusque coniugis)* in largiendo elemosinam -bant. VITA Paulin. Trev. 2 fidelibus infidelitate Arriani dogmatis -antibus. OTTO FRISING. chron. 6,34 p. 303,27 pro symonia extirpanda . . . plurimum -bat *Gregorius VII.* HIST. peregr. p. 163,4 nos *(sc. crucesignati)* . . . cotidie pro Christo in agone mortis . . . -amus. *saepe.* *remissius i. q. operam dare, studere – sich bemühen, trachten:* DIPL. Ludow. II. 88 p. 240,35 vota sua Deo . . . persolvere -ent *(sc. monachi).* PURCH. Witig. 193 -at . . . aecclesias . . . ornari. *al.* **β** *deservire – dienen:* WOLFHARD. Waldb. 3,1 p. 258,18 altaris excubiis -bunt *gallinae.* EPITAPH. var. II 22,3 prompti servitio -ant *fratres* archiministro *(sc. Michaeli).* LAMB. HERSF. annal. a. 1073 p. 141,6 ut . . . ad ipsa castella munienda circumquaque manentes cogerent *(sc. castellani)* et impensas . . . convectare et per se ipsos servili manu -are (desiderare *var. l.*). CHART. Scafhus. 67 p. 112,17 quatinus sibi *(sc. puellae)* liceret seculo renuntiare et in conventu religiosarum feminarum in reliquum -are. CHART. Wernig. 10 p. 8,9 tres sacerdotes . . . sibi . . . assumet *decanus*, qui secum in cura et in populo regendo pre aliis specialiter -bunt tenendo septimanas suas. *al.* *demereri – sich verdient machen:* FORM. Marculfi 2,11 pro bonitate et respectu servicii tui, qua circa me -as. DIPL. Loth. II. 11 dignum est, ut celsitudo regalis procerum petitionibus eo libentius faveat, quo . . . devotius in suo eos -are perspicit famulatu. DIPL. Heinr. III. 341 p. 467,14 in nostra fidelitate -tum *(sc. episcopum)* considerantes *eqs. al.* **γ** *se dedicare, devovere – sich hingeben, widmen:* IONAS BOB. Columb. 2,5 p. 237,12 ita ut numquam intentius antea in oratione visus fuisset -ari *(m.[1] A1,* -are *cett.).* EINH. Karol. prol. p. 2,12 cui *(vitae)* scribendae . . . Tullianam par erat -are facundiam. PASS. Ursulae prol. p. 144,16 Deo devotae et in sancta meditatione ferventissimo -antes studio puellae. OTTO FRISING. gest. 1 prol. p. 11,31 quamvis a prima adolescentia bellicis -asse (sudasse *var. l.*) cognoscaris *(sc. Fridericus)* officiis. *al.* **δ** *effervescere, incalescere – entbrennen, sich erhitzen (für):* WILLIB. Bonif. 5 p. 21,14 quali ancxius desiderio diutius -asset, aperuit *(sc. papae).* MEGINH. FULD. Alex. 4 p. 427,26 in hoc . . . desiderio cum diutius -asset. THANGM. Bernw. 51 p. 780,5 (chart.) animus . . . magis ac magis ardore sancti propositi -bat. **b** *de rebus liquidis i. q. emanare, effluere – hervorströmen, herausfließen:* ARBEO Corb. 28 dum paulisper perfodiret *(sc. humum baculo)*, tanta aquarum habundantia -bat, ut *eqs.* *in imag.:* GESTA Halb. p. 112,11 monasterium sancti Nycolai, in quo et de membris ipsius oleum salutare -at *(de sanationibus miraculose effectis).* **2** *trans.:* **a** *de hominibus:* **α** *conficere, perpetrare – schaffen, vollenden, zustande bringen:* VITA Emm. 47 ea, quae dictata habemus hucusque ob reverentiam . . . Hemmerammi, proprio labore -vimus. FROWIN. explan. epil. 66 hoc opusculum tibi potissimum -vi, . . . Bertholde. *elaborare, expolire – ausarbeiten, ausfeilen:* ALDH. virg. I 49 p. 303,16 commentariola . . ., quae praefatus divinae legis interpres *(i. Hieronymus)* . . . -a<vi>t (-ans, -at *codd.*). THEOD. AMORB. Firman. prol. p. 24,27 doctissimorum virorum opuscula stilo . . . insugillabili et ad unguem usque -ta. **β** *impetrare, adipisci – erwirken, erreichen, erringen:* CHART. episc. Hild. I 60 p. 53,15 (post 1013) quod *(praeceptum)* . . . episcopus . . . de abbatiis, que tunc pertinebant ad manus eius, . . . ab . . . Arnulfo -vit *(antea:* elaboravit). FUND. Hild. 1 p. 941,21 Karolus . . . eandem ecclesiam quasi . . . -ti Christo triumphi titulum . . . celi clavigero dedicavit. **γ** *gerere, subire – bestehen, auf sich nehmen:* LAMB. HERSF. annal. a. 1064 pro qua *(villa)* recipienda diuturnum agonem -vimus. HIST. de exp. Frid. imp. p. 5,21 diuturni labores, quos in recuperando Romani imperii statu contra rebelles . . . -verat. **δ** *praestare, explere – leisten, erfüllen:* EPIST. Hann. 13 p. 31,31 -ta non solum verbis, sed rerum et ipsius vitę usu mea fidelis servitus. **b** *de rebus:* **α** *exsudare, emittere – ausschwitzen, absondern, hervorfließen lassen:* GLOSS. II 558,45 St. -S. -ta uzflozzenta. **β** *tinguere, irrorare – (be)netzen, befeuchten:* SEDUL. SCOT. carm. II 26,5 quot paradisiacae -ant gramina guttae *eqs.*

adi. **desudans,** -antis. *studiosus, intentus – bemüht, eifrig:* NOTKER. BALB. notat. 28 licet in omnes prophetas laborantissimus et -issimus studioso lectori sufficiat Hieronimus.

desuefio (diss-, -swe-), -fieri. *obsolescere, labi – in Verfall geraten, verkommen:* CHART. Port. 101 (a. 1230) contingere solet . . ., ut decor ecclesiasticus alicubi adeo diss-at (disswe-*D*), quod absque graviori . . . dispendio relevari nequeat.

desuesco vel **dissuesco** (disu-), -evi, -etum, -ere. *partic. perf. usu adi.: passim.* **1** *de hominibus i. q. insolitum fieri, consuetudinis expertem fieri, (iam) non consuevisse – entwöhnt werden, sich abgewöhnen, nicht (mehr) gewöhnt sein:* WALAHFR. Blaithm. 150 aciem pugnamque lacessere doctus, cedere di-tus. EKKEH. IV. cas. 49 p. 110,8 maiores . . . talium *(sc. laborum)* de-ti. CARM. de bello Saxon. 1,83 ecclesiae, viduae, pupillus et advena quisque nuper de-ti vim sunt iam denuo passi. EKKEB. HERSF. Heimer. 3 ut hominibus diu talium virorum de-tis inculcaretur, cuius sanctitatis fuerit (*sim.* ERINH. Heimer. 44 disuetis). CHRON. Pol. 1,25 ex eo tempore loricis Polonia di-vit (disu- *var. l.*). OTTO FRISING. gest. 2,34 p. 143,4 urgebatur . . . miles tanta de-tus (disu- *var. l.*) aeris intemperie. *c. acc. vel inf. i. q. omittere, dediscere, oblivisci – aufgeben, verlernen, vergessen:* FROUM. carm. 28, 5 resides animi de-unt digna labori. CONR. HIRS. mund. cont. 844 cui *(philosophiae)* si te permiseris, verbis pugnare disu-is. DAVID compos. 3,25 dissolutio est devotioni sicut aqua igni, et, qui ducit in consuetudinem, vix di-et, maxime ioculari. NARR. de Gron. 25 l. 34 milites, qui iam arma di-verant. **2** *de rebus i. q. inusitatum fieri, obsolescere, oblitterari – ungewohnt werden, zum Erliegen kommen, in Vergessenheit geraten:*

LUP. FERR. Wigb. 23 manci . . . manuum nacti sunt usum, paralitici membrorum regimen di-tum. MILO carm. 3,4,2,963 me de-tis repetentem carmina rithmis Musa . . . ammonuit *eqs.* EPIST. Meginh. 37 p. 235,27 eam . . . tempestatem *(sc. persecutionis et invidiae)* iam tandem aliquando sedatam cessasse, compositam de-visse speravimus. WIPO gest. 38 p. 58,19 diu de-tam atque pene deletam legem. OTTO SANBLAS. chron. 14 p. 15,29 iura disueta in consuetudinem reduxit *imperator.*

desvestio *v.* disvestio.

desuetudo *vel* **dissuetudo** (disu-, dis(s)we-, -sit-), -inis *f.* **1** *de hominibus:* **a** *strictius i. q. insolentia, effectus desuescendi, consuetudo amissa – Entwöhnung, das Aufgeben der Gewohnheit:* PETR. DAM. epist. 18 p. 173,6 propter de-em (di-, de consuetudinem *var. l.*) grave est totius ebdomadae binam continuare refectionem (*item* 50 p. 92,14 de-em [di-, disu- *var. l.*]). RAHEW. gest. 3,12 p. 179,32 ex appetitu libertatis iam dudum insolentiam et de-em induerat *Burgundia* obsequendi. CHART. Salisb. I 456 p. 618,12 portionem decimationum eiusdem ecclesię per di-em ex maxima parte populus retinuit. INNOC. III. registr. 1,69 p. 102,29 quos *(clericos)* et officium et di-o reddit imbelles. CAES. HEIST. mirac. I 6,4 p. 345,7 quod ex di-e scientia discernendi inter cibos gustui minuatur. *expressius i. q. indigentia – das Nichthaben, Entbehren:* GESTA Camer. 1,107 p. 446,49 post dissi-em . . . longissimi temporis, terris quidem Danorum abscessu quietis, cum . . . monachi sanctum corpus *(sc. Vedasti)* ad pristinam sedem referre disponerent *eqs.* **b** *latius i. q. consuetudo depravata, mos pravus – schlechte Gewohnheit, Unsitte:* CONST. imp. II 156 p. 193,7 (a. 1231/32) huiusmodi consuetudines, ˹quas censemus pocius corruptelas˺ (quas de-es censemus pocius *8*). **2** *de rebus:* **a** *usus inusitatus, novitas – Ungewohntheit:* IOH. PLAN. hist. 9,30 tantum compellebant *Tartari* nos ad bibendum, quod sustinere propter di-em nullo modo poteramus. CHRON. Albr. a. 1100 p. 814,4 fertur *Godefridus dux* otii de-e (de consuetudine *1*) antiquam febrem quartanam revocasse *(ex Helin.).* **b** *status obsoletus, oblivio – Verfall, Niedergang, Vergessenheit:* FROTH. epist. 17 p. 288,18 de quibus *(ecclesiis)* dissi-e prisce constitucionis inolescente nec census solvitur ullus. CHART. episc. Wirz. II 11 p. 21,3 si . . . illa, que negligentie iactura corrupit vel de-o i n u m b r a v i t . . ., corrigimus (LIGURINUS 8,568 regni de iure vetusto quaestio mota fuit, quod de-e longa priscus inumbrabat neglectu temporis error; *cf. Inst. Iust. de inst. promulg.* 5). *locut.* in de-em abire *sim.:* HIST. Lang. (MGLang. p. 598,27; s. XII.[1]) quae *(leges)* iam in de-e a longo tempore a b i e r e (CHART. Mog. A II 673 ne . . . nostra ordinatio . . . in de-em abeat. CHRON. Reinh. a. 1208 p. 576,14 omnia ea, que . . . in disswe-em abierant). CHRON. Reinh. a. 1209 p. 576,27 in regno, quod a longo iam tempore in di-em (diswe- *1*) venerat. GESTA Trev. cont. IV 3 p. 399,17 quod *(sc. statutum)* aliquot annis servatum postmodum ivit in di-em.

desuffoco, -are. *exstinguere – ersticken:* MAURUS progn. 40 p. 50[a],12 quia calor -atur, videtur febris lentescere.

desugo, -ere. *imbibere, exsugere – ein-, aussaugen:* CONSTANT. AFRIC. theor. 9,42 p. 50b[v] masculus sentit, dum coniunguntur *(sc. ipse et mulier)*, matricem virgam suam -entem sicut sanguisuga, dum sugit sanguinem.

desvistitus *v.* disvestio.

desum, -fui, -futurum, -esse. *form.: partic. praes.* -essens: *l. 68. gerundium* -essendi: *p. 482, 26. adde* ARNO REICHERSB. apol. p. 165,6. *?usu trans.: p.482,72. metr.:* dēē- *(per synizesin): p.482,5.21.46.47. al.* dĕēst: *l.71. saepe in figura litotes q. d., e. g. p.482,54.62.65sqq. negat. abund. per emphasim addita: p.482,5.*

stuprum vel conditionis -em. *ibid. al.* *deminoratio, deminutio pretii – Beeinträchtigung, Wertminderung:* CHART. scrin. Col. B 946 (post 1250) si eidem Waldevero placuerit in eadem domo vel area aliquod edificare, hoc faciet sine -e domus et suis espensis. **2** *de virtute sim.:* RATHER. ascens. II 5 l. 139 non oculos . . . conversionis lacrimis imbuo, sed guttur mentis mortiferae dilationis pessimaeque . . . -is criniculis stringo.

deterioro, -avi, -atum, -are. *om.* de-: *l. 23.* *partic. perf. usu adi.: l.23.47.*

1 *deteriorem facere, in deterius mutare, damno afficere, deminuere – verschlechtern, zum Schlechten verändern, (be)schädigen, im Wert vermindern:* **a** *in univ. (fere usu publ. et iur.):* CONC. Merov. p. 119,12 ut cliricis non liceat facultates, quas ab episcopo in uso accepiunt, -are. TRAD. Patav. 55[a] ut . . . rem -ta non fiat, sed . . . emeliorata faciam illam. COD. Lauresh. 35 l. 10 ut . . . nichil . . . minuere aut -are, sed potius augmentare . . . studeatis *(sim.* CHART. Epternac. 213 p. 358,13 -ta sive minorata). ANNAL. Hild. a. 1034 p. 38,33 monasterium . . . fulmine combustum et miserabiliter est -tum. CONST. imp. II 171,17 nullam monetam in terra alicuius principis cudi faciemus, per quam moneta eiusdem principis -etur (*item* 304,17). CHART. Bund. 1202 p. 2,19 quod ipsi equi . . . valerent, si viverent non-teriorati, libras XVI. *saepius.* *de ordine:* FORM. Wisig. 32 nullus pro sua voluntate suum statum -at; sed *eqs.* CAPIT. Bened. 3,335 liberi homines statum suum et -are et inmeliorare possunt. **b** *corrumpere – verderben:* AGOB. 4,15 l. 9 sacramenta . . . divina . . . tam magna et sancta sunt, ut nec bonorum meritis meliorari nec malorum perversitate possint -ari. RATHER. conf. 10 quare autem nulli confiterer, non uniformis fuerat causa: una, ne mei exemplo alii -rentur, altera, ne *eqs.* ADALBOLD. Heinr. praef. p. 44,22 ut, si per tentationes pulsarentur, fortassis pro modulo simplicitatis suae -rentur *boni.* BERTH. RATISB. serm. 14 p. 74,38 etiam per malum ministrum . . . -ari non valent *sacramenta.* **c** *detrectare – herabwürdigen:* GONZO Geng. 33 p. 795,18 ingenii mei paupertate vel rusticitate tam nobilia et urbana *(sc. miracula)* timebam -are. **2** *deteriorem, peiorem fieri, damnum pati – sich verschlechtern, schlimmer werden, Schaden erleiden (fere usu medial.; intrans.: l.41.46.53.57):* **a** *in univ.:* EPIST. Col. 5 p. 247,25 ne computrescant et -entur cicatrices nostrae a facie insipientiae nostrae. FUND. Werd. p. 166,8 in -ando cottidie istud pręsens seculum senescit. SYRUS Maiol. 3,15 l. 7 officium *(sc. monetarium)* . . . plus suis sodalibus, ne -etur, custodiebat. BENVEN. GRAFF. ocul. B 2 p. 10,5 postquam veniunt *(sc. qui habent humorem in profunditate oculi)* in spacio et etate annorum XXX, -antur (-ant *var. l.*) *oculi.* 34 p. 53,33. PS. ARIST. lap. I p. 185,31 natura *(sc. lapidis)* corrupta sive -ta vincit bonam naturam et deturpat eam. **b** *de virtute, moribus sim.:* CAPIT. Bened. 3,194 de presbiteris gradum amittentibus, qui adeo -ari solent, ut filii Belial efficiantur, quid agendum sit. CHRIST. STAB. Matth. 47 p. 1428[B] fecit *Christus* quaedam miracula ad excitanda corda electorum et reproborum, et unde boni profecerunt, mali -verunt, quousque *eqs.* HUGO FLAV. chron. p. 397,9 nec novitate miraculi terrebantur *gentiles*, cuius admiratione -bantur, quoniam *eqs.* RUD. TRUD. gest. 4,9 p. 249,27 de vita sua, de religione magis, ut ita dicam, cotidie -antes quam emendantes *fratres.*

determinabilis, -e. *usu subst.: p.494,6.* **1** *terminabilis, finitus – begrenzbar, endlich:* HERM. CARINTH. essent. 2 p. 158,12 circumscriptibilem . . . substantiam dicimus omne corpus aut rem infra -e spatium contentam; -es quoque omnes mundi partes quocumque spatio aut numero. p. 158,26 omne, quod factum est, infra -es fines contineri necesse est. **2** *comprehensibilis, intellegibilis – begreiflich, verständlich:* WOLBERO cant. 1 p. 1018[C] locutio illa, qua loquebatur *(sc. Verbum Dei)* per legem et prophetas, . . . obscura et indeterminabilis fuit, sed ipso veniente et per se loquente -is et plana est effecta. ALBERT. M. nat. anim. 1,1 p. 1,37 propter quid quaedam *(animalia)* generent ex commixtione maris et feminae et quaedam non, non certe -e est ex dictis. **3** *sensibilis, manifestus – spürbar, erkennbar:* GLOSS. Salern. p. 16,12 gradus est excessus qualitatis vel qualitatum ab optima compositione sensu (sensum *ed.*) -is (*cf.* p. 51,38 gradus est discessus ab equali complexione manifeste terminabilis [terminabis *ed.*]). **4** *qui definiri, distingui potest, definitus – bestimmbar, unterscheidbar, definiert:* ALBERT. M. phys. 3,2,17 p. 197,50 multae figurae naturales, et praecipue animalium et plantarum, non sunt -es arte geometriae. gener. 1,6,10 p. 415[a],19 bene -ia faciliter dividuntur ab invicem. meteor. 4,1,1 p. 707[b],47 siccum . . . bene terminabile proprio, male alieno *(sc. termino)*; bene autem -e esse vel non esse -e dicuntur *(sc. siccum et humidum)* in eo, quod res patitur aliquid ab actione calidi vel frigidi. animal. 18,91 quia materia generatorum et corruptorum non est -is (*cf. p. 778[a],6* ἀοριστίαν) omnino ad unum, ideo non permittit confusio materiae, quod *eqs. ibid. al.*

***determinabilitas,** -atis *f.* *possibilitas definitionis, aptationis suscipiendae – Bestimmbarkeit, potentielle Anpassung, 'Zuschnitt':* ALBERT. M. sent. 1,2,13 p. 69[a],12 in ente creato sumitur . . . componibilitas cum alio et -s per formas et differentias . . . partium entis. eth. II 2,1,5 p. 157[b],29 -s . . . sermonis ad rectam rationem singulorum qualitas secunda est considerata in operationibus generantibus virtutem.

***determinalis,** -e. (de *et* terminalis) locus -is *i. q. districtus monasterii proximus et proprius – eigentlicher Klosterbezirk:* DIPL. Heinr. III. 362[b] p. 494,35 (spur. s. XII.[in.]) monasterium . . . quasi despoliatum remansit eo, quod ad regnum omnia primę fundationis predia preter ipsum -em locum translata sint. DIPL. Loth. III. 77 p. 120,1 noscitur . . . regnum omnia preter ipsum -em locum sibi usurpasse.

determinate *v.* determino.

determinatio (-cio), -onis *f.* *script.* -nę: *l.34.* **1** *strictius:* **a** *terminus – Grenze:* **α** *de loco i. q. circumscriptio – Begrenzung:* DIPL. Otton. III. 186 Misnensi episcopatui terminum posuimus nominando fines et -es, locorum sicut infra tenetur: *eqs.* (*inde* DIPL. Otton. I. 449 [spur.]). DIPL. Conr. III. 45 p. 76,23 ea, que sita sunt in Karinthia sub certa -ę denominata: *eqs.* *remissius i. q. decursus – Verlauf:* DIPL. Karoli M. 177 p. 239,6 (interp. post 994) quae *(sc. plebes, parrochiae sim.)* in istis comprehenduntur finibus: in -e (-em *B*, determinantia *D*) fluvii Limanae, sicut Limana currit in Plavem *eqs.* **β** *de tempore i. q. finis – Ende:* FROWIN. explan. 7,3 l. 35 ut nemo . . . sibi parcat, . . . sed sine requie absque ulla -e saltem in mente penitentiam gerat, donec *eqs.* **b** *territorium, terra – (umschriebenes) Gebiet, Land(stück):* **α** *in univ.:* HIST. Torn. 7,1 tertius *(sc. civium ditiorum)* circa naulum ad forum civitatis -em suam possedit. CHART. Hall. 226 p. 216,46 nobiles . . . molendinum cum curia, pomerium et salictum etiam cum -cione predicta . . . in nostris *(sc. archiepiscopi)* manibus resignarunt. **β** *districtus (decimanus), parrochia – (Zehnt-)Distrikt, Sprengel:* CONC. Karol. A 58 p. 783,24 ut, si ipsi parrochiani . . . aliquid . . . extra suburbium *(sc. excolerent)* . . . , quia legitimae -es definiri non poterant, ubicumque sua proveniret pars, sine controversia acciperet *ecclesia sancti Maximini.* DIPL. Otton. III. 74 villa Nerichovva cum suis -bus sub iure comitis . . . permaneat. CHART. Mog. A I 284 p. 179,24 hic est terminus -is ęcclesię, quam Willigisus . . . fecit consecrari: *eqs.* VITA Liutg. III 1,1207 construxit ecclesias . . ., donec hec nacio, quam -cio sua continebat, tota iam credebat. GESTA Halb. p. 96,2 comiciam . . . in pago Derlingen cum omni -e sua et cum omni iure et utilitate. *al.* **2** *latius:* **a** *gener. i. q. occasio – Umstand, Gelegenheit:* CONSUET. Marb. 243 'benedicite', quod valde est in usu dici in omnibus regularibus monasteriis, sub hac -e dicitur in plerisque locis: *eqs.* **b** *iur.:* **α** *constitutio, institutum – Festsetzung, Bestimmung, Verfügung:* CHART. episc. Halb. 71 (a. 1031) templum dedicavit *episcopus*, quod harum villarum, scilicet Bruneswiik, Everikesbutli . . . s p e c i a l i -e a s s i g n a v i t (465 villas . . . predicte ecclesie s. -e specialiter a.). TRAD. Formb. 58 p. 644,2 si quis deinceps hanc -em invadere vel infringere presumpserit *eqs.* CHART. archiep. Magd. 331 p. 432,5 quatenus huius beneficii -em aliter, quam supra scriptum est, . . . nullus immutare . . . presumat. *al.* *de chartis ipsis:* HERM. TORN. rest. 44 p. 294,42 priscis temporibus evenire potuit, ut alique -es finium nostrorum cum scriptis suorum *(sc. canonicorum)* intermiscerentur. TRAD. Scheftl.

[Niederer]

255 hęc autem -o iam tercia vice facta est, ut traditio predii ... stabilis ... maneat. **β** *condicio, clausula – Bedingung, Klausel:* DIPL. Loth. III. 56 p. 89,5 ut defensionem ... comiti Ottoni ... committeremus ea ... -e, ut in ęcclesię bonis nullum post se vicem suam exequentem constitueret *(sc. advocatus)* advocatum vel exactorem. TRAD. Patav. 483 p. 192,8 ut ... prenominata bona sub eadem -e in possessione et proprietate ęcclesię ... transeant. CHART. Merseb. 110 factum est *(sc. resignatio beneficiorum)* ... tali -cione, ut magister Wippertus ... ea *(beneficia)* haberet. 121 p. 102 arbustam ... sub hac -cione suscepit *Sifridus*, ut *eqs.* CHRON. Hild. 23 p. 857,22 mansos ... ad usum fratrum sub ea -e deputavit *episcopus*, ut *eqs. v. et p.499,18.* **γ** *assignatio (ad districtum decimanum), traditio – Zuweisung (zu einem Zehntgebiet), Übereignung:* COD. Lauresh. 6a[b] l. 56 (c. 800) huic -i hii testes interfuerunt: *eqs.* CHART. Rhen. med. I 51 p. 57,26 (dipl. Ludow. Pii) iussimus hanc auctoritatem nostram fieri et primum -em memorati vvaldi et, sicut a misso nostro designatum est, inseri. CHART. Osn. I 276 p. 223,17 eos ... liberos, qui predictum civitatis terminum inhabitant, universaliter sine -is signo etiam minori ęcclesię cum suis ministerialibus permisimus. **δ** *finitio, compositio – Beendigung, Beilegung:* EPIST. Hann. 47 p. 92,7 pollicens, quia, si causę huius *(sc. controversiae)* -o tuę *(sc. episcopi)* discussioni fuerit commissa, me cuncta ... facturum. OTTO FRISING. gest. 1,68 Conradus rex tam de subrogatione Coloniensis quam super -e illius controversiae, quae in Traiectensi agitabatur aecclesia, examen laturus inferiores Rheni partes adiit. **ε** *confirmatio – Bekräftigung:* CHART. episc. Hild. I 311 p. 295,14 (a. 1158) -o ... et securitas emptionis hec sunt: predictus venditor promissione manus et lingue ... se astrinxit *eqs.* **ζ** *consensus, collaudatio – Zustimmung:* VITA Meing. 7 imperator ... fidelibus suis ... gratias reddit et cum eorum -e nepoti suo Meingoldo multa legitime superaddit. **c** *log., philos., theol.:* **α** *definitio, descriptio – Definition, Beschreibung:* ALIA MUSICA 12 p. 104 illa est ... vere harmonica medietas, quae cybi -e colligitur; omnis enim cybus habet latera XII, angulos VIII, superficies VI, qui disponantur ita: VI, VIII, XII. ANON. mus. Guenter 3[b] p. 28 quod ... nullam lineam nullumve spatium per -em alicuius litterae in libris obtinet *(sc. B rotundum)*, nisi ipsum apponatur. ALBERT. M. veget. 1,4 eadem est -o animae quam figurae ...; ita per omnem modum est -o de corporibus. animal. 1,547 de divisione ... pectoris per longitudinem iam ante determinatum est; similiter ... et -o eius super dyafracma. top. 2,2[capit.] de -e problematis de inesse per rei extrinseca. *ibid. al.* **β** *solutio – Lösung:* OTTO FRISING. chron. 8,23 p. 428,32 si quis hoc quasi parabolicum *(sc. Vulg. Luc. 16,27)* ... ad litteram dicat non esse intellegendum, non est in -e eius valde desudandum. ALBERT. M. veget. 1,93 est ... -o huius quaestionis secundum prudentiam peripateticorum haec: quod sexus nullo modo convenit plantis. **γ** *restrictio (specialis) – Einschränkung, Spezifizierung:* ARNO REICHERSB. apol. p. 166,36 non semper admittit relatio -em, ut, ... si dicas: 'Christus est filius Dei', addi non oportet 'secundum divinitatem', ne a filiatione Dei videaris hominem exclusisse. OTTO FRISING. gest. 1,58 p. 83,23 ne, ... si indeterminate profiteretur *episcopus* divinitatem esse Deum, ... cogeretur sine -e concedere quidquid de qualibet personarum. HUGO HONAUG. hom. 4, 27[capit.] declarat *Hilarius* ... in similitudinis sive homoeysyo vocabulo incautos posse decipi, et ideo non esse recipienda ab Arrianis prolata nisi cum -e. **δ** *transformatio conveniens – angemessene Umformung:* ALBERT. M. animal. 3,59 nichil requiritur, nisi, ut assimiletur *cibus* membris: et haec assimilatio est -o ex universali forma cibi ad appropriatum huic membro et illi. **ε** *coniectura, opinio – Hypothese, Meinung:* ALBERT. M. animal. 3,43 est digressio declarans -em et contradictionem Avenroys de omnibus praeinductis; hanc autem -em Avenroys nequaquam in toto approbat in quodam libro suo. **ζ** *com-, approbatio – Bestätigung:* ALBERT. M. miss. 3,4,1 p. 84[a],37 in primo horum *(sc. quae in praefatione continentur)* quatuor continentur, scilicet responsionis approbatio, approbatae responsionis -o *eqs.* **d** *gramm.:* **α** *adverbium – Adverb, adverbielle Bestimmung:* CONR. MUR. summ. p. 67,8 naturalis hic est ordo, quando nominativus precedit et verbum cum suis -bus et attinentibus subsequitur. p. 161,26 singulis adiectivis substantiva et verba et adverbia seu -es debent ... respondere. p. 162,6 si quis diceret: 'districte supplico et humiliter precipio', -es non bene assignaret, nam proprie debet dici: 'precipio districte, supplico humiliter et devote'. **β** *appositio (determinans) – (bestimmender) Zusatz:* CONR. MUR. summ. p. 78, 4sq. si proprium nomen non sequatur aliqua vulgaris -o, que sensum habeat articuli genitivi, -o debet sequi prepositionem; exemplum: 'Martinus de Bononia, Petrus de Constantia'. **e** *medic. i. q. crisis, discrimen, eventus – Krisis, Entscheidung, Ausgang:* GLOSS. med. p. 91,10 xrisin, id est aliquam -em egritudinis. CONSTANT. AFRIC. theor. 5,4 p. 18b[v] si tempora *(sc. anni)* temporaliter se reddiderint, boni status et maxime bone -is fiunt egritudines; in immoderatis maxime immoderate et difficiles sunt -es. MAURUS progn. 11 p. 29[b],52 inter ceteras -es nulla melior ista *(sc. fluxu sanguinis e naribus)*. 12 p. 30[a], 48 omne apostema ... ad hunc modum diiudicabitur, id est, aut fiet -o ipsius per saniem aut per fluxum sanguinis *eqs. ibid. al.*

***determinatiuncula,** -ae *f.* *definitio, assertio sophistica – spitzfindige Bestimmung, Behauptung:* GERHOH. Antichr. 2,37 p. 271,27 quis catholice sapiens aequanimiter feret ... carnem Verbi ... -is eiusmodi vanae philosophiae spoliari?

determinativus, -a, -um. *struct. c. gen.: l.30.38.42. usu subst.: l.49.*

determinans – bestimmend: **1** *publ. i. q. constituens, designans – festsetzend, bezeichnend:* ALBERT. M. eth. II 6, 2,24 p. 441[b],24 iudicativam *(sc. partem politicae)* ... dicimus -am poenarum et praemiorum ad opera et merita civium. **2** *philos. i. q. definiens, ordinans – 'determinativ', definierend, ordnend:* ALFAN. premn. phys. 2,10 p. 25 robustus motus circa corpora esse, introrsus et extrorsus movens et, qui movet extrorsus, qualitatibus et quantitatibus sit -us (*PG 40,540[A]* ἀποτελεστικής), qui vero introrsus, unione et essentia. ALBERT. M. praedicab. 4,6 p. 73[b],11 id ..., quod singulare est et determinatum secundum esse et subiectum, semper est divisivum communis sui proximi et -um. eth. II 1,5,4 p. 62[a],29 implexionem causarum ex prima causa usque ad ultimum effectum per omnia media articulata et -a antiqui fatum vocaverunt. caus. univ. 2,2,17 p. 110,9 virtus ... intelligentiae ... non est creativa, sed potius creati formativa et -a. **3** *medic. i. q. criticus, diiudicans – kritisch, entscheidend:* GLOSS. med. p. 22,11 creticis diebus, id est iudicialibus vel -is. p. 91,12 xrisin: iudicium graece, unde et graece dies dicuntur iudiciales vel -i. **4** *gramm. i. q. appositio (determinans) – (bestimmender) Zusatz (usu subst.):* ALPHITA I p. 291,27 nomen ... viscaginis pro quodlibet visco quandoque accipitur, sed non adiecto nomine arboris vel alio -o.

determinator, -oris *m.* **1** *constitutor, conditor – Begründer:* IDUNG. PRUF. dial. 3,452 idipsum affirmat Gratianus, -r canonum, dicens: '*eqs.*' **2** *arbiter, iudex – (Schieds-)Richter:* VITA Mariae rhythm. 3437 fuisse vellem arbiter atque mediator ipsorum *(sc. Iesu et Iohannis)* collationis et -r. ALBERT. M. summ. theol. I 1,5 p. 21,38 quatuor amici Iob et Iob ipse de providentia disputant: cuius disputationis Deus inducitur -r. **3** *definitor, sophistes – 'Definierer', spitzfindiger Argumentierer:* GERHOH. ad Innoc. p. 227,12 vade tu *(sc. saecularis)* nunc ad illos tuos -es non aecclesiastice, sed scolastice scripturam Dei legentes: roga tibi sic determinari omnia supradicta, ut *eqs.*

determino, -avi, -atum, -are. *usu absol.: p.497,64.71.498,1. 8.10.43; refl.: p.497,26. struct. c. praep.:* de: *p.498,37.38.39.* ad: *p.498,48.51.499,1. al. partic. usu adi.: praes.: p.497,34. perf.: l.67.p.497,5.498,34.51. al.*

I *proprie:* **A** *strictius:* **1** *constituere – festlegen:* **a** *in univ.:* **α** *spectat ad terminos:* DIPL. Loth. I. 133 p. 298,8 extra fines -tos (denominatas *var. l.*). TRAD. Brixin. 57 contentio per iussum Heinrici regis finita finibusque -tis sacramento scabinorum ... distincta. **β** *spectat ad locum, tempus, numerum sim.:* RHYTHM. 115,18,3 hoc notandum ... hanc *(sc. septimam vicesimam)* non esse lunam Mai nec esse tricesimam, quamvis sit -ta die Mai tertia. ANON. minut. 2,4 in prima ...

paginula -tum est, quot scripulorum quaelibet sit vel minutia vel uncia. BERTH. (?) annal. a. 1079 p. 318,44 ut certum tempus et locum colloquii . . . -ret *rex*. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 22, 1 hore . . ., quibus exeunt aves . . ., quibusdam terrestribus sunt -te et quibusdam non. p. 119,2 cum . . . -tam habeant *aves* quantitatem *(sc. plumarum)*, si corrodantur, non restauratur eis, quod deperditur. *al.* **b** *resecare – beschränken:* CHART. Aquens. 192 (a. 1232) ut in ecclesiis -tus sit numerus personarum, ne provisione careat superflua multitudo. **c** *instituere, ordinare – anlegen, planen:* ANNAL. Rod. a. 1106 p. 694,5 ignotum eis *(sacerdoti et fratri)* fuisse constat locum ordinare et -are monasterium cohabitandae multitudini in unum, unde adhuc incomodum est inhabitantibus. **2** *(terminis) circumscribere – um-, ab-, begrenzen (expressius i. q. dimetiri – vermessen: l.18):* **a** *publ. et iur.:* COD. Lauresh. 33 l. 14 (a. 866) silvam -at ab oriente fluvius Lusgochesbach usque in Nerschinam. DIPL. Otton. II. 174 XXX regales mansos . . . donamus . . . in pago Grimmeslevo . . . legaliter -andos, ita ut, si quid in his locis summe . . . defuerit, contiguis . . . suppleatur. TRAD. Brixin. 28 uno monte, qui dictur Totinperch, excepto his terminis, quibus . . . fuerat -tus. ANNAL. Rod. a. 1106 p. 693,10 comes . . . tradidit ei *(sc. sacerdoti)* . . . duos mansos utroque -to sexaginta diurnalibus. *al. v. et p. 81,9sqq.* *refl. i. q. desinere – enden:* CHART. Austr. sup. I 82 p. 119,3 (a. 1088) cum illis *(terminis parrochiae)* vicissim e regione decurrunt et in fluvium Anesum se -ant *termini capellae*. **b** *geom.:* GERB. geom. 2,2 lineae . . . principium et extremitatem punctum -at. 4,3 planae figurae, quas rectis lineis -ari angulatasque esse diximus, trinis necessario planorum angulorum formantur speciebus. 5,2 oxygonius . . . est triangulus omnibus acutis angulis -tus. *ibid. al.* **c** *astron.* circulus -ans *i. q. circulus terminalis, horizon – Grenzkreis, Horizont:* RICHER. REM. hist. 3,50 cuius *(sphaerae mundi)* positionem eo circulo rexit *(sc. Gerbertus)*, qui a Graecis orizon, a Latinis limitans sive -s appellatur *(cf. notam ed.)*. **B** *latius i. q. consummare, perficere – beenden, vollenden:* WANDALB. martyr. 58 Saturnine, tuum egregium Thyrsique tropheum victorisque simul Iani -at orbem. 177 Martis volvens -at orbita mensem. 374. CARM. Scot. II 1 sol. 2,9 orbem tunc furvus demum -at unus *(sc. lapillus; cf.* sol. 5,14 terminet). HIER. MOR. mus. 24 p. 177,13 si in principio sui cantus mediocriter ascendit et descendit *gradus*, reliquum vero totum clamose -et. *de precibus i. q. explere – erfüllen:* DIPL. Arnulfi 187 (spur. s. XII.) si iustas servorum Dei preces benigne suscipimus et devote -amus.

II *translate:* **A** *decernere, statuere, praescribere – beschließen, festsetzen, vorschreiben (usu publ., iur., canon.):* CONC. Karol. A 14 p. 83,16 quatenus . . . valeamus ea, quae fas exigit, decernere et secundum sanctorum patrum et canonum instituta -are. DIPL. Karlom. (II.) 9 preceptum . . . conscribere iussimus, per quod omnino -antes i u b e m u s, ut *eqs.* (*inde* DIPL. Karoli III. 44. 45. DIPL. Arnulfi 139 p. 210,24). ANNAL. Hild. a. 1015 p. 31,29 duces . . . ad se venturos -vit *(sc. imperator)*. CHART. Aquens. 19 l. 83 quorum *(praelatorum et subditorum)* accusatio et machinatio sapienter et caute ęcclesiasticis iudicibus providendę sunt et non recipiendę, prout canones -ant. *al.* *pacto firmare – urkundlich festlegen:* CHART. Carniol. II 4 (a. 1202) hec omnia -ta sunt coram Ulrico duce. **B** *diiudicare – entscheiden:* **1** *gener.:* ANNAL. Ved. a. 894 p. 75,4 quem *(Karolum)* insecutus *(sc. est)* Odo rex volens -are bello finem discordiae. **2** *publ., iur., canon.:* **a** *in univ.:* LEG. Wisig. 2,1,14 p. 61,9 quecumque causarum n e g o t i a incoata sunt, nondum vero finita, secundum has leges -are (-ari *R2*) sancimus (DIPL. Ludow. Germ. 170 p. 239,26 negocium. *al.*). 2,1,15 p. 62,18 -andi . . . vigorem. LEX Baiuv. 12,9 testes iurantes testimonium praeferant, et cum campionibus -etur sententia. WALAHFR. exord. 32 p. 515,33 sicut comites quidam missos suos praeponunt popularibus, qui minores c a u s a s -ent, ipsis maiora reservent, ita *eqs.* (CHART. Rhen. med. III 187. CHART. Sangall. B 625 p. 435,15 cause . . . -te [-itate *ed.*]. *al.*). DIPL. Heinr. II. 139 coram archiepiscopo . . . incipiatur et -ando progrediendo ad finem usque peroretur *(sc. res)*. DIPL. Loth. III. 16 p. 20,18 qualiter proclamationem Gerhardi abbatis . . . audierimus et qualiter . . . -verimus. *saepius.* **b** *componere, sopire – schlichten, beilegen:* LEX Baiuv. 12,10 non ponat *(sc. qui defendere voluerit)* sepem, nisi -ta fuerit contentio. HINCM. ord. pal. 348 ut omnes contentiones legales . . . iuste ac rationabiliter -ret *comes palatii*. EPIST. Hann. 23 p. 55,26 c o n t r o v e r s i a m hanc a nobis . . . -ari posse desperes (TRAD. Welt. 121). CHART. Brixin. 104 p. 110,41 ipsi *(iudices)* . . . secundum ius vel per amicabilem composicionem -are tenentur. **3** *log. et philos. i. q. solvere – lösen:* ADALBOLD. sphaer. 1 p. 303,13 ad -andum diligentiam vestram *(sc. Silvestri papae)* exspecto, ut tanti viri auctoritas praeceptionis meae fiat aut correctio aut integritas. ALBERT. M. herm. 1,5,3 p. 416^{b},22 -are relinquitur, utrum altera contradictoriarum *(sc. enuntiationum)* sit semper determinate vera, alia falsa. **4** *medic. usu pass. i. q. verti – sich wenden:* MAURUS progn. 25 p. 39^{a},12 quia sanguis est humor digestibilis et amicus humane nature, significatur, ad bonum egritudo -etur. **C** *definire – bestimmen:* **1** *gener.:* **a** *exponere, explicare – darlegen, erläutern:* RUD. FULD. mirac. 15 p. 340,48 in epistolas . . . Pauli . . . collectarium fecit . . . et . . . in XXX libris illum -vit *(sc. abbas)*. OTTO FRISING. gest. 1,58 p. 84,25 quam *(sc. concilii Toletani)* auctoritatem cum -are vellet, Clarevallensis abbas aliqua verba . . . protulit *eqs. v. et p.496,60.* **b** *aperte, vera appellatione nominare – deutlich, unverschleiert benennen:* GERHOH. ad Innoc. p. 204,35 postquam vitam clericalem regularem atque spiritualem -are coepi sequestrata ab illius vitae puritate terrenorum congerie, . . . iurgati sunt contra me pastores *eqs.* **2** *log. et philos. i. q.* διορίζειν, *distinguere – definieren, unterscheiden, spezifizieren:* ALFAN. premn. phys. 1,31 p. 11 quae ad virtutes quaeve ad beatitudinem pertineant, in sequentibus -bitur (*PG 40,513^{B}* διακριθήσεται). 29,6 p. 110 his . . . sic -tis (*PG 40,720^{A}* διορισθέντων) dicamus *eqs.* ALBERT. M. eth. I 39 p. 38,24 felicitas non est operatio . . . accidentalis *(sc. animae)*, sicut id, quod est a causa non-determinata, sed *eqs.* animal. 3,63 aliud est principium sensus et aliud sensus virtutem -ans et distinguens et approprians. metaph. 1,3,10$^{capit.}$ de Anaxagorae . . . opinione . . . -ante de principio efficiente. HIER. MOR. mus. 7 p. 26,18 postquam -vit *philosophus* de motu stellarum, consequenter -at de sono earum. *persaepe.* **3** *geom.:* PS. BOETH. geom. 607 isosceles . . ., qui ab Euclide . . . duo tantum latera habens aequalia est -tus, secundus in ordine trigonorum constituitur. 806 Euclides . . . nec angulos aequos nec latera aequa habentem rombon -ando proposuit. *ibid. al.* **D** *assignare, destinare – zuweisen, bestimmen (für, zu):* **1** *gener.:* TRANSL. Mod. 29 quam *(crucem argenteam et deauratam)* . . . secum detulerat et ipsa hora nomini sancti Modoaldi -verat *abbas*. **2** *log. et philos.:* ALBERT. M. bon. 498 p. 260, 29 potentiae animae non sunt magis -tae ad hoc quam ad illud, quia nec ad bonum determinate nec ad malum se habent. div. nom. 4,215 p. 292,11 malum dicitur sine causa, . . . et propter hoc sequitur, quod sit indiffinitum, quasi non-determinatum ad aliquam causam. 8,4 p. 366,63 multotiens . . . tradita est *theologia* -ans, id est singulariter adscribens, ipsi Deo dominationem super ipsas caelestes virtutes. veget. 1,30 planta non habet membra -ta ad aliquem actum. 1,134 quae *(partes)* non sunt officio alicui secundum opera plantae -tae. **3** *publ., iur., canon.:* **a** *de rebus:* **α** *in univ.:* DIPL. Karoli III. 172 quam *(partem silvae)* . . . piscatoribus nostris . . . ad eorum usum incidendam -vimus. DIPL. Conr. II. 229 regales mansos . . . cum silvis ad singulos mansos -tis. DIPL. Loth. III. 79 p. 123,27 ne pars violentior in res partis infirmioris transsiliat, sed una queque pars ius sibi -tum inrefragabiliter obtineat. **β** *spectat ad districtum decimanum:* CHART. Lux. I 129 p. 140,21 (a. 896) ut ad eandem *(sc. novam)* capellam appendices fierent *(sc. decimationes)*, . . . impetravi; sed et decimas . . . in Rugilande . . . illuc nichilominus -vi. DIPL. Otton. I. 76 p. 156,27 -vimus . . . parochiae decimas istarum provinciarum . . .: Zemzizi *eqs.* CHART. Mog. A I 260 p. 164,21 marcam nulli adhuc aeclesiae asscriptam . . . asscribo atque -o ad aeclesiam sancti Dodardi. TRAD. Patav. 562 Oudalricum parrochianum . . . predium, quod habebant *fratres* Kirichstat et quale sibi -tum est, ab eis accepisse. CHART. Heist. 127 bona . . . libera sunt ab omni iure tali et

solutione, nec ego unquam ea -vi, nec ante me . . . erant -ta ad aliquod ius. *al.* **b** *de hominibus:* DIPL. Conr. III. 140 p. 253, 16 quod singula ęcclesię sancti Remigii privilegia . . . nullum specialiter advocatum -ant nisi regem Romanorum.

adv. **determinate.** **1** *exacte, definitive, speciatim – genau, auf bestimmte, spezielle Weise:* ARNO REICHERSB. apol. p. 66,37 non generaliter de omni potestate divina hoc dictum, sed -e de illa solum, quae homini conferri poterat. p. 169,27 si -e dicas: 'Humanitas Christi divinitas non est' *eqs.* p. 175,19. ALBERT. M. bon. 111 p. 73,74 sicut . . . forma movet in natura certe et -e, sic virtus movet ad medium -e et certe. animal. 18,94 communis *(sc. assimilatio)* est, quae est ad gentem climatis . . .; propria autem, quae est -e ad unam personam sui generis *eqs.* eth. II 9,3,4 p. 592b,6 quaeritur, . . . utrum plures et ad quem numerum -e faciendum esse est amicos. *ibid. al.* **2** *condicionaliter – bedingt, unter einer Bedingung:* GERHOH. Antichr. 1,48 p. 355,32 dum potestatem . . . non absolute vel ut libet, sed -e tradit, sub eadem determinatione se accepisse patenter innuit *papa*. CHART. archiep. Magd. 399 p. 525,41 pensionem . . . se extendere promisit et id in manum nostram *(sc. archiepiscopi)* stabili et attenta pollicitatione formavit *advocatus* ita -e, quod *eqs.* (*sim.* 412). **3** *manifeste, sine dubio – klar, eindeutig, dezidiert:* WOLBERO cant. 3 p. 1136B talis *(sc. sancti)* mens lectulus -e dicitur salvatoris. GERHOH. Antichr. 74 p. 395,35 nichil horum contradicente seu -e asserente scriptura. HUGO HONAUG. div. 18,13 homo . . . et deus significant aliquid non -e ut hoc vel discrete hoc ut tale quale aliud, id est ut simile et conforme. ALBERT. M. gener. 2,1,3 p. 418b,32 nihil dixit manifeste et -e Plato de principio materiali universorum. *v. et p.498,14.49.* **4** *explicite, nominatim – explizit, namentlich:* TRAD. Frising. 1480 (a. 1091/98) tradidit *Perhta*, quantum de predio eius in vico Diubesdorf demonstratum est, -e servientibus ęcclesię pro duobus mansis. CHART. Scafhus. 35 tradimus ad monasterium . . . duos mansos, -e unum, qui erat cuiusdam Truthmanni beneficium, et alterum *eqs.* DIPL. Heinr. II. 515 (spur.) hoc . . . -e exclusimus, ut, si quis beneficiarius in villis fieret, . . . nullo modo se de pascuis predictarum piscacionum intromittere presumeret. *al.* *cf.* distermino.

[determitatus *v.* determino *p.497,69.*]

detero, -trivi, -tritum, -ere. *metr.* dĕ-: *p.500,10.* *usu refl.: p.500,39.*

I *usu originario:* **A** *proprie:* **1** *strictius:* **a** *in univ. i. q. (con)terere, abradere – ab-, verreiben, abschürfen:* COMPOS. Luc. Q 26 ista *(sc. violae)* magmata fient ambas in lignum -tum (*pro* -ta) hutiliter. PETR. DAM. epist. 48 p. 57,15 si ipsius monetae oblitterata vel -ta sit regula, postquam metallis imprimitur, non nummus, sed paracaraximus invenitur. 109 p. 217,12 exesis ieiunio membris et hamatae loricae mole -tis. ANON. coit. 2,5,51 gallos teneros . . . et cicer bene -tum simul coques. *al.* *in imag.:* CARM. var. II 3,3,4,3 quo *(numero)* tanquam speculo fruens hanc resculpit *(sc. quisquis numerum probat)* imaginem, quam, per plurima -ens dum linquit medium, vaga sparsim perdiderat fuga. ALFAN. premn. phys. prol. p. 2,6 quia ab originis primordio corporea mole maiori ex parte -itur *ratio*, disciplinis et virtutibus . . . elimetur. LAMB. HERSF. Lull. 27 me *(sc. Lampertum)* non rudem cudere materiam, sed in qua et alii scriptores iam ingenia sua -verint. **b** *battere, verberare – verprügeln, verdreschen:* EPIST. Teg. 15 nostrorum vicinorum servuli congregati quendam clericum nostrum membratim -verunt. **c** *delere – zerstören:* ANNAL. Fuld. Ratisb. a. 884 p. 112,17 dux . . . invadit Pannoniam, . . . igne et ferro maximam partem devastat, -it et consumit. GESTA Trud. cont. I 10,14 fossatum oppidi -tum et dirutum et plus quam centum locis pervium. **d** *pedibus calcare – hineintreten, -trampeln (in):* METELL. Quir. 70,47 fluunt *rivuli translucidi* deforis in populos, quos bruta plebs cum -it viantium iumenta seu trahens eos stercorat irreverens *eqs.* **2** *latius i. q. atterere, (terendo) abuti – abnutzen, verschleißen:* IOH. DIAC. cen. 3,1,3 -tis ludibundus scribebat *papa Tascius* in tabulis. EPIST. Teg. 52 huiusmodi prohibitionem oboeditionis in regulari conscriptam vitę Benedictinę non inveni, quamvis . . . hinc inde -ta sit pre manibus nostris. HERBORD. Ott. 1,34 p. 36,18 promittit *dux Poloniae* hoc *(tegimento)* -to vel parumper absumpto aliud se transmissurum. VITA Godefr. Cap. III 12 ut, quemadmodum scopa longo usu -ta novissime flammis iniicitur, sic corpus meum Christi exhaustum servitio tribulationis demum igne consummetur. **B** *translate:* **1** *defatigare, consumere, opprimere, affligere – erschöpfen, aufreiben, niederdrücken, bedrängen:* IULIAN. TOLET. insult. 7 Spanorum exercitus cum ordinato principe suo te *(sc. Galliam)* valenter edomuit, spoliis -vit, servituti addixit. FROUM. carm. 21,17 te, veneranda manus senioque -ta senectus, . . . saluto. RUP. TUIT. trin. 6,959 regnum temporale Iudaeorum sub iugo gentium paene continuo -tum est. Matth. 9,846 o vos, inquam, defessi ac -ti iugo dominorum huiusmodi: 'venite', ait, 'ad me, et ego reficiam vos'. THEOD. PALID. annal. a. 1147 p. 82,35 uti Sclavorum . . . nefarios ausus inhiberent *principes*, quibus Danorum gentem infinita strage -verant. CONR. EBERB. exord. 2,20 l. 14 frater quidam diuturno et gravi morbo epilempsiae -tus. *al.* *medial. i. q. mortem subire – in den Tod gehen:* LAMB. TUIT. Herib. 1,11 p. 191,8 poterat longa series intexi sanctitatis tuę . . . in comparatione beatorum . . . in mandatis Domini -torum, nisi *eqs.* **2** *deminuere, detrectare – schmälern, herabsetzen:* HEIRIC. Germ. I 3 praef. 4 nulli -it (gloss.: de<t>rait) haec *(ratio)* officii magnificentiam. CARM. Cantabr. B 11,7,6 finem . . . demus, ne forte notemur ingenii culpa tantorum virtutes ultra quicquam -ere. ANSELM. LEOD. gest. 1 p. 192,13 si in aliquo tanti viri laudes exilis ingenii seu tenuis stili vitio -vi. EPIST. Hann. 68 imperatrix austeram se mihi . . . prę-stat meamque opinionem . . . apud regni primates -ere et depravare nititur. **3** *corrumpere – verderben:* PETR. DAM. serm. 48,290 quid vas novum, nisi corpus Dominicum, nulla scilicet praevaricationis antiquae labe nigratum, nulla veteris hominis abusione -tum? **4** *desuescere, evacuare – entwöhnen, entleeren:* IOH. METT. Ioh. 41 quam *(ecclesiam)* superiorum temporum perturbatione ab omni paene studiorum bonorum fervore tam in divinis quam et humanis -tam susceperat. **5** *expolire, perficere – (zurecht)schleifen, vervollkommnen:* CONSTANT. METT. Adalb. 2 scolaribus disciplinis apud Gurgitenses castissime -tus et institutus. 11 multimodo . . . sanctorum exercitiorum genere sese -ere cupiens Romanum iter aggreditur.

II *per confusionem i. q. deterescere, malum esse – schlechter werden, schlecht sein:* YSENGRIMUS 1,56 sis *(sc. Reinardus)* collega licet pravus michi *(sc. Ysengrimo)*, nolo tibi esse; -is (gloss.: malus es), ut debes; -e (gloss.: esto malus), nolo sequi. 6,460 consulturus eat *(sc. asellus)* meque *(sc. vulpe)* oratore loquatur: -it hic nullo forma colore prior.

deterreo, -ui, -itum, -ere. *usu refl.: l.58.* **1** *absterrere, prohibere, retinere – abschrecken, abhalten:* AGOB. 1,16 neque tortura neque ipsa mors -bat illos *(sc. inimicos comprehensos)*, ut *eqs.* Ps. BOETH. geom. 325 ut animus lectoris non obscuritate -atur. LIUTPR. antap. 1,1 p. 4,4 hae . . . res animum, ne id *(sc. facta imperatorum ponere)* inciperem, -uere meum: copia, cuius sum poenitus expers, dicendi *eqs.* THIETM. chron. 5,12 si vere felix fuisset *turba*, primi ingressus acerbitate -ta numquam maiora aggredi presumeret. ANSELM. GEMBL. chron. a. 1112 ut tam presentes quam futuros a simili scelere *(sc. seditione)* -ere possit exemplum. *saepe.* *refl. i. q. desperare – verzagen:* RADBERT. psalm. 1,574 nemo se -at, cum audit hos *(flores)* tam praecipuos in agro Domini florere. **2** *abigere, depellere – verscheuchen, verjagen:* VITA Landel. Ettenh. 1,11 p. 103,24 satelles regis dixit ad eum: '. . . Cur huc venisti? . . . Nunquid, ut abhorreres et -res animalia domini mei, hanc vastitatem adisti?' **3** *(per)terrere – erschrecken:* VITA Emm. 24 ut in egressione animae splendor ingens praesentium faciem fulminando -ret. ACTA imp. Winkelm. I 693 p. 547,12 cardinalis invasit cum paucis imperterritis civitatem, statimque -ente celi domina inimicos tantus invasit timor tyrampni proceres, . . . quod *eqs.*

deterrime, deterrimus *v.* deterior.

detersio (dist-), -onis *f.* **1** *gener. i. q. tersus, actus detergendi – das Abwischen:* CONSUET. Rod. 116 l. 63 linteola . . . plura ad sacrorum vasorum involutionem, -em et librorum de-

portationem. *in imag.:* CHART. Basil. A I 148 p. 220,16 (a. 1105) pro salute animae meae atque -e delictorum iuventutis meae et ablutione ignorantiarum mearum. HILDEG. scivias 2,6 l. 1745 cum sine -e et sine lavatione paenitentiae crimina sua celans sacramentum hoc *(sc. eucharistiam)* temere tractat *(sc. qui comederit panem vitae).* **2** *medic. i. q. exulceratio – das Wundscheuern, Schwären:* AESCULAPIUS 31 p. 47,8 dysenteria item ex stomacho et ventris egestione, per intestinorum dis-em sanguinatur sine ullo vulnere, quae sordido liquore impedimento egestionis ventris fit (*cf.* TRACT. de aegr. cur. p. 268,37sq. discinteria est fluxus ventris cum excoriatione intestinorum vel cum sanguinea ventris egestione).

[detersor *v.* 1. detergo *p.491,45.]* **detesit** *v.* 1. detego.

***detesserator,** -oris *m.* (de *et* tessera) *qui alea ludens perdit, consumit – einer der verspielt, durchbringt:* CHART. Mekl. 1437 p. 567,20 (a. 1277) si contra ipsorum *(sc. personarum ecclesiasticarum)* aliquem legitime probatum fuerit, quod -r ecclesiasticorum bonorum vel publicus potator exstiterit . . ., a predicta reddatur gratia alienus.

detestabilis, -e. *script.* dede-: GLOSS. I 108,13 St.-S. *metr.* -tăb-: *l.25.*

1 *detestandus, abominabilis, despicabilis, turpis – verabscheuens-, verachtenswert, abscheulich, schändlich:* HRABAN. epist. 41 p. 480,8 eo . . . -ius est illud factum *(sc. fornicatio cum animalibus)*, quo *eqs.* HROTSV. Agn. 259 -em laetus tendebat *natus praefecti* in aedem *(i. lupanar).* DIPL. Conr. II. 130 quia . . . ecclesie mancipia . . . venundata fuisse audivimus, non solum illam nefariam consuetudinem admiramur, verum etiam ut rem Deo hominibusque -em execramur. BERTH. (?) annal. a. 1078 p. 313,32 -is sanctae aecclesiae conculcatio et desolatio. CONR. MUR. summ. p. 160,5 de adiectivis contra sexum femineum invectivis: . . . duricors, -is, dissipatrix. *persaepe. v. et l. 68.* *foedus – häßlich, scheußlich:* ANNAL. Xant. a. 857 plaga magna vesicarum turgentium grassatur in populo et -i eos putredine consumpsit. UNIBOS 89,4 si nos divina gratia honoraret hac bucina, occideremus coniuges pro rugis -es. **2** *miserabilis, tristis – beklagenswert, traurig:* IOH. CANAP. Adalb. A 6 p. 9,14 -i (-e, -is *var. l.*) fine clausura vitam venit ei ultima dies. DIPL. Heinr. IV. 421 p. 563,27 status . . . rei publicae miseram ac -em his maxime periculosis temporibus ruinam pateretur, nisi *eqs.* **3** *terribilis, malus – schrecklich, schlimm:* WIPO gest. 2 p. 17,29 non tantum summo honore privabimur, sed, quod omnibus bonis morte -ius est, in famam ignaviae et invidiae incidemus. *usu subst.:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 69,17 iuvant . . . aures in eo, quod per eas auditur, et auditu perpendit avis, ex sono scilicet, delectabile aut -e.

adv. **detestabiliter.** **1** *more detestando, turpiter – auf verabscheuenswerte Weise, schändlicherweise:* GODESC. SAXO conf. p. 77,18 exitiosissimum genus mendacii, quod -r committitur. EPIST. Hann. 24 p. 58,32 dextram scandalizantem, utpote omnino, quid . . . in bene promerentem -r fieri possit, presentantem . . . nimis sero abscidi. BERNOLD. CONST. libell. V 1 p. 95,10 nos nequaquam hoc quasi errorem corrigere presumimus, quod ex evangelicis . . . sanctionibus observandum didicimus; non enim hoc esset errorem corrigere, sed multo periculosius et -ius errare. **2** *cum damnatione, vituperatione – in verdammender, mißbilligender Weise:* AGOB. 12,23 l. 18 si is, qui non amat Dei filium, anathema est, ergo, qui odit, qui persequitur, qui blasphemat, multo adhuc -ius anathematizandus est. EPIST. pont. Rom. 116 p. 204,13 (spur. a. 971/91) quod *(sc. iurgia et disceptationes)* et ipsi . . . nimio cordis merore dolemus -rque profanamus *(sc. Agapitus).* RUP. TUIT. trin. 36,23 -r indignus iudicatur, quisquis vel in aliquo scelere notus aliquantis testibus . . . causam dedit, ut indignus existimetur.

detestabilitas, -atis *f.* *turpitudo – Abscheulichkeit:* ALBERT. M. sent. 4,38,8 p. 407[a],31sqq. quod -s peccati ex duobus attenditur: scilicet ex vinculo obligante ad aliquid faciendum vel ex statu obligati; et si primo modo attenditur -s peccati, detestabilius est transgredi commune quam singulare.

detestatio (-cio), -onis *f.* *script.* -tone: *l.72.* **1** *abominatio, despectio – Abscheu, Verachtung:* CONC. Merov. p. 52,20 cum omni -e (-tone, -em *var. l.*) illis *(sc. credentibus aliquos ad malum destinatos esse)* anathimam dicimus *(sc. episcopi).* CONC. Karol. A 50[D],31 p. 633,7 nonnullos coepiscoporum . . . consacerdotibus . . . honeri existere et ob hanc causam multos in sui detractionem -emque pertrahere. MANEG. c. Wolfh. 23 p. 101,19 sufficere poterant . . . religiosi scisma vestrum libera -e impugnantes. ABSAL. serm. 5 p. 42[C] maledicendum sceptris per -em pravae operationis *(spectat ad Vulg. Hab. 3,14).* CONST. imp. II 196,21 in odium et -cionem criminis . . . admissi. *saepius.* **2** *testificatio, testimonium – Bezeugung, Zeugnis:* ANNAL. Rom. p. 469,21sq. sicut sanctus Adrianus papa et alii pontifices confirmaverunt per privilegii -em, sic per privilegii -em in potestate regis Heinrici . . . patriciatum sancivit, confirmavit et posuit *(sc. papa).*

***detestativus,** -a, -um. *detestans, paenitens – verabscheuend, bereuend:* ALBERT. M. Matth. 4,18 p. 96,28 consistit *paenitentia* in tribus: compunctione, confessione, satisfactione, quae sunt partes eius potestativae; et unit istas partes dolor peccati -us.

detestor, -atus sum, -ari *vel rarius* **detesto,** -avi, -atum, -are. *script.* -tęs-: *l.51.* *partic. praes. usu subst.: l.48.*

1 *exsecrari – verfluchen, verwünschen:* HROTSV. Theoph. 67 cuius . . . mentem -atur *hostis* patientem. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 294,7 ipsum *(Roudolfum)* damnando, anathematizando et modis omnibus -ando omnifariam ei adversari et calumniari non cessabant *(sc. clerici incontinentes et Simoniaci).* a. 1079 p. 321,8 omnes *(primates)* pertinacem regis Heinrici vecordiam commirantes et contumacem inoboedientiam -antes *eqs.* **2** *abominari, despicere, contemnere – verabscheuen, verachten:* **a** *in univ.:* HRABAN. epist. 15 prol. 8 (vs.) mentem humilem acceptant *dogmata legis divinae* -anturque superbam. RIMB. Anscar. 2 p. 21,7 valde . . . nos *(sc. Maria)* -amur omnia, quae vana et ociosa sunt. EPIST. Mog. 18 p. 348,7 omnis ordo omnisque cognatio -atur; non est regi locus regendi; episcopis suum subtrahitur privilegium. MANEG. c. Wolfh. 7 p. 58,14 scissuras et scandala -atur (-ans *var. l.*) *spiritus.* HERM. IUD. conv. 6 p. 90,6 hos . . . per varia laborum exercitia . . . currentes miserabiliores omnibus hominibus miserando potius quam -ando censebam. *saepius.* *horrere – zurückschrecken (vor):* ARBEO Corb. 4 p. 192,19 dixit *fur* se amplius peccare -ans. VITA Heinr. IV. 13 p. 42,10 imperator tam cruentum nefas -tus pugnam obnixe dissuadebat. **b** *condemnare, reprobare – mißbilligen, tadeln, verurteilen:* WIPO gest. 35 p. 55,31 referebant nobis quidam Heinricum regem . . . clam -ari praesumptionem caesaris in archiepiscopum Mediolanensem. BERTH. (?) annal. a. 1079 p. 316,17 qui *(legati)* bella et seditiones . . . simulatorie conquerentes -rentur. IDUNG. PRUF. dial. 1,256 tunc . . . advocatus accusati in principio orationis *(sc. insinuationis q. d.)* cum -antibus -atur, cum accusantibus accusat eum ipsum, quem excusare intendit. CHRON. reg. a. 1161 p. 106,40 (rec. II) quod eius *(Růlandi)* responsum a sanioribus valde -ęstatum est eo, quod iudicium aecclesie refugeret. **c** *insultare, irridere – beschimpfen, verspotten:* IULIAN. TOLET. Wamb. 12 p. 512,19 obseratis . . . civitatis ipsius *(sc. Narbonae)* portis e muro exercitum religiosi principis -atur *dux Wittimarus.* RIMB. Anscar. 7 p. 27,31 multi . . . eum super hoc *(sc. propositum suum)* -ari et improperiis lacessire . . . conabantur. **d** *neglegere – vernachlässigen:* EPIST. var. I 33,3 ut sanctorum honor et festivitas non -etur, sed in vigiliis et missis eorum digna commemoratio fiat. **3** *deplorare – beklagen:* MIRAC. Pirmin. 3 plebis conventio . . . advenit luctuosa . . . et -ta huius conditione sortis parabat funebria mortis. **4** *testari, affirmare – bezeugen, versichern:* **a** *in univ.:* IONAS BOB. Columb. 2,7 p. 242,9 puella -atur (attestatur, testatur *var. l.*) se talibus votis numquam paruisse. HUGO TRIMB. registr. 727 est . . . miraculum tale scitu dignum, in quo legens aliquis plus edificatur, quam in hiis, que veritas mera -atur (testatur *var. l.*). *fort. et huc spectat: l.71.* **b** *protestari – verkünden:* DIPL. Karlom. (II.) 27 per virtutem sancti spiritus atque tremendum iuditii diem -amur et inhibemus, ut nemo umquam *eqs.* **5** *infitiari, denegare – bestreiten, leugnen:* TRAD. Frising. 703[a] p. 589,15 (a. 849) infrangere conatus est et -are coepit *Erchanfrid* atque negare hanc *(sc. proprietatis suae)* traditionem se num-

quam peregisse.

adi. **detestandus,** -a, -um. *detestabilis, despicabilis – verabscheuenswert, abscheulich, verachtenswert:* WALTH. SPIR. Christoph. II 4,29 nos unum virtute Deum . . . credimus . . . et -as horremus demonis aras. WALTHARIUS 372 o -as, quas heri sumpsimus, escas! o vinum, quod Pannonias destruxerit omnes. METELL. exp. Hieros. 1,270 -us dux . . . Rainaldus, dedecus eternum casusque gravis sociorum. *al.*

detexo, -ere. *texere – flechten:* GLOSS. II 677,44 St.-S. -ere flechten.

***dethronizo,** -atum, -are. (*cf.* inthronizare) *(de solio, officio) depellere – entthronen, verstoßen:* PETR. DAM. epist. 96 p. 47,26 qui episcopatum fugio, episcopum non evado et sub sacerdotali fatigor onere, qui sacerdotalis solii -tus sum dignitate. 106 p. 183,22 perfunctus . . . tam longi tribunatus officio, praesto -tus, assistit *Marcuardus*, Maiolo, ut ad suam sedem redeat, praecipit. *Niederer*

deti *v.* do. **[detictio** *v.* districtio.] **deties** *v.* decies.

detineo (-ten-), -ui, -tentum, -ere. *script. et form.:* di-: *l. 71. indic. praes.* -is: *p. 504,2. partic. perf.* -temptus: *l. 44. p. 505,7. 20. al. adv. compar.* -cius: *p. 506,9. depon.: p. 504,58. usu medial.: p. 504,10. 33. 505,61; mediopass.: l. 62; refl.: l. 41; intrans.: p. 504,36. 505,64. 69. struct. notabiliores: c. dat.: p. 504,61. 505,69. c. praep.:* a(b): *p. 505,1.* ad: *l. 72. p. 506,1. 4. al.* ex: *p. 505,29.* sub: *l. 57. pendet* ne: *p. 504,13. partic. praes. usu subst.: l. 34. p. 504,50. partic. perf. usu adi.: p. 504, 42. 505,3; subst.:* CONST. Melf. 3,4,1 p. 368,2. 3,4,2.

II *capitis insigne, corona – Diadem, Krone:* **A** *proprie:* **1** *in univ.:* VITA Vulfr. 10 (MGMer. V p. 669,6) diabolus ... ei *(duci)* apparuit -te aureo cum fulgentibus gemmis capite opertus. EKKEH. IV. bened. I 31,59 armilla, clavata, periscelide, -a (gloss.: circulus capitis). LIGURINUS 1,555 precessit ... sacram brevius dy-a coronam. CONR. MUR. clip. 16b dux Brabante, tuus clipeus rubet, hunc ita pingam, album quod caput *(sc. leonis)* hic auri -te cingam. SABA MALASP. chron. 4,13 p. 198,11 diversorum ac preciosorum anulorum appensione, dy-tum eciam et fibularum seu monilium. *al.* **2** *de -te regali, imperiali:* PAUL. DIAC. carm. 27,3 huic *(Adelheidi)* sator est Karolus, gemino -te pollens. AGNELL. lib. pont. 40 p. 304,23 ad ... pontificem properavit *Valentinianus* ... et ⌞excussa -ta⌟ (excusso -te *2*) capitis ... salutavit. CONST. Constant. 220 contradimus palatium ..., deinde -am, videlicet coronam capitis nostri. DIPL. Otton. III. 90 p. 500,36 usque dum avus noster Otto imperiali meruit insigniri -te. LAMB. HERSF. annal. a. 1077 p. 284,21 regiam dignitatem regiumque nomen sibi usurpavit, -a (de- *var. l.*) imposuit *rex Polonorum*. SALIMB. chron. p. 16,23 quod neuter *(sc. nec marchio nec Guido)* in vita alterius dy-te uteretur. *persaepe.* **3** *de -te papali vel episcopali (de re v. B. Sirch, Der Ursprung der bischöflichen Mitra u. päpstlichen Tiara. 1975. p. 135sqq.):* COD. Udalr. 32 p. 61,3 quia corona regni et -a Romani imperii in manu vestra *(sc. papae)* est per manum Petri (*spectat ad Vulg. Is. 62,2sqq.*; *sim.* BENZO ad Heinr. IV. 7,2 p. 596,10). RANGER. Anselm. 164 Silvestro ... decus et -a dedit *Constantinus*. 5272 Hildebrandus, homo fallax et seditiosus, Romam turbavit et -a tulit. *al.* ELIS. SCHON. vis. 1,40 p. 21,9 habebat *doctor* ... in capite ... -a quoddam venerabile, qualia a pontificibus gestari dicuntur. **4** *de -te Christi:* HROTSV. Mar. 279 est *Maria* ... praeclarum sidus, quod fulget in aevum regis aeterni claro -te Christi. *de nimbo:* TRACT. de cruc. effig. 7 crux in -a est lata duas partes pollicis tercia remanente. 36 crux super filum -ae duos pollices et aliquid plus. *ibid. al.* **B** *in imag., per compar., alleg.:* **1** *eccl.:* **a** *c. sensu mercedis:* VITA Eucher. 10 (MGMer. VII p. 51,12) ibi *(sc. in caelo)* ... a Christo Domino pro laboribus vel bonis operibus -a accepit *victor* gemmis fulgentibus variatam. EPIST. divort. Loth. 3 p. 212,24 vestri *(sc. papae)* apostolatus apicem ... almifluo virtutum -te decoravit *Christus*, cui generalem sui gregis commisit solicitudinem. DIPL. Heinr. II. 103 p. 128,20 quatinus ... aeternaliter celestis bravii -te coronetur *regalis maiestas*. CONST. Melf. prooem. p. 146,5 honoris et glorie -te (dyd- *var. l.*) coronato *(sc. homini)* uxorem et sociam partem sui corporis aggregavit *Deus.* **b** *spectat ad baptismum:* ALCUIN. epist. 134 p. 203,1 sacro chrismate caput *(sc. pagani catechumeni)* perunguitur ..., ut intellegat se -a (-ta, de-te, de- *var. l.*) regni et sacerdotii dignitatem portare *(sim.* PONTIF. Rom.-Germ. 111,19; *cf. Vulg. I Petr. 2,9).* **2** *alch.:* ARTEPH. secret. p. 58 in eo *(cinere)* est -a regis et argentum vivum nigrum immundum, a quo nigredinis debet fieri purgatio. Ps. ARIST. pract. p. 661b,14 cinerem ne vilipendas, quoniam ipse est -a cordis tui et permanentium cinis, corona victoriae et coagulum lactis. **C** *meton.:* **1** *regnum, dignitas – Herrschaft, Regierung:* AGNELL. lib. pont. 98 p. 342,26 qui *(Iohannes)* bis septeno sacri -tis anno, tractatu vigili quo regit ecclesiam, hanc ... arcem iunxit. DIPL. Otton. III. 330 p. 758,23 ea, quę in nostri -tis temporibus vel antea a ... papa ad ... ecclesiam sunt oblata. HELM. chron. 32 p. 59,24 ut ... principes Heinrico dy-a tollendum et ad filium eius ... transferendum decernerent. CONST. imp. II 261 p. 359,26 ut ... nichil honori et iuri nostri -tis aut imperii subtrahatur. CARM. Bur. 10,37 illi

[Weber]

donat *Simon* -a, qui nunc erat anathema. *al.* **2** *de ipsa persona regis, imperatoris ('Krone'):* OTTO FRISING. chron. 6,34 p. 303,5 cum . . . -a regni a sacerdotali gladio feriendum foret, in se ipsum dividitur. CHRON. reg. a. 1172 p. 122,23 (epist. Pisan.) quia in fide et dilectione circa imperiale -a perseveravimus *eqs.* **D** *translate i. q. decus – Prunkstück, Zierde:* **1** *de rebus:* ALCUIN. epist. 225 p. 368,27sq. palleum sacerdotale -a est; sicut regium -a fulgor gemmarum ornat, ita fiducia praedicationis pallei ornare debet honorem. SEDUL. SCOT. carm. II 63,14 aurea sideream transcurrit luna per aetram gestans sceptrigerum nunc -a novum. CARM. Cantabr. A 44,3 hec est clara dies *(sc. resurrectionis)* . . . nobile nobilium rutilans -a dierum. ABSAL. serm. 21 p. 124[B] Sapientia . . ., quae in arcano divinitatis ab aeterno luserat coram Patre, -a carnis assumendo mundo etiam spectaculum facere voluit. *in titulo libri:* CHRON. Mich. p. 8,9 liber ille, quem -a monachorum intitulavit *Smaragdus* (ANON. Mell. 50. *al.*). **2** *de hominibus:* ALCUIN. Richar. praef. (MGMer. IV p. 389,33) ad ornandum -a christianae philosophiae *(i. Richarium).* SERMO de Const. 2,2 (MGScript. XXX p. 1019,35) exercuit *Deus*, ut Caprea insula . . . hoc -a *(i. Constantium)* suo vertici stringeret totum. BERNO epist. 2 p. 19,24 tu *(sc. Odilo)*, qui es dulce decus nostrum omniumque -a monachorum. RUP. TUIT. vict. 9,13 p. 290,18 Macedonum -a magnus Alexander. *al.* *de Christo:* EUGEN. VULG. syll. 37,2,4 tu . . . -m eluces mundo lampas fulgore nitente.

2. *diadema *v.* *diadesma.

diademalis, -e. *qui diadematis est – der Krone eigen, zugehörig:* THEODULF. carm. 25,15 felix, qui potis est semper adesse tibi *(sc. faciei imperatoris)* et -i sat dignam pondere frontem cernere.

diadematus (dya-), -a, -um. *diademate ornatus – mit einem Diadem geschmückt:* ANNAL. Ianuens. IV p. 176,26 clericus Bernardus . . . dy-o capite et paramentis circumdatus equitans civitatem intravit. *Weber*

***diademetrum,** -i *n.* (*per contam. ex* diameter *et* dimetrum) *diameter – Durchmesser:* EUGEN. VULG. syll. 24,19 quem sensum habeat talis oratio *(sc. 'annus tuus ex diametro sumptus est')*, non ex diametro, sed ex -o *(ci.*, diametro *ed.)* rectius profertur: -um enim est medietas sperę, linea videlicet illa, que speram secat per medium *eqs.*

***diademo,** -atum, -are. (diadema) *coronare, regem nominare – krönen, zum König machen:* ANNALISTA SAXO a. 1100 p. 733,54 rex licet electus, rex noluit intitulari nec -ari, sed sub Christo famulari. ROB. TOR. chron. a. 1121 ad pentecosten fuit -tus *rex Anglorum*. ANNAL. Zwif. II a. 1194 Henricum . . . regem . . . hic censu ditat Grecus, hic Apulus -at. *translate i. q. ditare, magnificare – reich machen, verherrlichen:* REIN. LEOD. Laur. epil. 7 astes supplicibus, . . . salvifices meritis, quos pigneribus -as.

***diadesma** (-disma, -ema) *subst.* (διάδεσμα *a* διαδεῖν) **1** *malva – Malve, Roßpappel (cf. Diosc. 2,118 p. 191,12):* GLOSS. III 55,1 St.-S. -ema papele, papel. **2** *per pravam interpr. i. q. medicamentum astringens – zusammenziehendes Mittel:* GLOSS. Salern. p. 12[a],7 -isma, constrictivum vel diacrisma.

diadiopipereon *v.* 1. dia *p.550,8.*

diadoc(h)os *vel* **diacodos**, -i *m.* (διάδοχος) *script. et form.:* dya-: *l.62.* -es: *l.60.62.* *metr.* dia-: *l.60.*

de lapide pretioso beryllo simili: MARB. RED. lap. 57 p. 1763[C] de -do (-co, -ches *var. l.*): -chos per aquam responsa petentibus aptus daemonis effigies varias ostendere fertur. ARNOLD. SAXO fin. 3 p. 71,29 dy-des lapis est pallidus; similis est birillo; maxime excitat demones et fantasmata. ALBERT. M. miner. 2,2,4 p. 34[b],28 -dos . . . lapis pallidus dicitur esse aliquantulum beryllo similis.

diadraga(ga)nt(h)um *v.* 1. dia *p.551,16.*

diadragon *v.* 1. dia *p.551,16.*

diadrionpiperion *v.* 1. dia *p.550,8.*

diaduoelleborum *v.* 1. dia *p.548,53.*

diaechidnes *sim. v.* 1. dia *p.548,43.*

diaegiptiasacanthis *v.* 1. dia *p.546,57.*

diaegiru *v.* 1. dia *p.546,63.* **diaelatis** *v.* 1. dia *p.548,49.*

diaelectru *v.* 1. dia *p.548,52.*

diaelleboron *v.* 1. dia *p.548,53.*

diaeresis (die-), -is *f.* (διαίρεσις) *script.* dir-: *l. 12. ?form. nom. pl.* -e: *l.9.*

sectio, incisio, divisio – (Ein-)Schnitt, Trennung: **1** *metr.:* ABBO SANGERM. bell. praef. p. 78,14 communibus . . . bannitę (gloss.: sillabe) modis cum die-i (gloss.: dississione) et episinaliffa non dense usus extiti. **2** *chirurg.:* **a** *in univ.:* GLOSS. med. p. 24,1 -e, id est sectiones. ALPHITA I p. 287,43 die-is, id est divisio. **b** *de genere incisionis speciali:* PS. HELIOD. chirurg. 2 cirurgie operationem inmittit cum incisionibus sic genera septem: dir-is, perieresis, catascasmos *eqs.* 8 die-is est recta incisio in corpore.

diaes *v.* dies.

diaeta (dieta), -ae *f.* (δίαιτα, *sed notiones in exemplis sub III allatis a* dies *originem trahere videntur*) *script.:* ceta: *p.561,9.* zeta: *l.56. p.561,6.12.16.* degeta: *l.46.* dietata: *p. 561,37.* *form. acc. pl.* -es: CHRONOGR. Corb. p. 72,11 *(cod.).*

I *spectat ad regulam, ordinationem:* **A** *de cibis sumendis, recte vivendo:* **1** *proprie i. q.* δίαιτα, *diaetetica, regula ciborum, ratio vivendi – Diät(etik), geregelte Lebensweise, Lebensart (fere usu medic.):* **a** *strictius de praecepto medicinali:* **α** *in univ.:* RATHER. cena Dom. 7,282 est . . . dieta capiendorum vel respuendorum custodia vel cautela. ALFAN. premn. phys. 17,10 p. 97 permutantes eam *(malam habitudinem)* . . . ad mediam temperiem congrua -a (*PG 40,677[A]* διαίτῃ) et exercitiis et pharmacis. LAND. MEDIOL. hist. 2,19 p. 54,22 -a . . . ordinata, qua rex aleretur. BRUNUS LONG. chirurg. praef. p. 105[C] instrumenta . . . medicinę sunt tria: . . . illa sunt sicut -a, potio et chirurgia. THEOD. CERV. chirurg. 1,25 p. 144[C] caveat . . . vulneratus, quod cuncta, quae circa dietam dicta sunt, diligenter observet. *persaepe.* *per compar.:* CAES. HEIST. mirac. II 1,23 p. 47,10sqq. quando medicus infirmo dare vult fortem medicinam . . ., prius ei ordinat dietam . . .; dieta . . . sunt orationes, ieiunia, elemosine *eqs.* **β** *in titulo libri:* PRAECEPT. diaet. I[tit.] incipit -a Ypocratis, quam observare debet homo. CATAL. biblioth. A I 49 p. 248,12 confectionum, malagmatum, antidotum et emplastrorum et dieta medicinae in codice I. DIAETA Theod. 1 Theodori dieta incipit. PETR. CAS. (?) chron. 3,35 p. 412,14 dietam ciborum. CATAL. biblioth. Beinw. (ed. P. Lehmann, Erforsch. d. Mittelalt. II. 1959. p. 160,12) diete universales et particulares; item diete particulares. *al.* **b** *latius in locut.* -am actitare *i. q. vesci – sich ernähren:* VITA Serv. 8 p. 30,4 qui *(Iohannes Baptista)* vino et sicera omnique inmundo abstinens locustis et melle in deserto dietam (degetam, vitam *var. l.*) actitabat. **2** *meton.:* **a** *victus, cibus, alimenta – Kost, Speise(n), Nahrung (alleg.: l.58):* **α** *strictius de praecepto medicinali:* RECEPT. Bamb. 22 ut attendas ad dietas omnium, maxime horum *(nephriticorum)* sciens omnia dulcia, omnia fregida his esse contraria, et conveniret subtilis et gestibilis dieta. TRACT. de aegr. cur. p. 86,28 dieta eorum *(in stomacho corruptorum)* erit panis, pulli galline, perdices *eqs.* p. 148,21 dietetur *patiens* liquida et sorbili dieta. MENKO chron. 1 p. 286,24 secundum phisicos . . . malus odor plus nocet quam mala dieta. p. 286,26 propter diete frigiditatem. *persaepe.* **β** *latius:* GESTA Ern. duc. I 2,90 erat . . . videre zetarum et apparatuum regalium stupenda spectacula. METELL. Quir. 10,12 conviva Iesu proximus tu perpetua frueris dieta. CHART. Eberb. 269 p. 24,18 quibus *(marcis)* . . . conventui, cuius dieta . . . fuerat hactenus nimis tenuis, in victualibus possit *cellerarius* . . . honestius ad cenam et commodius providere. IOCALIS 409 quamvis in tenui mensa tenuique dieta, mens hominis solet esse magis proprio lare leta. **b** *cena, refectio – Mahl(zeit):* CAES. HEIST. Elis. I 7 p. 356,22 evenit, ut maritum sequens ad magnam dietam non inveniret cibos, quibus sana conscientia uti auderet. **B** *de vita monastica i. q. regula, liturgia (cottidiana) – (Tages-)Ordnung, (Tages-)Liturgie:* CONSUET. Rod. 107 opus Dei intente et devote peragant, de quo mox finita tota operandi dieta copiosius erit loquendum. 161 perscripta . . . fortis agoniste dieta nunc, quid per diversa anni tempora . . . agi oporteat . . ., explicandum est. 171 complebitur dieta modo, quo prelibatum est. ARNO REICHERSB. scut. p. 1508[C] ut . . .

cursus quotidianae nostrae dietae honeste et secundum ordinem fiat *eqs.* p. 1509[A] ne . . . ea *(lectione)* praetermissa diurni cursus dieta velut ceca sit. *ibid. al.*

II *spectat ad habitationem i. q. camera, cubiculum – Zimmer, Kammer (in imag.: l. 14):* WOLFHARD. Waldb. 1,17 illa *(Geila)* . . . zetas hiemales et operosas ingrediens curceboldum . . . texere coepit (GLOSS. med. cod. Trev. p. 165,21. VITA Brun. Querf. 2 [MGScript. XXX p. 1361,1]). CHRON. Ebersb. I p. 14,2 accidit eam *(Rihcart)* solam sedere in ceta (id est in secretario aestivali palatii *add.* CHRON. Ebersb. II p. 9[a],59), qua pedissaeque solitae fuerant operari. SUMM. Heinr. B 5,122 zeta grece, camera, kamera latine. METELL. exp. Hieros. 4,406 quę *(cuncta)* . . . credunt *astrologi* . . . in planetis tonitrusve notata *(sc. esse)* dietis. *al.* *?de habitatione in hortis constructa:* AETHICUS p. 199,15 gradum quingentorum ascensus diversas zetas instauratas, ubi modo nullus accessus hominum esse suspicatur *(cf. Plin. epist. 2,17,11sqq.).*

III *spectat ad unius diei spatium:* **A** *iter, equitatio unius diei – Tagesmarsch, -ritt, -reise:* **1** *praevalente notione motus:* HIST. peregr. app. p. 174,11 propter dietam plus solito longiorem inestimabile dampnum in equis passi sumus. ACTA imp. Winkelm. I 340 p. 301,26 continuatis dietis Latii terminos revisuri (*sc. imperator*; 667. *sim.* ANNAL. Plac. a. 1237 p. 475,27 dietis maximis). *persaepe.* *in imag. de cursu vitae:* METELL. exp. Hieros. 3,814 cur exemptum terris celoque receptum conquerar athletam stadii breviasse dietam? **2** *praevalente notione mensurae (def.:* ANNAL. Basil. a. 1271 triginta astronomica, decem communia, sex Alsatica miliaria faciunt dietam. a. 1276 p. 200,37 L miliaria faciunt dietam; VII miliaria Theutonica faciunt dietam. *ibid. al.):* CHRON. Gozec. 1,23 planities spatiosissima per III fere dietas extenditur. OTTO FRISING. chron. 7,3 p. 313,8 super Nilum circiter VI dietas ab Alexandria posita est *Babylonia.* HEINR. LETT. chron. 29,2 ut ramos suos ad decem dietas usque in Revelis extenderet *vinea Dei eqs.* CONST. Melf. 1,93,2 si locatum animal per manifestam ductoris negligentiam vel, quod ipsum ultra statutam -am (dietatam *var. l.*) per malitiam duxerit, mori contigerit *eqs. persaepe.* *per compar.:* CAES. HEIST. hom. exc. 65 ut a contemplacione quis rediens et ab oracionis loco quasi per unam dietam descendens . . . meminit, quid habuerit. **B** *opus unius diei, pensum – Tagewerk, tägliche Arbeitsleistung:* **1** *proprie:* CHART. Rhen. med. I 411 p. 471,27sq. (a. 1103/24) ante beciam iuxta stacionem veteris molendini terram ad plenam dietam arabilem et . . . iuxta viam publicam de novem diurnalibus tres ad tres dietas pleniter arabiles. CHART. Helv. arb. 135 p. 212,42 quod fenatores vel sectatores non possunt compelli redimere -am suam extra castellaniam Sarratae. CHART. Wirt. VIII 2884 quoddam pratum . . ., quod est ad opus viri unius diete, videlicet aines mannes mat. *remissius i. q. labor – Arbeit(saufwand):* EBERH. ALEM. labor. 993 sarcina doctoris qualis sit, qualis habena, percurri calamo fragili; calamus subit ecce alter, cuius erit non magna -a docenti. **2** *meton. de mensura agri:* CHART. Stir. II 150 p. 223,19 (epist. papae a. 1217) ei *(sedi episcopali)* unam dietam et dimidiam . . . et trecentas marchas . . . assignare (*sim.* 154 p. 227,9 unam dietam vel dimidiam. 227 p. 318,35). **C** *de caelo, astris i. q. cursus cottidianus – Tageslauf, tägliche Bahn (per compar.: l. 60):* BERTH. RATISB. serm. 2 p. 18,45 volens . . . proficere debet esse coelestis, id est quasi coelum, . . . hoc est semper debet proficere et perfectam dietam suam perficere. p. 19,3 coelum quotidie dietam suam perficit. **D** *dies – Tag:* **1** *in univ.:* CHART. Beron. 49 (a. 1242) prepositus et capitulum apud dominum imperatorem seu regem usque ad duas dietas laborantes precabunt *eqs.* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 214,2 iuvamentum . . . est, quod falco refrigeratur per irrorationem; unde in estate et quando calefit, quaque dieta sepius potest fieri hec irroratio. URBAN. IV. registr. 539,10 p. 512,42 per tres menses integros . . . in servitio . . . moraturos *(milites)*, mensibus ipsis a die, quo iidem milites terram sui dominii . . . egressi fuerint, per vulgares dietas et solitas computandis (*item* CLEM. IV. registr. 646,12). *al.* **2** *conventus – Versammlung, Tagung (de re v. Dt. Rechtswb. II. p. 794sq.):* CHART. Traiect. 1460 p. 223,12 (a. 1258) renunciamus omni auxilio iuris canonici et civilis, exceptioni fori, doli mali, constitutionis de duabus dietis (CHART. Carniol. II 251 p. 199,29. CHART. episc. Halb. 953 l. 62 [epist. papae]).

***diaetarium,** -i *n.* *opus unius diei, pensum – Tagewerk, tägliche Arbeitsleistung:* ODILO SUESS. Seb. 54 p. 651[a],36 iste *(colonus)* solus solita cupiens explere exercitia iunctis bobus properat ad agrum exequi cupiens -um.

diaetarius (die-, ce-, ze-), -i *m.* *script.:* zeth-: *l. 19.* *?*hetrarius: *l. 20.*

1 *camerarius, cubicularius – Kammerdiener, Kammerherr:* HRABAN. martyr. Aug. l. 89 Torquatus egit, ut Castulus, ze-us (ce- *C*) palatii, . . . fuisset artatus *(cf. Ps. Ambr. act. Seb. 14,69.83).* CHRON. Cas. 5 p. 471,26 Radelchis, ze-us palatii, ei *(Sichardo principi)* successit in principatum. RATHER. prael. 1,23 l. 744 ponamus . . . ante oculos quemlibet prefecti filium, cuius . . . atavus cognoscatur miles fuisse: quis novit illius militis pater ariolator an pictor, aliptes an auceps, ce-us an figulus . . . fuerit. SUMM. Heinr. A 8,240 ze-us (zeth- *E*) grece, latine camerarius, kamerari. B 1,356 ze-us (hetra- *D*) grece, camerarius, kamerere latine. **2** *medicus diaeteticus – Diätetiker, Diätarzt:* IOH. S. PAUL. diaet. 458 quod animalium natura humanae naturae imitatrix est et in calore, frigiditate et in siccitate et in humiditate; et sic die-i provideant. **3** *servus cottidianus – Tagwerker (de re v. Ph. Dollinger, Der bayer. Bauernstand. 1982. p. 245sqq.):* TRAD. Weihenst. 303 (a. 1174/82) mulier quedam Willibirch libere conditionis die-um sancti Stephani accepit sibi Adilhardum. **4** *alimenta cottidie gratis accipiens – täglicher freier Kostgänger:* ODILO SUESS. Seb. 59 (32) erat . . . ei *(comiti Suessorum)* inter prandendum familiare inopum debiliumque, quos mensae suae die-os delegerat, curam agere eosque ex his, quae sibi . . . subtrahebat, pie refovere.

diaeteticus *vel* **diaeticus** (dee-, die-, diedi-, -tei-), -a, -um. (διαιτητικός) *qui ad regulam ciborum, rationem vivendi spectat – diätetisch, Diät-, die geregelte Lebensweise betreffend:* GLOSS. med. p. 24,2 dieticos, id est regulares. ARS med. 5 p. 421,19 quorum *(sc. elementorum medicinae)* primum est chirurgicum, secundum farmaceuticum, ⌊tertium -teticum⌋ (tercius diedicus *G*), quartum prognosticum. *subst. fem. i. q. diaeta, regula ciborum – Diät(etik), geregelte Lebensweise:* ARS med. 1 p. 418,12sq. cuius *(sc. medicinae)* prima pars est chirurgica, alia quidem diaetica (dietica *G*), tertia vero pharmaceutica; chirurgiae vero imposuerunt anulum ferreum, -teticae (dieteice *H*, deetica *G*) quoque baculum, propter quod et philosophum ostendit.

***diaeto** (die-), -avi, -atum, -are. (διαιτάω) **1** *trans. (absol.: l. 59):* **a** *in univ. i. q. diaeta curare, tractare, alere, diaetam componere (alicui) – durch eine Diät behandeln, ernähren, eine Diät zusammenstellen (für):* ALFAN. premn. phys. 40,12 p. 130 matre non bene -ta (dictata, dieta *var. l.*; *PG 40,772[A]* δεδιαιτημένης) et nutrita consequenter, quae generat, corporibus distemperata . . . nascuntur. TRACT. de aegr. cur. p. 84,23 pueri *(sc. febricitantes)* . . . eadem, que *(sic?)* et senes, sunt dietandi dieta. p. 311,4 artificiosum est diabeticos dietare. *al.* CAES. HEIST. Elis. I 28 p. 375,42 ut medicum quereret, qui ipsam -ret, ne . . . nimia sibi de victu subtrahendo nimiam corporis debilitatem incurreret (*sim.* II 2 p. 382,35). *alleg. (usu absol.):* GUNTH. PAR. orat. 9,12 p. 186[D] primus *panis* digerit et -etat, secundus reficit et vegetat, tertius custodit et firmat. **b** *medial. i. q. (diaetetice) ali – sich (diätetisch) ernähren, Diät halten:* CONSTANT. AFRIC. theor. 5,4 p. 18b[v] si . . . -etantur homines secundum quod opus, morbos . . . necesse est esse salubres. MATTH. PLATEAR. (?) gloss. p. 381[F] -etur patiens duobus . . . diebus ante *(sc. purgationem)* liquidis et sorbilibus cibis. TRACT. de aegr. cur. p. 135,8 -etentur *(sc. qui capitis dolore laborant)* sic: pulli, fasiani, perdices *eqs.* WILH. CONG. chirurg. 799 apostemata talia *(sc. venenosa)* habentes debent -etari subtili dieta. **2** *intrans. i. q. considere, morari, deverti – sich niederlassen, rasten, Quartier nehmen:* VITA Richardi 19 p. 289,33 in qua civitate *(sc. Antiochiae)* . . . dum aliquantisper -are placuisset *eqs.* HEINR. TEG. Quir. I 8 erat vicinus locus, ubi nocte precedenti -antes baioli sarcofagum in terram de-

ponunt. HIST. de exp. Frid. imp. p. 72,28 ad castellum quoddam devenimus, ubi etiam -vimus. p. 73,8 venimus ad Ayos civitatem . . ., ubi -vimus. GERLAC. annal. a. 1179 p. 690,27 sexta feria -are volentes ecce nuntius . . . narrat eis *(Friderico et Cunrado cum copiis)*, quod *eqs.*

***diaetula** (zet-), -ae *f.* *domicilium, diaeta – Unterkunft, Wohnstätte (de specu: l.9):* BERTH. carm. 1,156 (MGPoet. III p. 397) perdita mente manens mulier per devia scandens, quam bene salvavit ze-a sancta patris *(sc. Benedicti; cf. Greg. M. dial. 3,38,1)*. ERCHEMB. CAS. hist. 46 Landulfum electum . . . a claustro episcopii expellens et humili loco, in cellula scilicet ministeriorum, degere constituit et sibi in ze-a episcopali mansionem exiberi iussit *Pandonulfus*.

diaeuforbiu *v.* 1. dia *p.548,56.*

***diafanitas** *v.* *diaphaneitas.

diaf(f)enicum *v.* 1. dia *p.550,1.*

diaferesis *v.* diaphoresis.

diaffinicium, diafinicin *sim. v.* 1. dia *p.550,1.*

***diafinidican** *v.* 1. dia *p.551,41.*

diafisallida *sim. v.* 1. dia *p.550,6.*

***diaffonitas** *v.* *diaphaneitas. ***diaffonus** *v.* diaphanus.

***diafne** *v.* *diabne. **diafonia** *v.* diaphonia.

diaforesis *v.* diaphoresis.

diaforeticus, diaforiticus *v.* diaphoreticus.

diaforinus *v.* diaphorinus.

diafracma, diafragma *v.* diaphragma.

diafricon *v.* 1. dia *p.550,1.*

***diagalanga** *sim. v.* 1. dia *p.548,57.*

diagalbanes *v.* 1. dia *p.548,61.*

diagigarton *v.* 1. dia *p.548,62.*

diagireos *v.* 1. dia *p.548,63.*

***diaglitis** (dya-) *subst.* (*cf. ThLL. III. s. v.* glis) *lappa – Klette:* ALPHITA I p. 295,13 ilana (ilancia *var. l.*), id est lapa maior, lapa inversa, lapago, bardana, -s idem. II p. 84,11 iancia . . ., bardana, -is (dya- *var. l.*) idem, gallice gletonere, anglice clote.

diagnes *v.* 1. dia *p.548,43.*

***diagnosis** (-scis), *acc.* -in *f.* (διάγνωσις) *cognitio morbi – Diagnose:* PS. GALEN. urin. p. 7,5 non solum in re, verum etiam ante rem, quod Greci ˻prognoscin et -scin˼ (pronosim et dianus p. 6,6) dixerunt, id est intellectum ante se.

diagonalis, -e. linea -is *i. q. diagonios, diagonus – Diagonale:* RAGIMB. epist. 2 p. 519,10 ad longitudinem eius *(quadrati)* -is linee descripto quadrato alio paribus lateribus, habebis quadratum in mensuris duplum iam propositi quadrati. ALBERT. M. anim. 2,1,11 p. 81,67 si dividatur *tetragonum* lineis -bus duabus, faciet quattuor triangulos. anal. post. 1,2,2 p. 23^{b},41 diametros sive linea -is in quadrato sit simetros. metaph. 10,1,1 p. 553^{b},11 dimensuratio, quae est diameter sive linea -is in quadrato. *spectat ad lineam astrolabii meridiem indicantem:* GERB. (?) astrolab. 2,3 quorum *(sc. linearum horarum)* media est linea -is meridiei, cuius ex utrisque partibus simul cum ipsa . . . duodecim horarum meta constituitur.

adv. ***diagonaliter.** *modo diagonali – diagonal, als Diagonale:* ALBERT. M. metaph. 5,1,7 p. 226,10 si dividatur tetragonum lineis ductis -r de angulo uno in sibi oppositum angulum quadrati per continuum, fiet in actu trigonum.

diagonium, -i *n.* (διαγώνιος) *linea diagonalis, diagonios – Diagonale:* RAGIMB. epist. 2 p. 519,5 omne -um (diagonum *var. l.*) equilateri quadrati habet ipsum latus in se et quincuncem. p. 519,6 si vis propositi quadrati duplum habere, accipe -um minoris quadrati *eqs. saepius*. RADOLF. epist. 3 p. 520,17 hunc *(quadratum)* si per -um . . . secare volueris *eqs.* FRANCO LEOD. circ. 3,152 sumatur exempli gratia XXV quadratus; is retinet latus V, de quo perficiamus -um eiusdem lateris quincunce sibimet adiecto. *ibid. saepius. v. et l.68.*

1. diagonus, -i *m. vel* ***diagonum,** -i *n.* *linea diagonalis, diagonios – Diagonale:* PS. BOETH. geom. 798 -i (diagonii *var. l.*) . . ., id est angularis linee, directio bissena numeretur quantitate. 801 -us . . . per cathetum ductus embadalis summae spatium ostendit. ANON. geom. I 4,14 in quadrato -um invenire si vis *eqs.* 4,16 rhumbi . . ., cuius sint singula latera pedum X et -um XII, cathetum sic quaeras: *eqs.* HERM. AUGIENS. mens. astrolab. 9 p. 212,3 habes quadratum orthogonum aequilaterum, cuius unus angulus A, alter oppositus per -um in centro. *saepius. v. et p.563,59.*

2. diagonus *v.* diaconus. ***diagrafum** *v.* *diagraphum.

diagramma, -atis *n.* (διάγραμμα) **1** *figura (geometrica), descriptio – (geometrische) Figur, Darstellung, Skizze:* ALBERT. M. metaph. 9,4,5 p. 428,1 per ea, quae sunt in -bus sive descriptionibus figurarum, actus elicitur de potentia. p. 428,7 quando bene describuntur actu lineae et anguli, sciuntur theoremata secundum actum; si autem per imaginationem non exprimuntur, non sciuntur nisi potentia; et hoc probatur per hoc, quod -ta inveniuntur per intellectum actu scita. *v. et l.28.* **2** *propositio, notio abstracta – Vorstellung, abstrakter Begriff:* ALBERT. M. metaph. 3,2,4 p. 119,17 '-um', hoc est propositionum, 'ea dicimus' esse 'elementa, quorum' sicut materialium vel essentialium 'demonstrationes insunt in aliorum demonstrationibus', et ex quibus . . . componuntur aut propositio communis et genus *eqs.*

***diagrammaticus,** -a, -um. (diagramma) *qui ad figuram (geometricam), descriptionem pertinet – zur (geometrischen) Figur, Darstellung gehörig (usu subst.):* ALBERT. M. eth. II 3,1,18 p. 224^{a},8 quemadmodum resolvuntur -a, hoc est descriptiones geometricales: *eqs.*

[diagrammatom *v.* *digrammaton.**]**

***diagrammatus,** -a, -um. (diagramma) *descriptus, depictus – skizziert, dargestellt:* ALBERT. M. pol. 5,9^{a} p. 550^{a},27 'quando numerus' -us, id est descriptus, fuerit, vel . . . 'diagrammatis' (*p. 1316^{a},7* τοῦ διαγράμματος), id est descriptionis, . . . 'huius solidus fuerit', id est non ductibilis nisi in seipsum *eqs.*

***diagraphum** (-afum), -i *n.* (διαγραφή) *descriptio, census, tributum – Besteuerung, Steuer, Festsetzung:* CHRON. Moiss. (MGScript. I p. 287,39; s. IX.$^{in.}$) tales . . . afflictiones populo posuit *Constantinus princeps* ut possessoribus provinciarum Calabriae, Siciliae, . . . per -fa seu capita atque nauticationes *(ex Lib. pontif. p. 188,4)*.

diagredio, diagridion, diagridium *v.* dacrydium.

diahcadion *v.* 1. dia *p.548,14.*

***diahermis** *v.* 1. dia *p.552,22.* **diaiera** *v.* 1. dia *p.548,69.*

diainant(h)is *v.* 1. dia *p.549,49.*

diairis *v.* 1. dia *p.549,3.* **diaiteon** *v.* 1. dia *p.549,6.*

diakilon *v.* 1. dia *p.547,71.* **dialacca** *v.* 1. dia *p.549,8.*

dialati *v.* 1. dia *p.548,49.*

dialectica, dialectice *v.* dialecticus.

***dialectico,** -are. (dialectica) *dialectice, sophistice disputare – dialektisch disputieren, spitzfindig argumentieren:* TRAD. Frising. 670 (a. 845) Cundpatoni respondente -are non posse neque nolle. *dialecticis argumentis asserere, postulare – durch dialektische Argumentation behaupten, fordern:* LAUR. LEOD. gest. 18 p. 502,20 quid referam quosdam comites . . . eius *(regis)* iuris esse, ut praesules faciat vel deponat, -asse?

dialecticus, -a, -um. (διαλεκτικός) *script.:* dea-: *l.59.* dya-: *l.60.p.565,2.33.* -et-: *l.60.63.71.p.565,2.17.*

1 *adi. i. q. disputatorius, in arte disputatoria usitatus, logicus – dialektisch, zur Disputierkunst gehörend, in der Disputierkunst üblich, logisch (de re v. LexMA III. p. 944sqq., V. p. 2071sqq.):* CHRON. Fred. 3 praef. p. 89,2 nec repperire possit quisquam peritus de-a in a r t e gramaticos, qui *eqs.* (COSMAS chron. 3,59 p. 237,19 -e [dyaletice, -ae *var. l.*] artis. *al.*). ALCUIN. epist. 204 p. 338,32 placuit paucas interrogationes -ae d i s c i p l i n a e . . . cartulae iniungere (CONR. HIRS. dial. 1767. *al.*). HEINR. TEG. Quir. I 4 ducem rex -o (-etico *var. l.*) hamo adgreditur, ubi, antecedens dum facile conceditur, consequens velut occulto hamo pectus transfigat. ALBERT. M. elench. 1,1,4 p. 531^{b},39 -ae . . . disputationes sunt, quae sunt ex probabilibus collectivae contradictionum. *saepe.* **2** *subst.:* **a** *masc. i. qui arte disputatoria peritus est – Dialektiker (saepe in malam partem, e. g. l.71):* OTLOH. prov. A 29 eadem *(arrogantia)* divites in verbis, id est -os prudentiaeque saecularis gnaros, saepissime subvertit. GERHOH. novit. 4,30 -etici vel potius heretici vident eam *(sc. humanam naturam Christi)* vix

ad angelorum dignitatem provectam. OTTO SANBLAS. chron. 47 p. 79,3 dyaleticos (-os *var. l.*) . . . inutilia abicere utiliaque in hac arte monuit *sacerdos* reserare. ALBERT. M. sent. 2,21,1 p. 354a,37 tentator *(i. diabolus)* imitatur -um, qui procedit ex communibus, quae inveniuntur in singulis *eqs. saepe. expressius i. q. philosophus, qui sapientia mundi peritus est – Philosoph, der Weltweise:* GODESC. AQUENS. opusc. 1,12 p. 74,27 unum elige tibi: . . . aut cum -o argumentum rerum apparentium, quod rationis est, aut cum catholico argumentum rerum non apparentium, quod fidei est. **b** *fem. i. q. ars disputatoria, logica – Dialektik, Disputierkunst, Logik:* **α** *in univ. (per prosop.: l.15; interdum in malam partem, e. g. l.17):* EINH. Karol. 25 apud quem *(Alcuinum)* et rhetoricae et -ae . . . ediscendae plurimum et temporis et laboris inpertivit. FROUM. (?) carm. p. XII,39 lepidulis verbis dominam -a fatur. AMARC. serm. 1,197 quid . . . arte probata refellens contortis arguta modis -etica possit, cum *eqs.* ALBERT. M. metaph. 3,3,6 p. 145,40 -a et prima philosophia saepe sunt circa eadem et de eisdem tractantes. Ps. AVIC. anim. 6,16 p. 304 bonum est apud nos, si dicamus -am aut philosophiam aut sapientiam, quia hoc non dicimus, nisi ut intelligamus rationes. *saepe. in titulo libri:* CATAL. biblioth. A I 20 p. 89,10 (a. 841/72) Albini -am et rhetoricam in volumine I. CARM. libr. II 16,2,1 explicit ampla suo stringens -a pugno. CATAL. biblioth. A I 10 p. 32,4 introductiones -e. *al. meton. de libro ipso:* EPIST. Hann. 79 p. 129,7 -am nostram, cum me nimiis efflagitationibus convicisset, invasit *frater.* **β** *adaequatur rhetoricae:* POETA SAXO 5,235 artis rhetoricę seu, cui -a nomen, sumpsit *Karolus* ab Alquini dogmate noticiam. **γ** *adaequatur parti logicae:* ERMENR. ad Grim. 8 p. 542,8 propalavi, qualiter logyca, summa pars sophiae, divisa sit in -am et rhetoricam. TRACT. de divis. phil. p. 37,7 eloquentia ipsa eadem est, que dicitur loyca; hec dividitur in dy-am, rhetoricam, grammaticam. **c** *neutr. plur. i. q. ars disputatoria, logica – Dialektik, Disputierkunst, Logik (in malam partem: l.36):* AETHICUS p. 188,5 ut plagis vel ulceribus vino et oleo a -is (delictis *var. l.*) vel maledictis stultissimorum et insipientium hominum curaretur *sapiens.* THEOD. AMORB. Mart. 2 cum . . . literarum subtilitates . . . penetraret et -orum strophas enodare . . . addisceret. EPIST. Mog. 22 p. 358,7 grammaticorum nos utcumque vel principia libasse non negamus, rhetoricorum vero, -orum vel maiorum quorumlibet nec didasculos nos nec scolasticos profitemur. HUGO HONAUG. div. 1,7 qui *(Hugo Aetherianus)* cum . . . Alberici cuiusdam in -is fuisset auditor in Francia *eqs.*

adv. **dialectice** (-ae). **1** *more disputatorio, arte disputatoria, eloquenter – nach Art, mit Hilfe der Dialektik, in redegewandter Weise:* HINCM. epist. 37a p. 16,10 si beatus Augustinus et ceteri doctores contra hereticos pugnantes -e sunt locuti *eqs.* ERMENR. ad Grim. 31 p. 571,26 -ae distinguendum, quod bonum eius *(Dei)* per se simplum bonum est. HERM. TORN. rest. 2 non dialecticos huiusmodi clericos, sed -e appellat *Anselmus archiepiscopus* hereticos . . . dicens eos de sapientium numero merito esse exsufflandos. ALBERT. M. mem. 2,3 p. 110b,23 si . . . est ordo *(sc. reminiscentiae)* probabilitatis, tunc aut erit in pluribus quidem -e aut rhetorice *eqs. al.*

dialectrum *v.* 1. dia *p.548,52.*

dialeptocarion *v.* 1. dia *p.549,11.*

dialeticus *v.* dialecticus. **dialibanum** *v.* 1. dia *p.549,12.*

dialicacavi *v.* 1. dia *p.548,64.*

***dialimaton** *v.* 1. dia *p.551,37.*

dialipon (dya-) *n.* (διαλείπων) *script.* dil-: *l.65. form.: nom. sg.:* -pes: *l.69.* -pides: *l.69. nom. pl.* -onta: *l.65.*

1 *febris intermittens, typica – Wechselfieber:* GLOSS. med. cod. Petropol. p. 272,6 omnia dic, quaes<o>, verbi quae sillaba signet: . . . quid trix, derma, . . . diliponta (gloss.: cotidiana, terciana, quartana). **2** *intermissio, defectio – Ausfall, Schwäche(zustand):* ALPHITA I p. 298,8sq. lipothimia, malfactio, syncopis . . . idem quod spasmatio, id est defectus motus cordis; inde dy-ides sive -es (-on *var. l.*) idem est quod defectio (*sim.* II p. 100,6).

dialiquos *v.* dialogus. **dialis** *v.* dealis.

dialit(h)argiru(m) *sim. v.* 1. dia *p.549,14.*

dialocus *v.* dialogus. **dialoe(n)** *v.* 1. dia *p.546,65.*

dialogicus, -a, -um. (διαλογικός) *genere dialogi scriptus, qui ad dialogum pertinet – in Dialogform geschrieben, dialogisch:* EKKEH. IV. prol. Gall. p. 91,39sq. huius *(sc. Notkeri)* operis priorem cum ipso *(Hartmanno)* alternaverat *Notkerus Balbulus* partem; quod cum -a lege fecissent, uterque, quae sibi libuit, -o quidem iure operi inseruit. ARNULF. delic. 696atit. -a poete tetrastica. CATAL. biblioth. Becker 128,74 altercatio -a Attici . . . et Critoboli.

adv. **dialogice** (-ae). *ratione dialogi – in Dialogform:* PAULIN. AQUIL. c. Fel. 3,24 l. 54 in quo *(libello)* alternatis vocibus quasi -ae contra hereticos disputans . . . ita subinfert *(sc. Athanasius antistes)*: '*eqs.*'

dialogismus, -i *m.* (διαλογισμός) *dialogus – Dialog, (Zwie-)Gespräch (in titulo libri):* BERNH. GEIST. dial. p. 15,15 -i veritatis, adulatoris, iusticiae; primo alloquitur veritas iusticiam *eqs.*

dialogus, -i *m.* (διάλογος) *script.:* dea-: *l.25.* dya-: *l. 31.34.* -liquos: *l.25.* -ocus: *l.27. form.: gen. pl.* -on: *l.33;* -um: *l.27. abl. pl.* -iis: *l.28. metr.* dia-: WALAHFR. Wett. 285.

sermo, genus dialogicum, disputatio, certamen – Dialog, Dialogform, (Streit-)Gespräch, Streitgedicht: **1** *de textu (saepe in titulo libri):* **a** *proprie:* CHRON. Fred. 2,59 fertur ⌞in -liquos⌟ *(m.1 1;* in dialogo libro, inde alicos *sim. var. l.)* sancti Gregorii. PAUL. DIAC. Lang. 4,5 capit. p. 114 codicem -cum (-orum, -um *var. l.*) beatus Gregorius . . . reginae direxit. ALCUIN. epist. 279 p. 436,16 in -is (-iis *H*) beati Gregorii. HRABAN. epist. 4 conposui . . . quendam -um et nomini tuo ipsum dedicavi. CARM. var. Walther 16tit. -us Iudei cum Christiano quodam ceco. GUTOLF. Agn. tit. p. 82 incipit dy-us Agnetis . . . cum quodam monacho. Ps. PLATO quart. 4 p. 156,9 in libro suo *(sc. philosophi)*, qui dicitur -on. *saepe.* **b** *meton.:* **α** *de libro ipso:* VITA Mathild. II 16 p. 176,15 cum dy-um accepisset in manum et studiose intendisset legendum *eqs.* **β** *pro cognomento de Gregorio Magno (cf. Lampe, A Patristic Greek Lexicon. 1961. p. 356a):* LIUTPR. leg. 22 Romanus enim clericus, postmodum universalis papa Gregorius, qui a vobis *(sc. Graecis)* appellatus est 'D-us'. **2** *de colloquio:* AGOB. 2,13 l. 7 qui *(Avitus episcopus)* cum . . . Gundobado frequenter de fide altercans et -os im praesenti conficiens et epistolis absenti respondens.

***dialotarium** *v.* 1. dia *p.551,38.*

***dialon** *v.* 1. dia *p.551,35.*

dialt(ha)ea(s) *v.* 1. dia *p.546,67.*

diamac(h)ir *v.* 1. dia *p.549,17.*

diamagnis *v.* 1. dia *p.549,19.* **diamalva** *v.* 1. dia *p.549,18.*

diamanna *sim. v.* 1. dia *p.549,19.*

diamaratrum *v.* 1. dia *p.549,21.*

diamargariton *v.* 1. dia *p.549,22.*

***diamas** (dya-), -antis *m.* (adamas, *per contam. c.* διαφανής *sim.*; *cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. XXIV. p. 132sq.*) *(lapis) adamas – Diamant:* DEDIC. Erf. (MGScript. XXX p. 487,31; s. XII./XIII.) dedit *dominus Wernherus* . . . abbati annulum de auro puro continentem in se lapidem preciosissimum cum dy-e. Ps. ARIST. lap. I p. 186,4 sicut lapis dy-s (gloss.: vel adamas), quando sentitur ab aliis lapidibus terreis, moventur omnes et franguntur. p. 194,14 lapis dy-s, qui vocatur elmos, nature est frigide et sicce in quarto gradu. p. 194,20 est unus lapis, . . . qui confundit dy-em sibi coniunctum. *ibid. al. cf.* *diadamas.

diamasticum *v.* 1. dia *p.549,25.*

***diambra** *v.* 1. dia *p.546,72.*

diamelicratum *v.* 1. dia *p.549,31.*

diamel(l)ilotu(m) *sim. v.* 1. dia *p.549,32.*

diamelitos *v.* 1. dia *p.549,29.*

diamel(l)on *v.* 1. dia *p.549,37.*

diamemilotum *v.* 1. dia *p.549,32.*

diameron *v.* 1. dia *p.549,40.*

***diamerozi** *v.* 1. dia *p.551,71.*

diameter, -tri *m. vel* **diametrum,** -i *n. vel* **diametrus,** -i *m. vel. f.* (διάμετρος) *script.:* dya-: *p.567,34.* dim-: *p.567,17.*

[Niederer]

form.: nom. sg. -os: *l.32. adde:* Ps. Boeth. geom. 35 *(var. l.). acc. sg.* -on: *l.21.22.23.33.*

1 *strictius:* **a** *dimetiens, diagonus, linea media – Durchmesser, Diagonale, Mitte(llinie):* **α** *de figuris geometricis:* Ps. Boeth. geom. 31 -us ... circuli est quaedam recta linea per centrum ducta *eqs.* Anon. ad Ragimb. p. 534,17 circulum mihi statuo, cuius -um VII sit pedum, circuitus vero XXII *eqs.* Ps. Beda mund. const. 1,172 -r (-um *var. l.*) est linea, que aliquid partitur in duas medietates. Albert. M. metaph. 10 p. 27,19 quare -r quadrati non commensuratur. cael. 1,1,10 p. 30b,31 si inter duo puncta data describitur semicirculus CD et protrahatur -r CD *eqs. saepe. locut.* secundum diametrum *i. q. decussatim – kreuzweise:* Albert. M. eth. II 5,2,9 p. 356a, 38sq. facit retributionem ... coniugatio gratiae secundum -um; secundum enim -um gratia unius transit in alium, et gratia alterius retransit in istum. **β** *de caelo siderum:* Beda temp. rat. 17,22 quaere ad -um (dim- *var. l.*; gloss.: scilicet ad medietatem caeli, id est ad VI signa) caeli, quod quintam decimam lunam tenere nemo qui dubitet. 18,43 proba ad -um (gloss.: id est ad VI signa) anni *eqs.* Carm. de temp. rat. 332 multivagos ... motus solet ... per zodiacum luna salvare lumine pleno, cum -on ducit Foebum. 395 horae duodenae -on ducunt caeli. 433 quod *(sc. medium caeli)* -on dicunt senes. *remissius i. q. pars – Seite:* Albert. M. fat. 4 p. 73,34 luminaria sunt in capite Gorgonis et respicit ea inimica radiatio Martis a quadrato vel ab opposita -o. **γ** *usu vario:* Mappae Clavic. 288 p. 243,11 quatuor circulis *(i. vasibus)* imis inter alios exposita -orum formatione volventibus ... nil effundetur. Eberh. Frising. (?) fist. p. 279b qui ... circulus non secundum ambitum suum, sed per medium sui a labro in labrum indirectum metitus, -um dicitur. Herm. Carinth. essent. 1 p. 144,17 tota *(luna)* obumbratur cum tanto quidem statu, quanto hinc inde superat -os umbre *(sc. terrae)* -on lune. Arnold. Saxo fin. 4,9 p. 87,39 si extra dy-um *(sc. speculi concavi)* ponantur oculi, dextra apparent dextra et sinistra sinistra. Frid. II. Imp. art. ven. 2 p. 215,13 habeatur tina ..., cuius -um sit adminus duorum pedum secundum longitudinem. *saepe. de umbra horologii fere i. q. horologium, hora – etwa: Uhr, Stunde:* Abbo Sangerm. bell. 3,41 -a (gloss.: medietatem sperę, horologium) scias. *per pravam interpr. (spectat ad Mart. Cap. nupt. 9,952):* Remig. Altiss. mus. 508,11 est *(sc. consonantia ex diapason et diatessaron consistens)* in dyplasi et -i binarii regula, ut sunt VIII ad tres. **b** *radius – Radius, Halbmesser:* Anon. geom. I 4,19 in hemicyclo, cuius basis sit pedum XXVIII, -um XIV, aream sic quaeras: *eqs.* **c** *extensio, dimensio – Ausdehnung, Dimension, Richtung:* Albert. M. veget. 2,16 stat augmentum *(sc. plantae)* in longum et ... stabit etiam ad alias duas -os, quae sunt in latum et in profundum. mot. proc. 2,6 p. 66,37 existens *(sc. anima)* intrinsecus in medio trium -orum, longitudinis videlicet et latitudinis et profunditatis, quae sunt -i corporis. metaph. 1,3,15 p. 46,63 corpus ... physicum est aptum natum mensurari tribus -is ad rectos angulos undique se secantibus. euch. 1,2,8 p. 201a,7 tribus -is sive dimensionibus. *ibid. saepius.* **2** *latius i. q. linea, cursus, via – Linie, Weg:* Acta imp. Winkelm. I 856 p. 657,21 (a. 1241) versus Ytaliam ... recto -o direximus gressus nostros.

diametralis, -e. *script.* dya-: *p.568,3.18.* **1** *diagonalis – diagonal:* Albert. M. div. 3,8 p. 64,19 ductis per angulos tetragoni lineis -bus. **2** *ex adverso positus, contrarius – direkt entgegengesetzt, gegensätzlich, 'diametral':* Albert. M. summ. theol. II 11,51,1 p. 538b,40 quod *(corpus illuminans)* cum transit de loco ad locum, necesse est illuminationem fieri in diversis locis, quia tunc -is oppositio necesse est, quod sit ad loca diversa. *de caelo:* Albert. M. cael. 2,3,3 p. 147,11 ibi *(in ultimis gradibus sagittarii)* concurrunt tres causae caloris, hoc est diametri brevitas et -is altitudo solis super zenith et arctitudo signorum.

adv. **diametraliter.** **1** *diagonaliter, per centrum – als Durchmesser, diagonal, durch das Zentrum:* Albert. M. meteor. 3,4,3 p. 668b,29 qui *(vapor humidus)* dissipatus reflectitur ad extremum recedens a radio, qui -r percussit centrum vaporis. anal. pr. 1,5,3 p. 615a,7 sit ... circulus ABCD et ducantur lineae -r per centrum circuli AC et BD. **2** *ex adverso, e contrario, directe – in direkter Gegenüberstellung, in gerader Linie:* Albert. M. animal. 23,48 ferit *falco* non dy-r sive perpendiculariter descendens, sed ex obliquo. metaph. 1,3,6 p. 47a,25 sicut patet in speculis et aliis solidis et politis soli -r oppositis. Chart. Mekl. 1190 de monte nudo usque ad rubetum fagi directe sive -r procedendo ..., item de ... angulo de Wardu usque in locum, quem Henricus advocatus de Gustrow cum suis sociis -r constituit et signavit. *de caelo:* Albert. M. cael. 2,3,3 p. 146,76 oppositio ... luminaris ad zenith capitum ad diametrum est, quando sol -r superponitur capitibus aliquorum et tunc reflectitur radius in seipsum, eo quod *eqs.* summ. theol. 8,31,2,1 p. 340a,15sqq. quotienscumque ... luna supponitur soli corporaliter et -r, semper et ubique est eclipsis in omnibus locis, ad quae -r extenditur oppositio secundum latitudinem. **3** *per unam dimensionem – in einer Dimension, Richtung:* Albert. M. animal. 20,24 terra ... non nisi descendit dy-r, ignis autem continue ascendit, ... et aqua in uno ascendit et descendit in duobus per rectas dyametros.

***diametricus,** -a, -um. (διαμετρικός) **1** *adi. i. q. rectus – gerade:* Vita Karoli M. 3,12 p. 82,7 facta calculatione luminibus prefatis *(i. sole et luna)* in cauda et capite ecliptici draconis -a dimensione non inventis aliquid grande futurum sensit minitari. **2** *subst. masc. i. q. diameter – Durchmesser:* Herm. Augiens. util. astrolab. 3 his *(numeris praefatis)* iuxta regulam circuli et -i crassitudinem seu diametrum terrae sic comprehendere poteris: *eqs.*

diametron, diametros, diametrum, diametrus *v.* diameter.
diamiconis *v.* 1. dia *p.549,26.*
diamilon *v.* 1. dia *p.549,37.*
diamindolacio *v.* 1. dia *p.547,1.*
***diamirtillum** *v.* 1. dia *p.549,47.*
diamirtinum *v.* 1. dia *p.549,48.*
***diamnascum** *sim. v.* 1. dia *p.552,18.*
diamo *v.* deamo. **diamon** *v.* daemon *p. 4,70.*
diamoro(n) *v.* 1. dia *p.549,40.* ***diampne** *v.* *diabne.
diam(p)nis *v.* daphnis. **diamuscus** *v.* 1. dia *p.549,45.*
diamusreos *v.* 1. dia *p.549,46.*

diana, -ae *f.* **1** *luna – Mond:* Walth. Spir. Christoph. II 1,219 quę *(pecuaria)* pascit sterilis cum sole -a. Gloss. III 606,29 St.-S. -a vel luna, mano. Albert. M. veget. 1,45 poetae dicunt taurum coelestem ... annum aperire et terram evocare in productionem et -am, quam aerem intelligunt esse elementum, obstetricare terrae ad partus emissionem. *ibid. al.* **2** *maga, daemon – Zauberin, Hexe, Dämon (cf. ThLL. Onomasticon. III/1. p. 130,52; M. Bambeck, Latein.-roman. Wortstudien. 1959. p. 17):* Petr. Dam. epist. 112 p. 278,7 audite me, scorta, prostibula, ..., nimphae, sirenae, lamiae, dianae (*inde* Maneg. ad Gebeh. 23 p. 353,40). **3** *concubina, scortum – Konkubine, Dirne:* Gloss. II 677,46 St.-S. Delia, -a vel chebis. **4** *per confusionem i. q. cantus – Lied, Gesang:* Gloss. II 469,67 St.-S. Musa, -a, daz sanhc *(spectat ad Prud. c. Symm. 2,54).*

***dianacardon** *sim. v.* 1. dia *p.547,4.*
dianactis *v.* 1. dia *p.546,57.*
dianantes *sim. v.* 1. dia *p.549,49.*
dianatus *v.* 1. dia *p.547,19.*
***dianestaman(n)us** *v.* *dienestman(n)us.
dianexo *v.* 1. dia *p.547,8.* **diani** *v.* 1. dia *p.551,19.*
dianison *v.* 1. dia *p.547,8.* **diannis** *v.* daphnis.

dianoea, -as *f.* (διάνοια) *gen. sg.* -os: *l.71. metr.* dĭănŏē-: *l.71.*

1 *gener. i. q. cogitatio – das Denken:* Heiric. Germ. I 6 praef. 65 est ... trinitas animae contermina nostrae, qua fit imago Dei: ΝΟΥΣ haec atque ΛΟΓΟΣ, etiam ΔΙΑΝΟΙΑ vocatur. **2** *t. t. rhet. i. q. sententia – Gedanke (de re v. Lausberg, Rhetorik § 602):* Godesc. Saxo gramm. 1 p. 413,18 'misit Moysen servum suum, Aaron quem elegit ipsum' scemata -as est pro eo, quod *eqs.* Carm. var. III C 4,23 quę ... hauserunt *Tullius et Donatus* fontibus imis ..., perspicui Greci ... hęc ... lexeos vocitant et -os.

***diant(h)os** *v.* 1. dia *p.547,10.*

[Niederer]

1. dianus *v.* 1. dia *p.551,19.* **[2. dianus** *v.* diagnosis.]
diaolibanum *v.* 1. dia *p.549,12.*
***diaomiliseos** *sim. v.* 1. dia *p.549,53.*
diaopopanax *v.* 1. dia *p.549,57.*
diaorobum *v.* 1. dia *p.549,59.*
diaoxicratu *v.* 1. dia *p.549,64.*
diapapaver *v.* 1. dia *p.549,66.*
diapason *subst. indecl.* (διὰ πασῶν) *script.:* dya-: *l.21. 30.35.* ?-pos-: *l.37. form.: nom. sg.* -sa: *l.19. abl. pl.* -sis: *l.35.*

diocto, octava – Oktave (de re v. Handwörterbuch der musikal. Terminologie. s. v. diapason): **1** *spectat ad duarum vocum consonantiam:* AUREL. REOM. mus. 6,9 vocatur ... diatessaron prima *(sc. symphonia)*, diapente secunda, tertia -n. HROTSV. Pafn. 1,14 tertia *(symphonia)* -n: haec fit in duplo perficiturque sonitibus octo. TRACT. de fist. org. p. 14 octava *(fistula)* ... sit dupla prime et inter eas simphonia -n. RUD. TRUD. (?) mus. 2,24 p. 90,32 ter tonus it ternis et bis diatessera binis, it diapente tripes et -sa bipes. CAES. HEIST. mirac. II 11,2 p. 269,2 gravibus succinentibus puellares voces ascendebant facientes dy-n. *persaepe. de speciebus octavae:* HIER. MOR. mus. 14 p. 61,16 aut faciendo -n constans ex diatesseron et ex diapente maiori, qui est modus nonus, aut quod dicitur minus -n, eo quod maioris etymologia sibi competat constans ex diatesseron minore et ex diapente minore similiter. p. 61,22 quatuor sunt ... irregulares saltus infra -n, videlicet de octava in octavam cum minus -n, de septima in septimam *eqs.* **2** *spectat ad octo vocum seriem, spatium:* RADBOD. carm. 4,62 usque adeo crescens *(sc. musica caelestis)*, ut ... ter ... sive quater bis dy-n (gloss.: bis -n fit ex quadruplo, ultra quem sonum vox humana non ascendit) agat. HERM. AUGIENS. mus. p. 18,30 -n superius, quia gravibus modulatur vocibus, apte literis insignitur maioribus. ANON. mus. plan. Coussemaker p. 487b huius *(consonantiae ex semitonio et diapente constantis)* species sunt quatuor ... in disparibus proprietatibus vel dy-sis. FROWIN. explan. 4,3 l. 838 acutior sonus laudis sanctae trinitatis multotiens -oson *(sic?)* superans discernitur. *saepius.*

***diapason(t)icus,** -a,-um. *qui octavae est – Oktav-:* HIER. MOR. mus. 21 p. 159,11 cum ... secundum Boetium species -nicae tonos constituant, tot toni fieri possunt, quot diapason inveniuntur in manu. *?una octava transpositus – ?um eine Oktave versetzt:* THEOD. TREV. transl. Celsi 20 illum hymnum ..., cuius initium est 'Te Deum laudamus', ipse *(archipraesul)* primus -tica voce inchoauit et tanti collegii sonoritate honeste finivit, ... quatenus *eqs.*

***diapenidion** *sim. v.* 1. dia *p.549,70.*
***diapeonia** *v.* 1. dia *p.549,65.* ***diapernis** *v.* 1. dia *p.550,1.*
diapente *subst. indecl.* (διὰ πέντε) *script.:* dya-: *l.60.* dia pente: *l.69.*

II *de unitate temporis, quae viginti quattuor horis mensuratur:* **A** *strictius:* **1** *proprie:* **a** *gener.:* PIRMIN. (?) scar. 9 p. 40,16 per quadraginta dees (-bus, -es *var. l.*) usque ad ascensionem ad caelos cum apostolis inter homines in isto mundo ambulavit *Christus*. RHYTHM. 36,7,2sqq. Moyses . . . quadraginta -erum ieiuniorum consecravit ferias . . .; Helias abstinuit continuatis totidem -bus *(de schemate rhythmico v. notam ed. p. 539)*. GERB. (?) astrolab. 8,3 totidem horae reperiuntur per CCCLX partes, quot horae sunt in -e n a t u r a l i (DECRET. Frision. B p. 285[a],17. CHART. Hamb. 774 p. 636,16. *v. et l.39*). ALBOIN. incont. 4 p. 17,23 at ego, si non omnem -em, sed -em inter -em sapio, anathemati subiacere debeo. *al. v. et l. 43.69.* **b** *publ., eccl., iur.:* **α** -es privatus *i. q. feria – Wochen-, Werktag:* CONSUET. Eins. 8 hoc *(sc. quod diurnis horis duo signa feriantur)* fiat tempore aestatis privatis -bus ad tertiam et sextam *(sc. horam)*. VITA Eberh. Commed. 5 suscipiebat . . . privatis -bus septem pauperes, festivis duodecim. CONST. imp. II 427,71 rustici . . . privatis -bus non aliud quam stimulum vel reutil deferant. *al.* **β** annus et -es *i. q. annus completus – ein volles Jahr (de re v. HRG II. p. 288sqq.):* CAPIT. reg. Franc. 134,5 cuiuscumque hominis proprietas . . . commissum in bannum fuerit missa, et ille . . . annumque ac -em in eo banno esse permiserit, ulterius eam non adquirat. BONIZO ad amic. 8 p. 609,23 si quis ante annum et -em ab excommunicatione non fuerit solutus. DECRET. Bern. 22 que *(sc. bona)* burgensis -em et annum in quieta habuerit possessione. *al. v. et vol. I. p. 681,36sqq.* **2** *meton. de animalibus unum -em viventibus:* ALBERT. M. gener. 2,3,5 p. 206,13 quaedam perficiuntur in esse in -e, et corruptio eorum completur in nocte, sicut patet in pisce, qui dicitur -es vel effimera, quia eodem -e naturali moritur et oritur (*item de pisce:* animal. 24,29). animal. 1,98 animalia . . . non habentia sanguinem . . . multis moventur pedibus, sicut animal -es (*cf. p. 490[a],35* ἐφήμερον) vocatum latine, graece autem gyrgyz; . . . -es autem vocatur eo, quod eodem -e moritur, quo nascitur.

B *latius:* **1** *certum temporis momentum, terminus – Zeitpunkt, Termin:* **a** *gener.:* **α** *in univ.:* FORM. Andec. 20[tit.] ingenuitas a -ae p r e s e n t e (20 a -aei p. CHART. Sangall. A 138 a tie p.). LEX Raet. Cur. 9,28 qui minore crimina fuerint detenti, venerabiles -es Pascae in omnibus absolvantur. VITA Desid. Cad. 40 -em . . . annualem deposicionis eius adventantur parentes contractae foeminae *eqs*. CARM. de temp. rat. 781 decimum et quartam -em servate lunae paschalis. ANTIDOT. Berolin. 25 accipit *mulier* ipsis pilolas sub -e menstruae suae ante biduo aut triduo (*sim.* ANTIDOT. Glasg. p. 115,20). WIDUK. gest. 3,10 sponsionem dat *rex* foederis . . . spontanei -em locumque apud urbem Augustanam designans. *saepius.* **β** *de -e mortis:* TRAD. Frising. 419 (a. 819) si in ipso comitatu . . . -es suus eum *(Meginhardum)* prosequeretur. *locut.* -em obire *i. q. mori – sterben:* EINH. Karol. 3 p. 5,20 Pippinus . . . morbo aquae intercutis -em o b i i t (WIDUK. gest. 1,22 p. 34,20 [rec. A] -em extremum. OTTO FRISING. gest. 1,10 p. 26,18. *al.*). **b** *eccl. de -e iudicii novissimi:* WALAHFR. Wett. 789 haec *(sc. pestis)* . . . significat . . . -em mundo properare futurum, terminus ut tandem ponatur in ordine saecli. 791 ecce, -es veniet, nostrum sit quisque paratus. *cf. et p.602,32.* **c** *publ. et iur.:* **α** *de -e causae agendae ('Stichtag'):* CHRON. reg. cont. I a. 1188 p. 138,38 ubi archiepiscopo . . . post plurimos -es ex sentencia prefixos, quos ille supersedit, tandem peremptorium -em sentencialiter posuerat *imperator*. CHART. Pomm. 628 p. 36,4 nos . . . -em ipsis continuavimus usque ad horam -ei terciam subsequentis. *locut.* -es legitimus (-es et lex: *p.604,3*): FORM. Wisig. 21 ut post transitum meum -e l e g i t i m o hanc voluntatis epistolam apud curiae ordinem gestis publicis facias *(sc. filius)* adcorporare (FORM. Marculfi 2,17 l. 8. CHART. Garz. 1 p. 81,32). DIPL. Loth. III. 35 p. 59,27 eis *(villicis et iudicibus)* iure et lege ministeriorum . . . -em et legem abbates constituant. **β** *in -e epistulae ascribenda:* DIPL. Merov. I 71 p. 63,50 data, quod ficit minsis Abrilis -aes tres *(sim.* CHART. Rhen. med. I 8 p. 11,39 facta cartula . . . sub -e, quod *eqs*. CHART. Fuld. B 18. TRAD. Frising. 353. *al.)*. TRAD. Frising. 13[a] actum . . . sub -e c o n s u l e, quod fecit pridie kal. iun. regnante . . . duci Tassiloni anno XII (CONC. Karol. A 16[B]. TRAD. Frising. 23 p. 52,29 -e c. *ibid. saepe [de formula v. Bresslau, Urkundenlehre. II. p. 406 adn. 4]*). **d** *medic. de tempore menstrualis fluxus sanguinis:* BOTAN. Sangall. 40,3 cum . . . femina in suos -es fuerit *eqs*. **2** *tempus – Zeit (saepe usu plur.):* **a** *in univ.:* TRAD. Frising. 183 p. 174,28 (a. 802) habeat ipsas res ipse episcopus ad suam ecclesiam omnibus -bus evindicatas *eqs*. GESTA Neap. 35 p. 421,7 horum -erum Gisulfus dux gentis Langubardorum Benebenti Campaniam . . . vastavit. WIDUK. gest. 1,4 stetit . . . illud foedus inviolabiliter multis -bus. 1,41 erant . . . -es, quibus regnavit *Heinricus*, XVI anni *(cf. Vulg. III reg. 2,11)*. BERTH. (?) annal. a. 1072 p. 275,41 his . . . -bus Mediolanensis aecclesia episcopo decedente aliquamdiu vacat. CHART. Bern. I 4,152 p. 366,34 quum longus -es rei geste memoriam auferre solet *eqs*. *spectat ad hilaritatem, securitatem:* BONIF. epist. 91 p. 208,27 duas vini cupellas . . . transmisimus petentes, ut . . . inde l ę t u m -em cum fratribus vestris faciatis (FORM. Sal. Bign. 16 p. 234,23. *sim.* ADAM gest. 3,5 p. 147,11 bonum -em). **b** *de tempore vitae (de regnandi tempore: l. 35):* **α** *proprie:* CONC. Karol. A 15[A],5 legem, quam habuerunt in -bus patris sui *(i. Tassilonis)* nobiles et liberi et servi eius *eqs*. LIUTG. Greg. 7 p. 73,2 ut bono fine . . . terminare mereretur *Bonifatius* . . . -es suos. TRAD. Frising. 124 p. 135,24 trado *(sc. Folrat)* . . . istam traditionem in beneficio . . . nepus meus . . ., ut a -bus suis concessum habeat. LEX Saxon. 47 ad -es suos dotem possideat *mulier*. EINH. Karol. 17 p. 21,15 per hoc nullo gravi damno . . . Germania a Nordmannis -bus suis adfecta est. THEGAN. Ludow. 7 in senectute bona p l e n u s -erum perrexit *Karolus* in pace (THIETM. chron. 2,18. *al.*; *cf. Vulg. gen. 25,8*). *al.* **β** *meton. de mundo, saeculo:* IOH. METT. Ioh. 93 p. 363,48 quamdiu foris erat, humani -ei latrocinia sollerter attendens secreti sui . . . seculares arbitros esse cavebat *(spectat ad Vulg. I Cor. 4,3)*. CHART. Eichsf. 232 p. 137,1 pro redimenda -ei malitia, cui maxime subiacent, qui se ipsos tueri non prevalent *eqs*. **c** *de aetate:* **α** *spectat ad aetatem puberem, maturitatem:* LEX fam. Worm. 2 quousque haeres . . . ad s u o s -es pervenerit (CHART. scrin. Col. B 816). CHART. scrin. Col. A II 1 p. 140,28 ille *(heres)* fuit infra -es suos et exfestucare non potuit, donec veniret ad -es discretionis sue. **β** *spectat ad senectutem:* WALTH. SPIR. Christoph. II 4,217 implevit . . . sterilem Sara fertilis alvum festinans partum, quamquam sit fessa -erum.

[2. dies *v.* deus *p. 542,6.*]

diesco, -ere. **1** *proprie i. q. illucescere, clarescere – tagen, hell werden (fere usu impers.; person.: l. 58. 62. al.):* CONSUET. Trev. 4 horoscopo . . . si -at, previdente omni cautela dato signo fratres aderunt. VITA Burch. Worm. 23 nocte quadam, antequam -ret (descederet *var. l.*), Dei servus de lecto se erexit. ANSELM. BIS. rhet. 3,1 p. 164,16 eamus oportet, -it. PETR. DAM. epist. 70 p. 317,7 diluculo necdum plenius -ente (discente *var. l.*). RUODLIEB V 574 cum . . . -bat, ambo simul evigilabant *amici*, surgunt *eqs*. YSENGRIMUS 6,110 cerne, -it enim. *al.* *in imag.:* BEBO ad Heinr. II. 1 p. 484,26 omnis hoc credit, cuius mens lucifero sapientiae sereno -it, qui serenissima luce virtutum facere nescit occasum. RUP. TUIT. off. 6,24 sabbato post profundam tristitiae noctem -it nobis post meridiem in summam laetitiae claritatem (*sim.* Ioh. 14,482). CONR. EBERB. exord. 3,3 l. 46 iam . . . huic beato viro nocte adhuc media -bat et ultima nox ipsius sicut dies illuminabatur. **2** *translate i. q. (re)splendere, nitescere – (er)strahlen, glänzen, prangen:* LIBELL. de Willig. 1 p. 744,2 illum . . . facient nova semper memoriae luce -ere, quicunque illum temporaliter degentem videndo meruerunt agnoscere. VITA Ludow. Arnst. 4 quae *(sc. uxor comitis)* non solum tanti viri non degeneraret amplexus,

sed et in futurae sobolis -ret claritate, quicquid morum, quicquid graciae in progenitoribus innatae probitatis cereus promisisset. ALBERT. STAD. Troil. 5,9 floribus et ramis vestita platea -it.

diesis, *acc.* -in (-im), *abl.* -i *f.* (δίεσις) *script.* -ess-: *l.30. form. plur.: gen.* -eon, -ium: *l.21.25. acc.* -es: *l.20.24.32. abl.* -is, -bus: *l.12.23.*

1 *intervallum (minimum) – (kleinstes) Intervall (t. t. mus.):* **a** *in univ.:* REMIG. ALTISS. mus. 494,13 -is divisio toni, quae fit in duas aut in III aut in IIII partes. RICHER. REM. hist. 3,49 consonantias sive simphonias in tonis ac semitoniis, ditonis quoque ac -bus distinguens ... in plenissimam notitiam redegit *Gerbertus*. ALBERT. M. sens. 3,1 p. 78[a],19 in auditu sonus, qui est minima pars ... soni, qui dicitur -is graece, fallit auditum. **b** *quarta pars toni – Vierteltonschritt:* ALIA MUSICA 79 XXIV *(sc. mensuras)* pro tono posuit *Aristoxenus*, XII pro semitonio, VIII pro tertia parte toni, VI pro quarta, quod est -is. ANON. mus. Bernhard I 4 fit ... simphonia, quae vocatur diatesseron, habens duos tonos et semitonium, quod partitur duas -es (-im *var. l.*) in enarmonio. 40 prima *(sc. symphonia)* ... est emitoniorum V ... et est -eon X. SCHOL. Boeth. mus. 1,21,61 constat ... enarmonium genus ex duobus tonis et semitonio; quod semitonium conficitur ex duabus -is. ALBERT. M. metaph. 10,1,7 p. 440,41 semitonium ... duas habet -es sive unum discrimen -ium. *al.* **c** *semitonium minus – kleinerer Halbtonschritt:* ANON. mus. Bernhard I 37 -is ... est sonus semitonio minor, quae limma vocatur. REGINO harm. inst. 9,21 hoc semitonium Phitagorici quidam veteres -in nominabant, sed sequens usus sonum se (semitonio *Macr. somn. 2,1,23*) minorem -ssin constituit nominandum (*inde* RHYTHMIMACH. 15[a],8 -im). WALTH. SPIR. Christoph. II 1,189 ut cum lymmatibus -es produxit epogdous (*sim.* ARNULF. delic. 357 cum -i et limmate). LAMB. mus. quadr. p. 258[a],4 minorem *(sc. partem toni)* appellavit *Boethius* -im, id est minus semitonium. ALBERT. M. metaph. 10,1,4 p. 436,8sq. est 'discrimen' sive differentia, quae vocatur -is, qua vincit tonus semitonium; et ideo -is est iteratum primum in musicis. *al.* **2** *per errorem i. q. positio (vocis), thesis q. d. – Senkung (der Stimme), sog. Thesis:* AUREL. REOM. mus. 19,68 in versibus introituum prima syllaba, id est 'glo', arsin pacietur, exin secunda, hoc est 'ri', -in.

dieta *v.* diaeta. ***dietarium** *v.* *diaetarium.
dietarius *v.* diaetarius. **dietas** *v.* deitas.
dieticus *v.* diaeteticus. **dietim** *v.* diatim.
dieuriticus *v.* diureticus. **diezeusis** *v.* diazeuxis.
difamo *v.* diffamo. **difero** *v.* differo.

***diffacio** (desf-, disf-), -feci, -factum, -ere. (*cf. francog. vet.* desfaire) *form.* defa-: *l.57.58.* **1** *proprie i. q. tollere, destruere – beseitigen, verschwinden lassen, zerstören:* **a** *in univ.:* CAPIT. reg. Franc. 39,7 si ... carta *(sc. libertatis)* non paruerit, sed iam ab illo *(sc. adversario)* ... dis-ta est (*inde* LEG. Lang. p. 507[b],34 -ta). BOTAN. Sangall. 30,6 herba sinicion ... omnes panuculas ... dis-it. BENEDICTIO ocul. (NArch. 13. 1888. p. 667,14) si alba est *macula oculi*, des-ta est; si rubigo est, Deus omnipotens destruet illum. ALBERT. M. summ. theol. II 1,4,1, 1,1 p. 58[a],14sqq. Aristotelis ratio ... est, quod 'illud, quod est, ex quo est omne fieri ..., nec generatum est nec corruptum, nec factum, nec de-tum, sed est ante omne factum esse et post omne de-tum esse' *(hic locus supra p. 186,65 delendus est). al.* **b** *interficere (vel mutilare) – umbringen (oder verstümmeln):* CAPIT. reg. Franc. 20,11 si per odium aut malo ingenio, nisi per iustitiam faciendam, hominem -erit *(sc. comes) eqs.* (*inde* LEG. Lang. p. 586[a],12). **2** *translate i. q. vanum facere, perimere – vereiteln, zunichte machen:* CAPIT. reg. Franc. 39,2 iuret, ⌞qui locum episcopi vel abbatis tenuerit⌟ *(add. pars codd.)*, quod ipse eum *(reum)* ad iusticiam cuiuslibet dis-endam fugire non fecisset (*inde* LEG. Lang. p. 506[a],13 -endam). DIPL. Otton. I. 400 p. 545,16 si ullus de heredibus meis incontra hunc meum iudicatum ... ire, inrumpere aut dis-ere *(sc. praesumpserit).*

***diffactio** (-ccio), -onis *f.* *abolitio – Aufhebung:* RATHER. coni. 16,632 cumque comprehensio mei ..., eleemosynae imperatoris deletio, facti illius -o (-ccio *cod.*) adhuc essent ... in causa.

diffamatio, -onis *f.* *metr.* -ŏ: *l.3.* **1** *divulgatio, diffusio – Verbreitung:* WILLIR. cant. 123,5 p. 30 odoriferi bona -o verbi allicit absentes gratanti aspergine mentes. HILDEG. scivias 1,3 l. 184 ab omnipotente Deo ... vera -o cum iustis sermonibus processit, ubi *eqs.* **2** *maledictio – üble Nachrede:* AESCULAPIUS 43 p. 73,38 quod *(sc. sordes inspicere)* si negligentes aut turpia supradicta contemnamus vel diligentiam non adhibeamus, -is locum incurrimus, ut laesus infirmus et vulneratus pereat. EPIST. divort. Loth. 17 p. 237,12 multo magis cupientes *(sc. Lotharius)* vestro *(sc. Nicolai papae)* documento instrui et ad meliora provehi quam iuxta aemulorum -em in pravitate delectari. LAND. MEDIOL. hist. 3,9 p. 80,5 nunquam iustum inveni, qui per periculosa sacramenta ac pessimam -em malos ad Deum invitos converteret.

***diffamator,** -oris *m.* *qui maledicit, calumniator – einer der schmäht, Verleumder:* DEUSD. c. invas. (MG Lib. Lit. II p. 346,18) de -bus sive detractoribus ministrorum Dei (*item* p. 347,27).

***diffamatorius,** -a, -um. *maledicus, calumniosus – schmähend, verleumderisch:* CHART. Lub. IV 5 p. 8,13 (a. 1278) predicti episcopus, prepositus, decanus ... contra sepedictos priorem, guardianum, fratres et cives libellos -os ... conscribentes *eqs.*

diffamo (disf-, difa-), -avi, -atum, -are. *form.* defa-: *l.32.68. struct. notabiliores: c. gen. criminis: l.62. pendet* ut: *l.56. usu medial.: l.39; impers.: l.33. al. partic. perf. usu subst.: l. 60. al.*

1 *in bonam vel neutram partem i. q. (di)vulgare, diffundere, notificare – verbreiten, öffentlich bekannt machen, verkünden:* **a** *in univ.:* RHYTHM. 87,10,4 mortem eius *(Ioseph)* per tunicam delicta *(sic?)* de-verunt *fratres*. VITA Meginr. 12 ilico ... -atur de morte eius. WALTH. SPIR. Christoph. I 17 unus exivit, qui rem gestam apud regem -ret (-arat *M*). HELM. chron. 72 p. 138,8 fecit *dux* ... verbum hoc -ari et personari in auribus vulgi. WILLETR. Sus. 144 transvolat *fama* ac statim difamat rem triviatim. *saepius. medial. i. q. notum fieri – bekannt werden:* RHYTHM. 4,2,4 Heber ..., a quo coepit Hebreorum -ari populus. *pandere – eröffnen:* ALBERT. STAD. Troil. 6,241 regi Polydamas signum -at, ut illi *(duces)* norint, quo veniant tempore. **b** *gloria afficere, illustrare, praedicare – rühmen, preisen:* COD. Karol. 68 p. 598,15 victorias vobis a Deo concessas praedicantes ac dis-antes. VITA Liutb. 6 in tantum ... capax ingenii fuerat, ut ... veluti daedala -batur. TRANSL. sang. Dom. in Aug. 3 universum per orbem celeberrimus -aris *(sc. Karolus)*. EPIST. Teg. I 24[tit.] comiti A. gloria multimodarum virtutum ubique -to *(sim.* 31[tit.] *al.)*. DIPL. Heinr. IV. 222 si ... fidelium ... nostrorum petitionibus clementer annuere condescendimus, honorem nostrum secularem -ari Deique clementiam nullo modo dubitamus nobis placari. *al. c. nom. c. inf.:* VITA Chrod. 1 p. 553,11 Mettis ... veteres structores nomen rei satis congruens indidisse -antur. **2** *in malam partem:* **a** *de hominibus i. q. maledicere, accusare – in Verruf bringen, beschuldigen:* CAPIT. reg. Franc. 100,1 quae *(mulier)* in opinione adulterii manet aut -atur. THIETM. chron. 6,90 ut regiae potestati resisterent, -antur *Wirinharius et Bolizlavus*. OTTO FRISING. gest. 1,32 p. 50,31 si aliquis ... regem ... offenderit vel etiam de hoc ... non iuste infamatus (-tus *A*) fuerit *eqs*. CHART. Fris. or. 30 p. 25,34 si ... aliquem accusaverint *advocati* de infamia ..., indicetur -to purgatio septima manu fide dignorum facienda. *saepius. convincere – überführen:* ANNAL. Altah. a. 1037 p. 21,2 malitiae suae -tus a pessimo incoepto ... est frustratus *archiepiscopus*. **b** *de consilio i. q. patefacere – entdecken:* ANNAL. Altah. a. 1037 p. 21,7 hoc ... consilio *(sc. regem interficiendi)* -to *eqs*.

adi. **diffamatus,** -a, -um. 1 *infamis, ignominiosus – ehrlos, verrucht:* FORM. Senon. II add. 4,14 falsator est ille factus, excogitator est de-us. 2 *(prae)clarus, celeber – (hoch)angesehen, berühmt:* WILLIB. Bonif. 4 p. 15,4 nomen eius -um est et celebre apud omnes. IOH. NEAP. Ian. 32 p. 881[E] deductum est sanctissimum corpus ... in monasterium -i abbatis. HUGO TRIMB. registr. 199 clarus gramaticus fuit hic Donatus Ieroni-

mi didascolus Rome -us. 3 *expertus, (com)probatus – erprobt, bewährt:* GLOSS. Salern. p. 12a,17 difa-i, comprobati.

diffendo *v.* defendo. **diffenitio** *v.* definitio.

differens, differenter *v.* differo.

differentia (-cia), -ae *f. script.:* defe-: *l.39.* dif(f)ir-: *l.10.*

I *diversitas, discrimen, varietas – Verschiedenheit, Unterschied:* **A** *strictius:* **1** *gener.:* LIBER diurn. 84 p. 96,12 unum Deum propter unitatem essentiae fatemur et trinitatem inseparabilem propter subsistentiarum atque personarum -am doceamus. COMPOS. Luc. T 33 de difi-a exaurationis; diffi-a exaurationis *eqs.* HRABAN. inst. cler. 3,1 l. 12 -am medicaminum contra varietatem aegritudinum. PS. BEDA mund. const. 1,3 dico . . . mundum ex eis *(sc. quattuor elementis)* totis constare ad -am humanorum seu aliorum corporum. ALBERT. M. animal. 18,12 quidam dixerunt, quod causa -ae in sexu est exitus spermatis a testiculo dextro vel sinistro. ANON. IV mus. p. 47,23 nota, quod -a est in modo sonandi *eqs. saepe. v. et p.610, 49. de modo convenienti:* HILDEG. caus. 2 p. 117,3 de ciborum -a in hieme. **2** *t. t. mus. i. q. diffinitio – melodische Schlußformel, Psalmdifferenz:* AUREL. REOM. mus. 8,39 ad discernendas cantilenarum . . . -as. BERNO ton. prol. 10,7 diffinitionem nihil aliud quam -am intellegat *(sc. lector)*, qua initia cantus . . . a sono principalis toni . . . suavi . . . quadam differunt diversitate. GUIDO ARET. microl. 8,27sq. distinctiones . . . dico eas, quae a plerisque -ae (gloss. MC: id est discernentiae) vocantur; -a . . . idcirco dicitur, eoquod discernat seu separet plagas ab autentis, caeterum abusive dicitur (*inde* COMM. microl. 31 p. 127). *saepe. v. et p. 193,14.* **3** *math. de -a duorum numerorum in detractione ('Differenz'):* GERB. epist. math. I 1,1 p. 13,8sqq. si volueris per singularem numerum dividere decenum . . ., -am (gloss.: divisoris, divisionis) a singulari ad decenum per integram denominationem dividendi multiplicabis et articulos quidem propria denominatione et posita -a diminues. PS. BOETH. geom. 504 sumpta -a eos *(sc. numeros)* dividere oportet. 509. ANON. algor. Salem. p. 5,18 -am dicimus, quidquid est inter digitum et X. *saepius.*

B *latius:* **1** *distinctio, segregatio – Unterscheidung, Trennung, Sonderung:* **a** *gener.:* **α** *in univ.:* ALDH. ad Acirc. 9 p. 80,10 metaplasmos . . ., quos talis discretionis -a (defe-*codd.*) dirimit. CONC. Karol. A 36,28 presbyteri . . . utantur orariis propter -am sacerdotii dignitatis. HRABAN. epist. fragm. p. 520,15 -a non debet esse in diversitate nationum, quia una est ecclesia catholica per totum orbem diffusa. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 295,11 nulla . . . inter sanctum et profanum -a erat (*item* a. 1078 p. 313,20). HERM. CARINTH. essent. p. 78,27 causa gignens et efficiens primo loco bimembri -a dividitur. IDUNG. PRUF. argum. dial. 2 l. 1033 abbates, qui . . . omnes fere monachos suos sine -a et sine electione faciunt ordinari presbiteros. *al. per prosop. de virtute discretionis:* HILDEG. epist. 57 p. 136,6 D-a respondit: '*eqs.*' **β** *pars, capitulum – Abteilung, Abschnitt, Kapitel:* BURCH. URSB. chron. p. 77,21 distinguens *Petrus Beneventanus* eas *(sc. epistulas)* sub certis titulis et librorum -is secundum convenientes sententias. **γ** *summa – (Teil-)Betrag, Posten:* CHART. Naumb. 391 p. 350,3 (a. 1196) certa -a reddituum suorum *(sc. ecclesiae)* tam ad prepositum ipsum quam ad usum fratrum pertinentium est diffinita. p. 350, 10 qui de redditibus et eorum -is consequenter annotatis ecclesie Cizensi attinentibus aliquid imminuere et subtrahere modo aliquo attemptaverit. **b** *gramm. de diversis significationibus:* CATAL. biblioth. Becker 37,397 liber -arum Ciceronis. GODESC. SAXO gramm. 1 p. 386,16 iuxta -am Servii nullo modo 'liberetur a noxa', sed 'a noxia liberetur' . . . debet . . . dici. 2 p. 493,7 Agroecius . . . dicit . . .: 'afficimur honore et adficimur iniuria', sed . . . velut superflua videtur haec -a. ALFAN. premn. phys. 6,3 p. 73 -a (*PG 40,634B* διαφωνία) in his *(sc. phantasia, phantaston, phantasticon, phantasma)* circa solam diversitatem nominum facta est. RUP. TUIT. trin. 40,11 l. 442 'divisiones' . . . 'grammaticae artis' . . ., id est partes orationis octo, vocem articulatam, . . ., etymologiam, glossam, -am, barbarismum *eqs. al.* **c** *rhet. de modo argumentandi:* CONR. HIRS. dial. 188 fiunt *(sc. argumenta)* a genere, a specie, a simili, a -a, a contrariis *eqs. (cf. Cic. top. 3,11).* **d** *philos. de diversis speciebus, formis generis:* GUNZO epist. 11 p. 40,19 quid de -a dicendum est, que neque substantia neque accidens dici potest? ANSELM. BIS. rhet. 1,17 p. 134,11 cum . . . omnes species coniunctione duarum aut plurium videantur fieri specierum, sicut homo ex rationabili et mortali; quae quamvis dicantur -cie (-ę *C*), vera tamen racione . . . sunt speties in suo genere. RUP. TUIT. trin. 40,13 l. 861 cum dicit *sancta scriptura* 'pomiferum' sive 'faciens fructum', -am ponit, quae addita generi, scilicet ligno, speciem ligni, id est arborem, constituit. ALBERT. M. metaph. 7,4,1 p. 368,30 si . . . daretur, quod 'genus participaret -is (*p. 1037b,19* τῶν διαφορῶν)' *eqs. saepe.* **e** *iur. de seiunctione bonorum in matrimonio ('Gütertrennung'):* CHART. Biel. 4,9 (ante 1214) in sede nuptiarum dant sponsus et sponsa mutuo res suas, nisi velint interponere -am. **2** *ordo, positio – (Rang-)Ordnung, Bestimmung:* **a** *gener. i. q. status, condicio – Stand, Schicht:* RUD. FULD. Alex. 1 p. 424,23 quattuor . . . -is gens illa consistit, nobilium scilicet et liberorum, libertorum atque servorum. OTLOH. Dion. 13 p. 834,6 quamvis . . . abbas Hildwinus epistolam copiosam de huius sancti viri qualitate et -a scripserit. CHART. episc. Halb. 206 l. 49 testis sit sancta ecclesia, testis sit principum curia et testis sit omnium condicionum -a, testis sit . . . provincia. *adde:* ALBERT. STAD. chron. a. 1224 p. 358,34 episcopus, qui hominis scivit -am, videlicet utrum comes *(sc. Baldewinus)* esset nec ne. **b** *math. de ordine articulorum in abaco ('Ziffernstelle'):* ANON. algor. Salem. p. 2,21sqq. compositus *(sc. numerus)* est ex digito et articulo; igitur sicut numerus infinitus, sic -ae infinitae; est itaque -a unitatum ab uno usque ad IX, -a decenorum a decem usque ad XC *eqs.* **3** *distantia (tonorum), intervallum – (Ton-)Abstand, Intervall (usu mus.):* REMIG. ALTISS. mus. 494,18 'distantiae', id est -ae *eqs.* REGINO harm. inst. 4,15 hanc -am appellant musici intervallum toni, arithmetici vero sesquioctavam proportionem. HERM. AUGIENS. mus. p. 20,4 cum . . . diapente ac diatesseron -a sit tonus *eqs.* ANON. IV mus. 4,1 p. 67,8sqq. -a inter diapason et diapente, quae dicitur intervallum, est diatesseron *eqs. al. de consonantia, harmonia:* CARM. Bur. 92,61,3 vocum -e sunt illic *(sc. in nemore Cupidinis)* invente: sonat diatessaron, sonat diapente.

II *dissensio, controversia, lis – Mißhelligkeit, Zwist, (Rechts-)Streit:* ACTA imp. Winkelm. I 404 p. 351,11 (a. 1248) concedentes *(sc. Fridericus imperator)* ipsis comitibus . . . potestatem . . . elligendi . . . iudicem et rectorem . . ., qui -is et causis vertentibus . . . in dicto comitatu, tam principalibus quam appellationibus, cognoscat, terminet et deffiniat.

III *dilatio, mora – Verzögerung, Aufschub:* HUGEB. Willib. 5 p. 104,25 devote sine thęside -a . . . se pergere spondebat. CAPIT. reg. Franc. 273,29 quicquid eis *(colonis)* carricare praecipitur de opera carroperae, quando illam facere debent, sine ulla -a carricent. MANEG. c. Wolfh. p. 98,11 sine -cia . . . de vicio itur in vicium, ubi eciam peccati causa fit precedens peccatum. BERTH. RATISB. serm. 10 p. 55,34 ille *(sc. diabolus)* . . . recessum eorum *(sc. religiosorum)* impedire conatur dicens: bene in saeculo salvaberis, non omnes ibi damnantur, adhuc -a, utilis eris *eqs. intermissio – Unterbrechung:* BURCH. ARGENT. itin. A p. 59,20 procedens *(Burchardus)* navigando sine -a XL et VII diebus *eqs.*

***differentialis** (-nci-), -e. *diversitate quadam differens, discretivus – einen Unterschied enthaltend, unterschiedlich, unterscheidend:* **1** *adi.:* **a** *gener.:* GUNTH. PAR. orat. 1,3 p. 113C huius -is amphilogiae *(i. 'pro salute animae vel his, quae ad illam prodesse possint')* sensum curemus inspicere. FUND. Walds. 2 (MGScript. XV p. 1089,35) non . . . novit miles principem, quia princeps insignia -cialia deposuerat. **b** *spec.:* **α** *log. de diversis formis generis:* OTTO FRISING. gest. 1,5 p. 17,36 formas, quae ad componendam speciem aut in capite ponuntur, ut generales, aut aggregantur, ut -es, aut eas comitantur, ut accidentales. ALBERT. M. metaph. 3,2,6 p. 121,43 infinitae formae -es. **β** *mus.* tonus -is *i. q. differentia, diffinitio – melodische Schlußformel, Psalmdifferenz:* HIER. MOR. mus. 20 p. 154,15sqq. sciendum, quod triplex est tonus, scilicet tonus artificialis, . . . tonus vulgaris et tonus -is . . .; tonus . . . -is est in fine 'Gloria Patri' finalis inflexio vocis, secundum

quam psalmodi antiphonae decenter coniungitur. 22 p. 160,27 de intonationibus . . . versuum introituum sive de tono -i, quod idem est. **2** *subst. neutr. i. q. character, insigne – (Unterscheidungs-)Merkmal:* GERHOH. (?) tract. II 18 quia -bus propriis ab invicem distincte sunt *personae sanctae trinitatis.*

differo, distuli, dilatum, differre. *script.: praes.:* defe-: *l. 18.25.26.52. al.* deff-: *l.26. al.* dife-: *l.46.p.610,64.* dif(f)ir-: *l. 18. perf.:* dest-: LEG. Burgund. const. I 81,2. dit-: EPIST. Reinh. 94 (cod.). -tull(i): *l.40.p.610,30. al.* -act(us): *l.26. form.: indic. imperf.* -eraba(m): *l.46. perf.: indic.* differu(i): COD. Karol. 58 p. 583,27. *partic.* -fert(us): *p.610, 65. depon.: l.46. usu absol.: l.18.19.21.23; medial.: p.610, 39.43; refl.: p.610,26.29.30. struct. notabiliores: seq. imper.: l.47. pendet* in *c. gerundio: l.63.*

I *sensu originario:* **A** *trans.:* **1** *absol. i. q. haesitare, exspectare, moram facere – zögern, abwarten, sich Zeit lassen:* PIRMIN. (?) scar. 26 p. 60,18 nolite tardare converti ad Dominum et ne diffiratis (deferatis *A,* difiratis *C*) de die in diem. RADBERT. corp. Dom. 14,41 Basilius . . . sanctus non -ens . . . 'baptizavit eum *(Hebraeum) eqs.*' VITA Mathild. II 12 regina . . . nec diutius -lit, sed iter accelerans in Gruona venit. CHART. archiep. Magd. 237 p. 297,15 de reliqua parte bonorum suorum . . . -lit *Otto,* donec videret, si *eqs.* **2** *de rebus:* **a** *strictius i. q. prolatare, producere, reicere – auf-, verschieben:* **α** *in univ.:* LEG. Burgund. const. I 81,1 ut . . . causam . . . -re (deferri, deferre, defferre *var. l.*) non liceat. FORM. Bitur. 16 -cta est . . . res, quae a me petebatur, usque ad adventum presulis. RUP. MEDIOL. Adalb. 10 p. 52,20 qui *(artifices structurae)*. . . consequentiam tractatus *(sc. operis)* -lerunt diei sequenti. THIETM. chron. 7,50 p. 460,25 iter imperatoris . . . ob viae asperitatem -tum est. *persaepe. v. et p.610,33.* **β** *neglegere – verabsäumen, unterlassen (fere c. inf.):* LEX Ribv. 36,2 sin . . . manitus fuerit ad secundo mallo aut ad tertio seu ad quarto . . . usque ad sexto venire -lerit. TRAD. Frising. 1317 si . . . et in quinto *(sc. anno)* dare *(sc. tributum)* -lerit *ancilla.* DIPL. Constantiae 31 mandatum nostrum . . . -lit *archiepiscopus* adimplere. CHART. Tirol. notar. I 427 p. 201,29 si infra octo dies emere -lerit *episcopus. al. pendet* ut: LEX Sal. Pipp. 86,4 si grafio invitatus fuerit et ibidem non venerit, si eum sunnis non detenuerit aut certa racio dominica, et se (si *pars codd. rec. E*) -llerit (-lerit *var. l.*), ut ibidem non ambulet. **γ** *renuere, recusare – ablehnen, sich weigern (fere c. inf.):* CHRON. Fred. 4,25 Bertoaldus . . .: 'nos duo singulare certamen . . . iungamus ad prilium; . . .'; sed haec Landericus facere -lit. DIPL. Arnulfi 95 illos, qui . . . se illius non -unt adhibere servitio. IOH. VEN. chron. p. 151,16 dux . . . pacem . . . facere diferabatur. *c. imper.:* FORM. Augiens. C 19 precamur, ut fratrem ill. mox . . . admittite ne -atis. **δ** *denegare – verweigern, vorenthalten:* EPIST. var. II 20,2 p. 328,42 incongruum ducimus auctoritatis vestrae pio desiderio -ri, quod . . . constat debere largiri. HRABAN. epist. 29 p. 446,30 pontificum scripta continent usque ad sextam vel septimam generationem coniugii usum esse -endum (deferendum *M*). **b** *latius:* **α** *impedire – verhindern:* ANNAL. Quedl. a. 1013 p. 81,47 quod *(sc. quod rex pascham Aquisgranis ageret)* ne fieret, repentina et gravis infirmitas -lit. **β** *(e)vitare, declinare – vermeiden:* GESTA Bereng. 2,49 siti perit alter in arvis, Ungrorum (gloss.: sc. dum) cupit infaustas -re (gloss.: vitare) sagittas. WIDUK. gest. 2,10 rex . . . arma -lit, veniae locum dedit. **γ** *remittere – erlassen, ersparen:* CARM. Teg. 39,38 tempora longa tuo det Christi dextera regno, -at et voto tempora longa tuo *(i. tua vota sine mora adimpleat).* **δ** *praetermittere – übergehen:* AETHICUS p. 88,4 tam difficilia . . ., quaeque et Moyses et vetus historia in enarrando -lit et hic secerpens protulit. **c** *spectat ad notionem verbi intrans. sensu causativo i. q. mutare, differentem facere – abändern, unterschiedlich gestalten (cf. ThLL. V/1. p. 1078,55sqq.): v. p. 610,58.* **3** *de hominibus:* **a** *strictius i. q. remorari, detinere – hinhalten, vertrösten:* **α** *in univ.:* LIUTG. Greg. 3 p. 70 qui *(Bonifatius)* cum venisset, non statim . . . honore sibi condigno receptus est a rege, sed . . . -tus. LAMB. TUIT. Herib. 2,3 p. 209,11 non -lit ulterius amantem *(sc. Eilwardum)* profitens se in supernis perpetuo commorantem. AMADEUS LAUS. hom. 7,162sqq. ut, quo fructu genitrix Regis nostri -ta sit, monstraremus; . . . -rtur mater Domini *eqs.* TRANSL. Conr. Const. 4 pius . . . medicus eam *(mulierem)* diutius non -lit, sed utroque incommodo *(sc. paralysi et caecitate)* . . . liberam tradidit. *al.* **β** *(parcendo) reservare – aufsparen, (vorläufig) schonen:* RHYTHM. 150,206,3 exaudi *(sc. Christus)* me *(sc. Nicaeam)* pro salute meae orantem animae, exaudi nec patiare me -ri (-re *var. l.*) a iudice. WIDUK. gest. 2,31 p. 93,6 caeteri . . . insidiarum conscii in alteram ebdomadam -untur. MEGINH. FULD. (?) Ferr. 14 p. 542^{C} iudex maluit hunc in poenis -ri sperans eius vel fame constantiam flecti, qui *eqs.* EPIST. Mog. 43 p. 389,14 sciatis *(sc. Augustenses)* . . . vos . . . adhuc nostra *(sc. archiepiscopi)* intercessione -tos. **γ** *inhibere – aufhalten:* LIUTG. Greg. 2 p. 68,10 coepit *Gregorius puer* iterum legere velle sicut prius; egregius ergo praeceptor paululum eum -lit et dixit: 'non ita, fili *eqs.*' **b** *latius:* **α** *prohibere, arcere, repellere – fern-, abhalten, zurückstoßen, -weisen:* AGIUS epic. Hath. 480 nos flemus, quae in hac convalle sumus lacrimarum tamque diu a nostra -imur patria. EKKEH. IV. carm. Gall. 7,5 retentant Gallum vepres, diaconus accurrit, lapsans illum -lit. THIETM. chron. 4,52 hic *(sc. Ekkihardus)* se paululum a regni fastigio -tum graviter ferens *eqs.* VISIO Godesc. B 25,1 purgatorium vidit *homo* ignem . . . et requiem sanctarum animarum, que ob sui imperfectionem a celesti regno -untur. *refl. i. q. se subtrahere, se absentare – sich entziehen, fernbleiben:* LEG. Wisig. 9,2,9 p. 374,10 dum aut de bellica profectione se -unt *desertores patriae* aut *eqs.* 12,3,21 p. 450,17 quemadmodum viri earum *(sc. mulierum Iudaeorum)* de presentia se sacerdotali non -unt *(sc. diebus sabbatorum),* ita et ipse *eqs.* FORM. Marculfi 1,32 l. 11 si se non -llisset (-lisset *var. l.*) *proditor.* **β** *profligare, conficere – zugrunde richten:* EPIST. Meginh. 28 p. 225,22 satius sibi visum fuisse causam, in qua aut nichil aut non ita multum vestro iuri decederet, paululum quid -re, quam vos -ri et disperire. **B** *intrans. (medial.: l.39.43):* **1** *divergere, diversum esse – unterschiedlich sein, sich unterscheiden:* AMALAR. ad Hild. 31 duo -unt inter primam feriam et quartam feriam; distat enim resurrectio nostra a resurrectione Domini. off. 1,38,11 quod . . . distat inter Adam et Abraham, hoc oportet -ri (-re *D*) inter doctrinam magistrorum ad catecuminos, qui baptizantur in pascha Domini et in pentecoste. HRABAN. epist. 28 p. 444,21 quoniam . . . diverse sunt voluntates et -unt ingenia. DHUODA lib. man. 4,8,67 inter divites divitum et pauperes pauperum multae -untur sententiae inaequalitatum. ALFAN. premn. phys. 1,14 p. 8 -rt (*PG 40,508*^{C} διαλλάττει) . . . lapis etiam a lapide virtute qualibet. METELL. exp. Hieros. 6,53 nil . . . Salem -re Salimve probi docuere. *saepius. v. et p.607,23. impers. i. q. interest – es macht einen Unterschied, es ist von Bedeutung:* PETR. DAM. serm. 50,3 quia non est divinae virtuti differentia sive in multis sive in paucis vincere, ita etiam divinae pietati nil -rt sive minimis quibusque peccatis sive gravibus indulgere. RUP. TUIT. trin. 5,13 l. 577 nec -rt, utrum Salem an Salim nominetur. 15,20 l. 949 parum . . . -rt in crimine decipere et decipi posse. HEINR. TEG. Quir. II 13 quid -rt vovisse Quirino, reddere Georgio? *saepius.* **2** *variare, alternare – variieren, (ab)wechseln:* ANON. IV mus. 4 p. 73,10 sint CCC cantus vel tenor, incipiendo supra per diapason primis duobus punctis remanentibus, sed non -entibus, et tertius post cum eisdem, sicut ccc acutis, et tunc -endo ultimum sonum per diapente. *ibid. al.* **3** *distare – entfernt sein:* PS. ODO CLUN. mus. p. 280^{b} prima figura, quae voces a se tono et semitonio -ant, edocebit.

II *per confusionem c.* deferre: **A** *devehere, secum ferre – mitführen:* AETHICUS p. 141,19 flumina inrigua arenaque in alequibus locis aurum -rt (difert *var. l.*). p. 106,9 a gignaris nauticis oblatis (ablatis *var. l.*) vel -fertis in nonnullis regionibus *(sc. crystallis; v. notam ed.).* **B** *dirigere, dimittere, deducere – hinschicken, zuführen:* THIETM. chron. 1,6 Heinricus . . . legato ad antistitem concite directo, ut vinctos solveret et ad suimet presentiam -re voluisset, postulavit. ANNAL. Hild. a. 1103 p. 51,14 nisi mira Dei clementia eum *(sc. imperatorem facinorosum)* sufferret et ad poenitentiam -lisset, terra eum vivum . . . obsorbuisset. **C** *accusare – anklagen:* FORM. Senon.

[Mandrin]

II add. 5,10 sicut -tus in falsatura falsator vadit. **D** *tradere – überliefern:* AETHICUS p. 87,3 incipit liber Ethico translato philosophico edito oraculo Hieronimo presbytero -tum ex chosmografia, id est mundi scriptura.

adi. **differens,** -entis. *diversus, alius – unterschiedlich, anders:* OTTO FRISING. chron. 8,31 p. 447,9 quod, sicut in presenti ... proportionaliter, hoc est -i et ordinata participatione, disponimur, sic *eqs.* ALBERT. M. metaph. 10,2,3 p. 444,26sq. alia ... et diversa sunt et largo modo -ia (*p. 1054b,31* τὰ διάφορα), 'quaecumque' secundum 'figuram categoriae' sunt 'alia' et alia, 'specie vero' sunt -ia, 'quorum idem est genus' proximum. CARM. Bur. 56,4,2 -em *(sc. mulierem)* omnibus amo differenter.

subst. neutr. **differens,** -entis. *t. t. log. i. q. diversum, aliud – das Unterschiedliche, Andere:* ALBERT. M. metaph. 5,2,7capit. de modis diversi et -is. 10,2,3 p. 444,56 contrarietas est duorum sub uno genere -ium maxima distantia. *ibid. saepius.*

adv. **differenter.** **1** *diverse, aliter – auf unterschiedliche Weise, anders:* ARNO REICHERSB. apol. p. 115,23 inde benedictiones, inde sancti spiritus in nos emissiones ac divisiones gratiarum extiterunt, -r quidem in nos, gentes, atque populum Iudaeorum. FRID. II. IMP. art. ven. 5 p. 175,10 doceri poterunt omnes alii modi falconum ad airones, -r tamen. ALBERT. M. sent. 4,19,14capit. an Moyses et Aaron fuerunt sacerdotes, et quam -r. veget. 4,134 casus ... foliorum ... -r invenitur in herbis et arboribus sicut et fructificatio. metaph. 7,3,10capit. qualiter -r mathematica et physica concepta sunt cum materia. 11,1,3capit. quam -r utuntur causis physicus et primus philosophus. *ibid. al. v. et l. 13.* **2** *distincte – mit strenger Unterscheidung:* PAULIN. AQUIL. c. Fel. 2,7 l. 26 -ius *(sc. quam per 'Pater noster')* ... solum illum *(sc. Christum)* decet aeterni patris nomen singulariter invocare. **3** *definite, separatim – speziell, unterschieden, gesondert:* EPIST. var. II 19 p. 327,20 -r ac cum integritate sui, quaeque ex eo *(sc. ex revelatione Stephani papae)* reperta sunt, in altero volumine colligas *(sc. Hilduinus).* DIPL. Heinr. II. 116 nos ... predium ... Radesponensi sanctae Mariae monasterio, quod -r inferius dicitur ..., in proprium donavimus.

differtus *v.* differo. **differvesco** *v.* defervesco.

differui *v.* differo.

***diffessio,** -onis *f.* (diffiteri, *cf.* confessio) *infitiatio, negatio – das Leugnen, Abstreiten:* SUMMA dict. Saxon. 10 p. 265,8 quod ... error non facit hereticum, sed erroris -o.

defessus *v.* defetiscor.

diffibulo, -avi, -atum, -are. *(re)solvere – (auf)lösen:* **1** *proprie de pallio fibula constricto:* RUP. TUIT. Matth. 12,1165 ipse *(Christus)* ... -to ac deposito, quod super tunicam amictus erat, pallio ... ministrabat. **2** *translate:* **a** *perturbare, confundere – stören, verwirren, zunichte machen:* VITA Ludow. Arnst. 16 (ASBoll. Oct. XI p. 759B; 1198/1233) ne materiam nostram varius sermo -et. FRID. II. IMP. epist. C p. 107,20 qui *(sc. nepos meus)* nonnumquam cuiuslibet vota -at (dissibulat *var. l.*). *repellere – abwehren:* ALBERT. STAD. Troil. 5,563 illa *(Penthesilea)* perita satis clypeo -at ictum et circumducto sauciat ense virum. **b** *decidere, ad finem perducere – entscheiden, zu Ende bringen:* HEINR. WIRZ. cur. 731 non longe suspendit *papa* opus; ... 'sic ⌞sit', ait, vel: 'non'; sic⌟ *(pars codd.;* sic ... sit *ed.)* res -at (gloss.: i. diffinit) omnes, sic *eqs.* *Mandrin*

difficilis, -e. *script.:* defi-: FRAGM. mul. II 14. TRACT. de caus. mul. 4. difi-: *l. 67. 71. p. 612,58. al.* -iti-: *l. 72.* -cel-: *l. 69. compar.* -ll-: *l. 71. usu subst. passim, e. g. p. 612,2.*

1 *de rebus:* **a** *difficultatis plenus, operosus, molestus, arduus – schwierig, mühsam, beschwerlich:* **α** *in univ.:* BONIF. epist. 10 p. 11,16 audivit *redivivus* horrendum et tremendum et dictu -em gemitum. PASS. Kil. I 8 graviora et -iora (difi- *var. l.*) ... suades ... quam ante. WIDUK. gest. 3,24 quanta sapientia ... vigilaverit *dux*, -e (-ele *var. l.*) est omnimodis edicere. 3,53 fluvium ad transmeandum paludibus -illimum. GERH. AUGUST. Udalr. 1,21 l. 5 cum ... ad -lliores (dificil(l)-, difitili- *var. l.*) vias perveniret. LIBELL. de reb. Trev. 1 p. 99,15 a Plectrude Karolus est captus et longa -ique custodia est detentus. ALBERT. M. cael. 2,2,4 p. 134,2 sicut ... inquisitio -ium est aliquando vituperabilis, ita aliquando est laudabilis. *persaepe. locut. adv.* de -i: CHRON. rhythm. Col. 5,71 si sic unicus horum *(sc. scabinorum)* tam de -i per nos *(sc. plebem)* modo mortificatur *eqs.* *diligens – genau, streng:* CHRON. Mich. praef. p. 1,16 noverit *quisque* -illima observatione quaeque Mosaicae legis amaricata gratia evangelii indulcata, nec crediderit non posse placari Deum, nisi *eqs.* **β** *de oratione sim. i. q. obscurus – schwer verständlich, unklar:* HRABAN. epist. 8 p. 393,28 cum in -illimo l o c o conversans ... tantum occupatus sim, ut *eqs.* (21 p. 428,3). GODESC. SAXO gramm. 2 p. 469,8 interdum ab auctoribus -ior glosa ponitur quam sit ipsum, quod exponitur. EKKEH. IV. bened. I 13,78 pandi -em (gloss.: nimis obscurum) patefecerat *Gregorius* Ezechielem. CONR. MUR. summ. 6,6a p. 435,1 notetur, si scribatur stilo -i et obscuro vel stilo facili, lucido et plano ad intelligendum. **γ** *de pulsu fort. i. q. demissus – viell.: gedämpft, schwach:* PS. GALEN. puls. cod. Vr 33 effimerarum febrium pulsus est simplex et non valde inequalis aut sordidus aut -is. **b** *gravis, magnus – schwer(wiegend), schlimm:* DIPL. Frid. I. 554 quam *(largitionem)* quicumque ausu temerario infringere presumpserit, ... -em imperatorie maiestatis incurret offensam. CHART. episc. Lub. 260 p. 252,10 pensantes subditorum nostrorum ... excessus -es et enormes, qui ... rapinam sacrilegam ... irreverenter commiserunt. *medic.:* THEOD. CERV. chirurg. 3,11 p. 163A scio me *(sc. Galienum)* fistulas -es et profundas sordibus plenas aliquoties curasse. **2** *de hominibus:* **a** *tardus, cunctans, deses – schwerfällig, bedächtig, zögerlich:* AGIUS vita Hath. 8 in amicitiis non aliis quam iustis concedendis cauta admodum et -ior videbatur. OTTO FRISING. gest. 1,52 ut tam gestu quam voce pondus servans, sicut in factis gravem, sic in dictis se ostenderet *Gilbertus* -em. *in imag.:* HEIRIC. Germ. I 6,151 huc pede -i quanquam decurrimus usque, at nunc ulterius temptans intendere gressum materiae novitate premor. **b** *morosus, asper – launisch, mürrisch:* HRABAN. epist. 16 p. 418,10 si indisciplinatis et -illimis rerum dominis propter Dei amorem ... oportet Dei famulos subiectos esse, quanto magis *eqs.* hom. II 27 p. 195D alia editio *(sc. epistolae Petri)* pro 'dyscolis' *(sc. dominis)* '-es' habet. ALBERT. M. eth. II 4,2,10 p. 313a,23 quidam ... excellentium -es vocantur, irascentes in quibus non oportet et magis quam oportet et pluri tempore quam oportet. *al.* **c** *obstinatus, contumax – widersetzlich, unbotmäßig:* INNOC. III. registr. 2,186 p. 353,13 in exequendis illis, que vobis iniungit *Romana ecclesia*, nequaquam vos exhiberetis *(sc. capitulum)* -es vel rebelles. CHART. civ. Erf. 99 in cuius *(annui debiti)* solutione, dum nobis singulis annis pretextu paupertatis fuissent *(sc. conventus Scotorum)* -es et molesti, nos ... unum mansum ... recepimus.

adv. **difficulter** *vel* **difficile** *vel raro* **difficiliter.** **1** *aegre, operose, vix – schwer(lich), mit Mühe, kaum:* COLUMB. epist. 2,8 p. 20,14 complere haec omnia ... circa mundi facultates saepius rixantes et irascentes -illime possunt. VITA Desid. Cad. 24 p. 581,7 infra urbem nullus fere egens erat, nullus, quod cupierat, -lter inveniebat. RATHER. prael. 1,31 l. 1047sq. sunt, qui -lter ... capientes capta fortiter retinent; ... sunt, qui facillime capiunt, -illime amittunt. ANTIDOT. Glasg. p. 113,21 qui hurina difi-e faciunt. OTLOH. quaest. 50 p. 134A tepide viventes Christiani -ius corriguntur quam pagani. HILDEG. phys. 1,85 qui pinguedine et de multis cibis et potibus dumphet, ille tantum anhelitum -iter trahit. *persaepe.* **2** *vehementer – heftig:* PAUL. AEGIN. cur. 179 p. 105,16 tusse ... -lter (*3,32,2* χαλεπῶς) dominante.

difficio *v.* deficio.

difficultas *vel raro* **difficil(l)itas,** -atis *f.* *script.:* defi-: ALDH. ad Acirc. 10 p. 96,18 *(var. l.)* difi-: *p. 613, 2. al.* -filcu-: *p. 613,12.30.*

1 *gener.:* **a** *in univ. i. q. negotium, impedimentum, labor – Schwierigkeit, Umstand, Beschwerlichkeit, Mühsal:* AETHICUS p. 152,9 ut veritatem ob nimiam -ilitatem (-ltatem *V*) paucis favorum criptolis prodere valerem. CAPIT. reg. Franc. 150,4 ubicumque per neglegentiam abbatis ... aliquod vobis -ltatis in

hoc apparuerit obstaculum *eqs*. ANNAL. Fuld. Ratisb. a. 893 p. 122,22 magna cum dificu-e itineris . . . reversus est *rex*. SIGEH. Maxim. praef. p. 230,25 tanta rerum -ltate (-il(l)i- *var. l.*), qua nusquam illaesus evadere valeam. STATUT. ord. Teut. p. 39,10 quod singuli *(fratres)* sua *(sc. indumenta et calciamenta)* soli sine -ltate exuere possint et induere. ALBERT. M. bon. 109 p. 72,84 quod -ltas excludit delectabile in sensu, sed non delectabile in ratione. *persaepe*. *meton. i. q. obstaculum – Hindernis:* THIETM. chron. 7,2 p. 400,9 hic *(imperator)* cum maxima prosperitate et gloria Alpinas superat -ltates. **b** *obscuritas – Unklarheit:* HRABAN. epist. 4 p. 387,30 scias *(sc. frater)* me non -ltati (-ilc- *G*) verborum aut obscuritati sententiarum studuisse. 10 p. 397,6 te *(sc. Frechulfum)* . . . -ltas ulla lectionis non deterreat, sed *eqs*. *ibid. al.* **c** *dubitatio, cunctatio, mora – Zaudern, Zögern, Verzögerung:* LIBER diurn. 15 religiosis desideriis sine -ltate prestari decet effectum. FORM. Augiens. C 14 quas *(preces)* pro vobis . . . ad mundi Regnatorem me fundere absque -ltate scitote. DECRET. Burch. 3,143 qui oblationes defunctorum aut negant ecclesiis aut cum -ltate reddunt. CHART. ord. Teut. (Thur.) 50 illorum *(fratrum)* nobis iterata conquestio patefecit -ltatem in iusticia exhibendo, qui promptus e[s]t pronus ad graciam sperabaris. CHART. Friburg. 106 quod annis singulis . . . nobis . . . viginti modii siliginis . . . sine -ltate census solucione et nomine representabuntur. *al.* **d** *calumnia – Schikane:* DIPL. Heinr. I. 12 p. 49,20 ut . . . coenobium . . . nullius superioris aut inferioris personae -ltate turbetur. **2** *medic. i. q. molestia – Beschwerden:* Ps. HIPPOCR. progn. A 18 u r i n ę -ltas (RECEPT. Lauresh. 3,7. *al.*). RECEPT. Lauresh. 2,104 contra omnes visicae -ltates. BOTAN. Sangall. 3,11 ad stomaco -lcutatem *(sic)*. WILH. CONG. chirurg. 897 inspirandi et exspirandi -ltas. *al.*

difficulter *v.* difficilis.

***diffidatio** (-cio), -onis *f.* (*diffidare) *renuntiatio fidei – Treuaufkündigung, 'Widersagung', 'Widerbot' (de re v. HRG V. p. 1349sqq.):* CONST. imp. II 427,88 (a. 1244) si quis spoliavierit aliquem sine -e, quod dicitur widersagen *eqs*. ACTA imp. Böhmer 978 p. 683,2 cuius *(eventus)* . . . tibi *(sc. archiepiscopo)* coniecturam nulla contra te civium . . . aperta turbacio seu quevis -cio vel tua erga ipsos demerita indicebant. ANNAL. Ianuens. IV p. 148,32 nulla -e (diffcatione *N*) premissa . . . Ianuenses omnes . . . in personis et rebus capti sunt. *al.*

***diffide** *adv.* (*cf.* bifidus, diffindere) *in duas partes – auseinander, entzwei:* EKKEH. IV. bened. I 14,4 frusta capisterii reiunxit *Benedictus* -e fracti; alveoli frusta prece nectit dissociata (*sed cf. Greg. M. dial. 2,1 p. 73,8* cumque ad locum venissent, qui Effide dicitur).

diffidens, diffidenter *v.* 1. diffido.

diffidentia (-cia), -ae *f.* *c. gen. obi.: l.51.57. al.*

1 *gener. i. q. mala confidentia, suspicio, dubium – Mißtrauen, Zweifel:* **a** *in univ.:* BONIF. epist. 91 p. 208,15 detestatio erit maxima sacerdotum et -a ministrorum aecclesiae. RADBERT. fid. 1,1347 de promissis . . . Dei nihil hesitantes -a, sed confortati fide in omnibus constanter Deo gloriam demus. VITA Poppon. 28 p. 312,53 totius -ae caligine exclusa. EPIST. Mog. 31 p. 375,27 si meretrices et publicani nos in regnum Dei precesserunt, que iam -a nobis erit de salute? EPIST. Hildesh. 71 nullius . . . contumacię instinctu aut iuris -cia vocationis vestrę *(sc. imperatoris)* terminum . . . neglexi *(sc. episcopus)*. *persaepe*. *incertitudo – Unsicherheit:* EGBERT. fec. rat. 1,178 (schol.) colonus aliquis sub malo patrono -am habitandi habens casam, quę bene stabat, precipitat et ad dominos mitiores asportat. **b** *trepidatio, cunctatio – Verzagtheit, Ängstlichkeit, das Zaudern:* ARBEO Corb. 18 p. 208,17 cui *(Ansarico)* . . . nihil -ae animi inherere praecipiens, pugionem in manu sumere indigans. VITA Boniti 24 (MGMer. VI p. 132,2) videns vir Dei suorum -am fratrum, blande eos consolari cepit. PETR. DAM. serm. 51,1 evangelica lectio . . . tabescentes animos erigit, pusillanimitatis et -ae frigus excludit. OTLOH. curs. 20 (PL 146, 213[B]) saepe contingit, ut inter multos peritos aliquis sit tardioris ingenii, quod . . . Dominus non tantum propter eius imperitiam vel -am fieri permittit, sed etiam *eqs*. *al.* *expressius i. q. desperatio – Verzweiflung:* ANNAL. Cas. a. 1191 (codd. 4.5 [MGScript. XIX p. 314,48; s. XI./XII.[in.]] quod factum *(sc. quod imperator roccum Arcis violento insultu cepit)* suos in audaciam et nostros inducit in -am. SPEC. virg. 4,574 -a quadam quasi rebus desperatis simulata. **2** *publ. et iur. i. q. renuntiatio fidei – Treuaufkündigung, 'Widersagung', 'Widerbot' (de re v. p.613,35):* GESTA Camer. cont. I A 21 in ipso absolutionis die, qui est ante parasceven, -am domino suo mandavit *Hugo*. ANNAL. Mell. Vind. I a. 1278 p. 709,30 rex Boemie . . . manu valida Austriam ingreditur . . ., quamvis . . . nunquam litteras -cie regi Romanorum premisisset. **3** *theol. i. q. infidelitas, incredulitas – Unglauben:* GODESC. SAXO theol. 12 p. 226,20 pereunt omnes . . . filii gehennae, f i l i i -ae, falsi fratres (RUP. TUIT. Matth. 7,135. *al.; spectat ad Vulg. Eph. 2,2. 5,6*). ODO GLANN. Maur. 39 ut ostenderet Dominus, quantum fides proficiat et -a officiat, *eqs*. *meton. de diabolo:* RATHER. conf. 198 venit ira Dei in filios -ae, id est diaboli, qui ideo vocatur -a, quia *eqs*.

diffideor *v.* diffiteor.

I *strictius:* **A** *praevalente notione separandi, dissolvendi, in partes diducendi:* **1** *proprie:* **a** *gener:* **α** *proscindere, eruere – aufreißen, aufwühlen:* YSENGRIMUS 4,806 Turgius et Sualmo tandem consurgere, nisi vix sua -to membra tulere solo. **β** *promere, detrahere – abzapfen, abziehen:* TRANSL. Chrys. et Dar. 31 (28) cuniculo . . . facto nec parva quidem ex eo *(sc. vase)* -i potuit gutta. **b** *natur. et medic.:* **α** *deducere, egerere – (reinigend) abführen, ausscheiden:* AESCULAPIUS 13 p. 17,17 aliquoties aquam per nares -unt *(sc. catarrhosi).* RECEPT. Lauresh. 1,2 p. 108 -it *antidotum* flegmam frigidam, quae de cerebro descendit in stomachum. 1,29 p. 114 donec venenum -at *(sc. patiens)* per ventrem aut per urinam. ANTIDOT. Bamb. 52 citonatum, qui . . . catarrum calefaciendum -it et tracea stomachi purgat (ANTIDOT. Glasg. p. 149,13 -giret). VITA Eberh. Salisb. II 9 p. 102b,30 miles quidam calculosus . . . sic calculum -it, quod nullam molestiam sensit. TRACT. de chirurg. 405 cum . . . hoc factum fuerit, quod materia sit -ta, linguam bovis imponimus *(sc. apostemati). al.* *exhalare, discutere – ausdünsten, abbauen:* LAMB. HERSF. annal. a. 1074 p. 189,9 hi, qui intus erant, videntes . . . nec ebrietate sola, quae tempore -i solet, sed . . . odiis et . . . furore homines agitari. VITA Theog. 2,16 p. 474,44 priusquam vinum -ret *miser*, amarum mortis poculum epotavit. **β** *conficere, decoquere, purgare – zersetzen, verarbeiten, verdauen, reinigen:* CONVERS. Afrae 6 p. 59,26 animam intra corpus inclusam manducantis et bibentis (bibentes et de-entes *A 1a*). ANTIDOT. Bamb. 36 hii . . ., qui . . . cibum bene non -int (ANTIDOT. Berolin. 39 -unt. ANTIDOT. Glasg. p. 155,42 diierunt). ALFAN. premn. phys. 11,3 p. 87 fit . . . bonus odor ex humoribus in corporibus optime -tis (*PG 40,660A* πεφθέντων). FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 139,4 carnes . . . inceptas -i dat *mater* pullis suis. ALBERT. M. animal. 1,543 numquam aliquid congrue . . . -itur, nisi quod distributum est in partes -entis. 1,608 trahit *splen* turbiditatem sanguinis et -it eam. THADD. FLORENT. cons. 28,13 si . . . non possit *(sc. patiens)* -ire . . . carnes. *saepe.* *spectat ad plantas:* ALBERT. M. veget. 1,83 superabundantiam humoris evocando calor solis terminat et -it et convertit in nutrimentum. 2,90 folii . . . materia est humor aquosus non bene -tus. *saepius.* **γ** *temperare – (zu)bereiten:* EKKEH. IV. bened. II 248 sucum pomorum, siceram, fac, Christe (gloss.: sicera est . . . sucus . . ., qui melle -tus ut vinum inebriat). **c** *techn. i. q. secernere, (e)mundare – (ab)scheiden, läutern:* ALBERT. M. animal. 20,18 quando aurum -itur et decoquitur, ea, quae non sunt de natura auri sicut lapides . . ., separantur ab auro. **2** *translate i. q. dissipare, compescere – zerstreuen, zurückdrängen:* ALFAN. premn. phys. 1,86 p. 21 data sunt homini . . . decem milia virtutum . . . annullare atque -ere (indigere *a. corr. A,* dirigere *P. B; PG 40,532A* διορθοῦσθαι [διωθεῖσθαι *F*]) subdolas eorum *(animalium)* potestates. LAMB. HERSF. annal. a. 1074 p. 187,8 cum iram paululum -isset *(sc. Anno).* **B** *praevalente notione ordinandi:* **1** *proprie i. q. disponere, distribuere, in ordinem redigere – (an)ordnen, einteilen, gliedern:* **a** *gener.:* ALDH. ad Acirc. 6 enigmatum capitula primitus quaternis versiculorum lineis de-ta (-ta, deiesta *var. l.*) . . . carminantur. LAMB. LEOD. Matth. I praef. p. 74,16 quod . . . conscripseram per cedulas dispersum, in libello per capitula -ssi. ALBERT. M. sent. 2,12,1capit. utrum omnia simul facta sint . . ., aut per senarium dierum numerum -ta. HUGO TRIMB. registr. 301 Gwaltherus metrificans Alexandri gesta quedam intermiscuit scripta per -ta. *al.* **b** *milit. i. q. instruere – aufstellen:* WANDALB. martyr. concl. 2,1 his *(carminibus)* -ta micant simul caelestis patriae et militiae agmina *(in imag.).* WALTHARIUS 181 numeratam per latos aciem campos -ssit. *partic. perf. usu subst.:* FUND. Walds. 2 (MGScript. XV p. 1089,32sq.; s. XIII.2/XIV.1) marchio . . . -torum miliciam viriliter provocabat; sed ex adversa acie Gerwicus . . . eciam -torum gloriam affectans precipitavit se viriliter in occursum. **2** *translate:* **a** *perscribere, (in tabulam) congerere, litteris mandare – zusammenstellen, verzeichnen, (schriftlich) niederlegen:* WILLIB. Bonif. 6 p. 30, 2 in quo *(libello)* . . . ecclesiasticae constitutionis iura pontificalibus sunt -ta conventibus. CAPIT. reg. Franc. 185 p. 6,16 qui *(notarius)*, quod ipsi *(episcopi)* invenerint, describat et ipse . . . ea, quae inventa et -ta fuerint, . . . conservet. CHART. Naumb. I 175 p. 155,25 bona, que hic -ta sunt, . . . rata feci ecclesie Buzaugensi in plenam . . . possessionem. *al.* *depingere, delineare – zeichnen, skizzieren:* PS. BOETH. geom. 455 superius . . . -tae descriptionis formula hoc modo utebantur *Pythagorici.* 947 superius . . . -tae formulae in descriptione diverse formatis multifariisque utebantur *Pythagorici* caracteribus. **b** *componere, conscribere – ab-, verfassen:* FLOD. hist. 2,10 p. 155,6 conventiale . . . scriptum -tum . . . reservatur utriusque partis assignatione roboratum. OTTO FRISING. gest. p. 1,7 (epist. Frid. I. imp.) cronica, quae tua sapientia -ssit . . ., suscepimus. *al.* **c** *referre, (e)narrare – berichten, schildern:* IONAS BOB. Columb. 2,23 p. 282,25 cum . . . cuncta . . . in aures praesulis de-isset, placuit beato Honorio regularis series. MANEG. c. Wolfh. 23 p. 105,6 cum in . . . viri hystoria de . . . omnibus plene lucideque -tum sit. *saepius. v. et p.628,67.* **d** *exponere, tractare – darlegen, behandeln:* ALDH. ad Acirc. 10 p. 96,19 ancipitem metricae artis scrupulum luce clarius de-isti (degesisti *var. l.*). BEDA temp. rat. praef. 4 dicebant *fratres* eos *(libellos)* brevius multo -tos (gloss.: expositos et ordinatos; -o id est expono vel extramitto) esse, quam vellent. WANDALB. martyr. comm. 6 hoc . . . gratificum libro videbis -tum breviter tibi sciendi . . . questum. GERB. (?) astrolab. 8,1 hactenus artificialibus horis -tis de aequinoctialibus et inaequalibus deinceps dicam. *al.* **e** *commemorare – erwähnen:* TRAD. Ratisb. 810 p. 385, 35 (a. 1143/48) altario patroni -torum decem denariorum sint obligati *(sc. mulier cum sua parentela).*

II *latius:* **A** *facere, per-, efficere – ins Werk setzen, bewerkstelligen, aus-, durchführen:* GESTA Neap. 16 fecit *episcopus* . . . basilicam beati Laurenti . . . mirificis constructionibus -tam. VISIO Karoli M. p. 293,22 scripturam in eo *(gladio)* -tam lege. HROTSV. Pel. 61 h i s ita -tis simulata pace quievit . . . urbs (Gong. 419. *al.* TRAD. Petr. [FreibDiöcArch. 15. 1882. p. 140,28]). DIPL. Heinr. III. 134 p. 170,2 ecclesiam . . . restauravit *archiepiscopus* . . .; cuius rei ex amussim -ta serie dignum duxit . . . petere, quatinus *eqs. al.* **B** *concipere, decernere – planen, beschließen:* LEG. Wisig. 12,1,3 p. 408,13 ea, que illorum *(episcoporum)* ore nostreque glorie hortatu -ta sunt, in notitiam deducimus singulorum. DHUODA lib. man. 4,5,5 tumorem elationis in mansuetudinis pensum vertendo magnam -ssimus ordinem. HELM. chron. 5 p. 14,6 ad effectum perducta sunt omnia, quae fuerant animo pii principis -ta. **C** *peragere, transigere – verbringen:* AGNELL. lib. pont. 150 p. 375,14 moribus praecipuus vitam -ssit *Felix* honestam. *medial. i. q. transire, effluere – verstreichen, vergehen:* HROTSV. Mar. 85 tandem, -tis bis denis scilicet annis, contigit *eqs.*

adi. **digestus,** -a, -um. **1** *mundus, purus – sauber, rein, gereinigt:* ALBERT. M. animal. quaest. 17,8 p. 292,64 albumen non se habet ad citrinum sicut sperma ad menstruum, sed magis sicut -ior pars menstrui ad minus -am. **2** *conveniens, iustus – angemessen, gehörig:* HROTSV. Mar. 446 cui *(Ioseph)* . . . iudiciis divinis ista iubentur, tempore -o sibi quae fuerant facienda. 630 o r d i n e -o postquam fuit . . . repleta visio pastorum (gest. prol. 1,33).

subst. **digesta,** -orum *vel* **digestum,** -i *n.* (-a, -ae *f.: p.627,2*) *de codice iuris iussu Iustiniani collecti i. q. pandectae – 'Pandekten', 'Digesten':* PAUL. DIAC. Lang. 1,25 p. 63,7 leges . . . intra quinquaginta librorum numerum redegit *Iustinianus* eumque codicem -orum sive pandectarum vocabulo nuncupavit (*inde* SIGEB. GEMBL. catal. 358. ALBERT. MIL. temp. 42 p. 400,28 -um). PETR. CRASS. def. 7 p. 447,18 legislator in libro

[Staub]

-orum ita: '*eqs.*' ROB. TOR. chron. a. 1149 p. 498,40 de codice et -a excerptos novem libros composuit *magister Vacarius*. CHART. episc. Spir. 371 p. 337,30 do ... ecclesię tres libros meos, -um vetus, codicem et decretales. NICOL. BIBER. carm. 164 inter collegas ... codex, -um magnum faciunt tibi festum et decretales.

adv. **digestim.** *ordinate, per ordinem, deinceps – (wohl)-geordnet, in gehöriger Ordnung, der Reihe nach:* HROTSV. Mar. 673 quater denis ... peractis ... -m rite diebus ... factor ... caelorum ... sistitur in ... templo. 651 intrant *reges* ... pueri regalia tecta tenelli haut vario -m picta colore. Gall. I 12,1 dicam -m. Sap. 3,20 quando ... numeri -m disponuntur, primus minor terminus et postremus maior dicitur. gest. praef. 4 quia haec eadem nec prius scripta repperi nec ab aliquo -m (digestum *M*) sufficienterque dicta elicere quivi. TRIUMPH. Remacli 2,19 nostros -m referendo casus tristes sua quodammodo solabatur *cantator* cantilena.

digessio *v.* digestio.

digestibilis, -e. *script.:* diiestivi-: *l.30.* -ę: *l.25.*

1 *sensu act. i. q. digestionem adiuvans – die Verdauung fördernd:* ODO MAGD. herb. 898 -bus semen bene iungitur eius *(ligustici)* omnibus antidotis, quod inest sibi peptica virtus. DIAETA Theod. 43 lupini calefaciunt et nutriunt et sunt -es et ventrem deducunt. 303 austerum *(sc. vinum)* ... -e est citius escas coquendo. 331 vinum nitalum ... maxime ventri -e est. *ibid. al.* **2** *sensu pass.:* **a** *qui (facile) digeri potest – (leicht) verdaulich:* **α** *proprie:* AESCULAPIUS 5 p. 9,18 cibum accipiant *melancholici* levem, sorbilem et -em. RECEPT. Lauresh. 5,1,33 p. 344 iucundissimum cybum exhibebit *antidotum* et -em (ANTIDOT. Glasg. p. 102,14 dii-vilem). PAUL. AEGIN. cur. 65 p. 41,15 cibi triticee sorbitiones aut ˻bene -es˼ (*3,18,3* εὔπεπτοι) et non superflui. 163 cibis calidioribus et -bus (*3,28,2* συμπεττικαῖς [συμπεπτικαῖς *var. l.*]) utendum. IOH. S. PAUL. diaet. 531 lac camelinum ... est minus nutribile et cito -e (digeritur *var. l.*). ALBERT. M. animal. 22,140 est hoc animal *(sc. taurus)* carnis siccae et melancolicae difficulter -is. 23,4 caro avis levior et -ior est carnibus aliorum animalium. *saepius. de plantis:* ALBERT. M. veget. 2,95 aqueus vapor minus -is et minus subtilis ... expellitur. **β** *in imag.:* ARNULF. MEDIOL. gest. prol. p. 109,7 que *(gesta)* qui scire desiderat, legat ...; procul dubio inveniet, unde pascat animum, non cibis lautioribus et copiosis, set sanis ac -bus. **b** *ad digestionem aptus – zur Verdauung geeignet:* ALBERT. M. meteor. 4,1,18 p. 733^{a},1 cum ... dicitur aqua elixabilis, non tamen conceditur esse -is per elixationem. *cf.* *digeribilis.

digestim *v.* digero.

digestio, -onis *f. script.:* de-: *l.57.60.* diie-: *l.58.62. al.* -ssi-: *l.58.59.62.p.628,11. al.*

I *de separatione:* **A** *proprie:* **1** *natur. et medic.:* **a** *detractio, egestio – das Abführen, Ausscheiden:* AESCULAPIUS 41 p. 70,19 disuria vesicae est tarda urinarum -o. THADD. FLORENT. cons. 2,4 evacuatio ... humorum fit precedente -e materie cum ... scirupo. 8,9 premittatur materie -o cum oximelle composito et melle rosato. **b** *purgatio, concoctio – Reinigung, (gute) Verdauung, Stoffwechsel:* **α** *spectat ad anim.:* RECEPT. Lauresh. 2,244 p. 234 electuarium ... Damiani ad -em (de- *cod.*) et dolorem stomachi. 5,13 p. 360 confectio salis ad -em (*sim.* ANTIDOT. Glasg. p. 130,25 sales ad <d>iiess-es. p. 130,36 salis confectio, qui a plures dolores prodest, ad -ssiones). 5,3 p. 354 dabit *(sc. medicus antidotum)* ... ad de-em etiam sanis. p. 101,7 antidotum diatessaro facies ... ad ... esthomaci inflaciones et diiess-es. ALFAN. premn. phys. 32,3 p. 116 si, quae a natura fiunt, voluntaria sint, ut -o (*PG 40,728*^{C} πέψις) et augmentum. MAURUS phleb. p. 24^{a} liquor ... ille *(i. sanguis)* est terciae -is superfluitas. *persaepe. c. notione molliendi, maturandi:* PAUL. AEGIN. cur. 178 oportet ... -i (*3,32,2 p. 217,4* πέψει) empiimatos cooperari cum spongiis calefacientes. **β** *spectat ad plantas:* ALBERT. M. veget. 1,12 quod somno reficiantur *plantae* post cibum calore circa locum -is aggregato. 2,95 expanditur *folium* ad oppositum situm, ne -em, quae fit per solem, impediat. *saepius.* Iob 29,23 qui *(imber)* ... in fructibus debitam complet -em, ne ... amari fiant. **2** *techn. i. q. (e)mundatio – Läuterung:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 144,29 qui *(sc. lapides in fornace calcinaria)* in primis denigrantur, sed, postquam pervenerint ad ˻perfectionem -is˼ (-em perfectam *var. l.*), nigrum minoratur. **B** *meton.:* **1** *excrementum, stercus – Ausscheidung, Kot:* HILDEG. caus. 2 p. 135,5 si -em vel si urinam in se contineret *homo*, ne tempore suo procederent. CHART. Rhen. med. III 1377 p. 993,10 nullus audeat in hospitali circa altare ... -em et urinam portare aut turpem sonum cum ventre facere. **2** *sedimentum – (Boden-)Satz:* PS. GALEN. puls. 285 urina tenuis habens velut limum lividam -em (-ssionem, indigestionem *var. l.*) mortem adesse dicit.

II *de ordine:* **A** *dispositio, divisio – Anlage, Gliederung, Einteilung:* HRABAN. epist. 10 p. 396,32 ex confuso sententiarum ordine quendam ordinem -is ... doctorum sententias ... commiscendo composui. FLOD. hist. 3,18 p. 253,13 scripsit ... Hincmarus ... libellum ex sacris scripturis ... collectum ac triformi -e (HINCM. reg. min. praef. [PL 125,833C] collectione) distinctum. FRUTOLF. chron. p. 34,15 omnes hystoriarum scriptores a Nino ... temporum incipiunt -es. **B** *relatio, expositio, narratio – Ausführung, Darstellung, Schilderung:* EPIST. pont. Rom. sel. II A 1 p. 583,27 ecclesiasticorum gestorum ... rationabili -e prolata si episcoporum ... sententia discordaverit. GERH. STED. annal. p. 199,40 sicut verorum cronicorum testatur -o. FRUTOLF. chron. a. 564 p. 150,31 ad ceptae seriei -em, unde ... digressi sumus, descriptio redeat. **C** *compositio, stilus – Gestaltung, Stil:* IOH. NEAP. Ian. 2 est ... scriptura lepida ... -e contexta. HILLIN. Foill. prol. (MG Script. XV p. 925,12) iam passione beati ... Foillani metrica -e parata ... decrevimus etiam ipsius aliqua reserare miracula.

digestirius *v.* digestorius.

***digestivus,** -a, -um. **1** *adi.:* **a** *act. i. q. digerens, purgativus – verdauend, reinigend:* ODO MAGD. herb. 888 tali *(sc. ligustici)* potu v i s -a iuvatur (1570. *al.* IOH. S. PAUL. diaet. 412). 2115 -um stomachi iecorisque c a l o r e m excitat *cuminum* (ALBERT. M. fat. 2 p. 70,54. veget. 3,37. animal. 1,551. *ibid. al.*). RICHARD. ANGL. (?) anat. II p. 87,35 cibi ... in stomacho per v i r t u t e m -am ... digeruntur (GLOSS. med. cod. Mon. p. 22,22. *saepe*). ALBERT. M. animal. 1,603 kylus ... convertitur in meseraicis aliqua conversione alterationis -ae. euch. 6,3,1,2 p. 413^{b},23 per ... qualitatem -am et subtiliativam et depurativam nutrimentum disponitur. *alch.:* PS. ARIST. interpr. p. 383 maior mundus creatus est ex quatuor virtutibus naturalibus diversis et compositis, quarum prima est appetitiva, secunda -a *eqs.* p. 384 virtus -a seu alterativa est masculina calida et humida et est aer. *ibid. al.* **b** *pass. i. qui (facile) digeri postest – (leicht) verdaulich:* PS. ODO MAGD. herb. 149 prandia sumpta fabae non -a probantur, inflat enim. CONSTANT. AFRIC. theor. 5,15 p. 21b^{v} azimus *panis* sive crudus grossitudinis est nutritivus et duriter -us. **2** *subst.:* **a** *fem. (ellipt.) i. q. virtus decoquens – Verdauung(skraft):* REGIMEN san. Salern. 228 phlegmata purgabit -amque iuvabit *piper*. **b** *neutr. i. q. digestorium – Verdauungsmittel, -hilfe:* SALERN. comp. 12 nocivae materiei remotionem digestio praecedere debet cum -is (digestis *ed.*) et divisivis ...; utendum est -is, ... divisivis, ... expulsivis. 13 de -is: -a sunt alternantia malam qualitatem nocivae materiei; nam -a sunt, quae recte obviant proprietati materiei, unde nocumentum accidit. THADD. FLORENT. cons. 8, 13sqq. quod si -um in substantia syrupata aborreat *(sc. patiens)*, assumat ipsum in substantia trageata ...; hoc autem -o sumpto per X dies purgetur cum pillulis.

***digesto** (deg-, deie-), -are. (digerere) *?macerare, emollire – ?ein-, aufweichen:* CHRON. Ven. Alt. p. 171,10 Cogodones Caprenses manducatores erant similes porcis, de-bant (de-ant, dei-bant *var. l.*) quod enim manducabant.

digestor, -oris *m. ordinator, dispositor – Ordner, einer der geordnet darlegt:* HERM. TORN. rest. 50 -r temporum preclaro stilo digerit bella ac prelia, que Normanni ... habuerunt.

digestorius, -a, -um. *script.:* diie-: *p.629,6.* -tir-: *p.629,5.* -tur-: *p.629,4.* **1** *ad egestionem pertinens – die Ausscheidung betreffend:* VITA Dalm. 6 (MGMer. III p. 547,7) cum iam nullum ad egrediendum aditum in superna corporis parte

poterat reperire, ad -um locum digno sibi adito crudelis inimicus *(i. diabolus)* effertur indeque egressus est. **2** *digestionem adiuvans – die Verdauung fördernd:* RECEPT. Lauresh. 5,13 capit. p. 94,34 confectio s a l i s -i (p. 319 -urii). ANTIDOT. Bamb. 29capit. antidotum -iria. ANTIDOT. Glasg. p. 106,1 antidotum dii-um adest opticus. *subst. neutr.:* RECEPT. Lauresh. 1,2 p. 108 totius commoditatis -um mirificum est *antidotum* (*item* 1,31 p. 118). **3** *qui facile digeri potest – leicht verdaulich:* GLOSS. med. p. 19,6 cibos leves, id est -os.

digestum *v.* digero. ***diggravius** *v.* *dincgravius.

digidus *v.* digitus. **digiro** *v.* digero. **digita** *v.* digitus.

digitalis, -e. *form.* dit-: *l.33.* **1** *adi.:* **a** *ad digitum (-os) pertinens – zum Finger gehörig, die Finger betreffend:* **α** *gener:* BALTH. Fridol. 30 manuum -is connexio . . . corpori debitum non prebebat. HEINR. AUGUST. planct. 263 ex humeris fines per membra petens -es dic finem dextrae fini nichil esse sinistrae. 813 caput, colla, pectus venterque, pudenda, ex humeris totidem sunt *partes* ad finem -em. WIGAND. Waldg. 38 p. 90,13 pustula cepit prodire et ad instar -is articuli surgere. **β** *mus.:* REMIG. ALTISS. mus. 505,13 'horum', scilicet vagorum sonorum, . . . 'alii ΛΥΧΑΝΟΕΙΔΕΙΣ', id est -es, a digito, qui eos pulsat sonos. FRUTOLF. brev. 13 p. 97sq. quarta *(sc. chorda)* lychanos hypaton, id est index vel -is principalium, appellatur . . .; septima lychanos meson, id est index vel -is mediarum, appellatur. IOH. AFFLIG. mus. 13,20 D . . . dicitur lichanos hypaton, id est -is principalium; et dicitur -is quasi discretiva, quia discernit . . . principales a mediis. IOH. AEGID. mus. 6,7 quaedam *(sc. voces)* vocantur principales . . ., quaedam iuxta principales, quaedam -es, quasi segregantes has ab aliis. **b** *spatium digiti habens – fingergroß, -dick, -lang:* **α** *gener.:* LIUTPR. leg. 3 p. 177,12 ante Nicephorum sum deductus, hominem satis monstruosum . . ., cervice -i turpatum. SPEC. virg. 5,721 animal hoc *(sc. locusta)* -e (ditale *a. corr. T¹. T²*) est. ALBERT. M. animal. 18,97 quantitas conceptorum non sufficit ad vitam et concipiuntur -es partus. **β** *geom.:* Ps. BOETH. geom. 542 de unciali . . . et -i mensura melius . . . dicemus. 924. **2** *subst.:* **a** *masc. vel fem. plur. i. q. digitale, digitabulum – (Finger-)-Handschuh:* GLOSS. med. cod. Trev. p. 147,1 chiroteca, idest -es. **b** *masc. i. q. anulus – (Finger-)Ring:* RUODLIEB V 128 quas *(gemmas)* decet inponi reginarum -i. X (XIII) 127 -em ad minimum digitum bene vix . . . convenientem. XIV (XV) 96 sibi *(sponsae)* tres dat gemmatos -es. *ibid. al.*

digitulus, -i *m.* (-a, -ae *f.: l. 53*) *digitus (parvus) – Finger(chen), (kleine) Zehe:* **1** *proprie:* **a** *de -is manuum:* RHYTHM. 149,23 temptabo . . . stupidis tangere corda -is. WOLFHARD. Waldb. 1,17ᵃ illa *(mulier)* . . . curceboldum . . . flexis -is texere coepit. VITA Annon. I 2,1 p. 484ᵃ,60 pontifex . . . dum . . . duobus -is seram leviter concussisset. RUP. TUIT. Matth. 12,352 spiritus . . . mali . . . latera mea fodere coeperunt -is importunis. CAES. HEIST. hom. I p. 72ᵃ quibus duobus -is oculos compresserunt *pueri (i. daemones)*, dormitabant. *al.* **b** *de -is pedum:* THEOD. PALID. annal. a. 983 crucis . . . effigies in pede sinistro -am casu amisit. **2** *in imag.:* ALCUIN. epist. 10 p. 36,4 ut . . . eveniat mihi tempus . . ., quo collum caritatis vestrae desideriorum meorum -is amplectar. RUP. TUIT. trin. 9,3 l. 104 reducto in se -o sine mendacio dicere potuit *Ioseph*: '*eqs.*' *adde:* EPIST. Hann. 37 p. 80,28 numquid . . . fuit assentaneus ille meus -us, videlicet signum tui mihi . . . propositus *(cf. notam ed.)*? **3** *meton. de mensura:* RUP. TUIT. trin. 3,20 l. 856 excisum caput *(sc. serpentis)* cum tribus aut duobus -is vivere et abire perhibetur (*ex Isid. orig. 12,4,43* digitis).

digitus, -i *m.* (-a, -ae *f.: l.69. p.630,32.39; sensu collectivo* -a *n.: l.71. p.630,1.2.4.5. al.*) *script. et form.:* ti-: ALCUIN. epist. 49 p. 93,12 *(var. l.).* deg-: *p.630,6.* did(us): *p.630,25. adde* LEX Sal. Merov. caus. 2,3. dido. *ibid. al.* -idus: FORM. Senon. II add. 3,9. *nom. sg.* -os: *p.630,26. acc. sg.:* -u: *p. 630,28.* -o: *l.65.p.630,25.*

δάκτυλος – *Finger, Zehe:* **I** *proprie:* **A** *de hominibus:* **1** *de -is manuum:* **a** *gener:* VITA Arnulfi 28 -e (-i *var. l.*) . . . pristinam receperunt medelam. VISIO Baront. 15 splendor coepit per eius brachia et -a (-os *var. l.*) radiare. VITA Lamb. Traiect. 4 (MGMer. VI p. 357,10) erat . . . Landibertus . . . statura procerus, faciem degorata . . ., ⌊-a longa⌋ (-is longis, -o longo *var. l.*). VITA Eparch. 15 (MGMer. III p. 557,22) ⌊-a sua⌋ (dignita sua, -is suis, -i sui *var. l.*) palmis . . . fuerunt adfixa. RECEPT. Sangall. I 82 estagno rade et ipsa rasura cum tria -a colligis. 142 torques radices . . . cum -a de pelle. CARM. Scot. I 1,3 Dubthach . . . versus transcripsit . . . tribus de-is. *persaepe. in cognomine:* DIPL. Otton. III. 389 p. 820,14 Iohannes diaconus cognomento '-orum mutilus'. **b** *math. in calculo -orum:* BEDA temp. rat. 20,25 qua sit *luna* aetate, cantato . . . mense et concurrentibus -is apparebit. *al.* SYLL. Sangall. app. 5,68 quę *(mathesis)* numerum in -os transtulit . . . suos. ABBO FLOR. calc. (ed. N. Bubnov, Gerberti opera math. 1899. p. 200,31) singulares reflexis sinistrae manus -is, deceni attribuuntur ipsius articulis. **c** *publ. et iur.:* **α** *in ritibus (cf. Dt. Rechtswb. III. p. 545):* THIETM. chron. 6,76 cui *(Waltero)* . . . omnia profitenti et -o . . . confirmanti . . . respondit *soror*: '*eqs.*' DIPL. Conr. II. 111 fecit abnegationem comes . . . praedii . . . incurvatis -is secundum morem Saxonicum. CHART. Osn. I 138 p. 119,11 investituram -o suo promisit *miles*. CHART. episc. Halb. 138 l. 35 Fredericus . . . venit . . . tradens . . . predia . . . cum elevatione -i. CHART. episc. Hild. I 664 p. 634,38 silvam . . . dimiserunt *fratres* . . . omni iuri . . . l i n g u a e t -o . . . renuntiantes (CHART. episc. Halb. 513 l. 14. *al.*). *saepius. v. et p. 2093,19.* **β** *de laesione:* LEX Sal. Merov. caus. 1,6 si quis mediano dido excusserit. LEX Alam. 57,46 si longissimus -us (-os *var. l.*) in primo nodo abscisus fuerit. LEX Baiuv.5,7 proximum a pollice et minimum -um cum tribus sold. conponat. LEX Sal. Pipp. 26,1 si quis homo . . . ad femina . . . -u (-um *var. l.*) aut manu extrinxerit. LEX Saxon. 13 tres articuli medii medietate conpositionis medici et medii -orum conponantur. *saepius. v. et l.39.* **γ** *de poena:* CHART. Landeshut. 65 (a. 1256) transgressoribus -e amputentur. **d** *medic. et anat.:* RECEPT. Sangall. II 135 capit. p. 40,15 ad contusione -orum et ungularum. TRACT. de chirurg. 1019 splenetica vena inciditur contra minorem -um de leva manu. BRUNUS LONG. chirurg. 1,20,6 p. 118ᴴ quando aliquis -orum manus dislocatur. WILH. SALIC. chirurg. 4,2 p. 27,21 in unoquoque -orum manus sunt tria ossa. *saepius.* **2** *de -is pedum:* LEX Alam. 57 capit. p. 47 (cod. 8) de mano et -a abscisa . . .; de pede et -a pedis abscisa. AESCULAPIUS 47 p. 76,39 podagricos appraehendimus ex . . . dolore pedum inchoante a maiore -o. THIETM. chron. 1,25 cum . . . pareret *coniux* infantem in pedibus -os habentem retortos. LAMB. LEOD. Matth. IV 3 reserata divinitus compede sensim in -os levatus ille *(rusticus)* subtrahitur. *saepius.* **B** *de animalibus:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 8,21 hii *(pelicani)* habent -os pedum coriales. ALBERT. M. animal. 2,25 quaedam animalia . . . habent fissuram pectinis manuum et pedum in multos -os. 14,75 in quolibet pede avium . . . sunt quatuor -i. *al.*

II *in imag., per compar., alleg.:* **A** *in univ.:* ALCUIN. carm. 50,21 exosis . . . tuae -is fert *mors* ostia vitae. WALAHFR. carm. 74,6 tribus . . . fulta membris -isque *(i. litteris, ut vid.)* firma septem . . . adivit . . . domum *syllaba*. WALTH. SPIR. Christoph. I epist. ad Haz. p. 64,3 qualiter ego . . . sub patrum . . . -o ad tuę vocationis manum . . . cucurrerim. IOH. CANAP. Adalb. A 6 p. 10,10 qui *(sc. populus)* . . . nil . . . faciunt, extra quod -us satanę in eorum cordibus scripsit (*cf. p.594,22*). ALBERT. M. nat. bon. 92 p. 38,61 haec *(pericula)* . . . sublevantur tribus quasi -is fortitudinis, qui sunt viriliter aggredi, fortiter sustinere *eqs. al.* **B** *de Deo, Spiritu sancto:* HRABAN. univ. 6,1 p. 160ᴬ -i . . . pro distributione donorum Spiritus sancti in scripturis allegorice accipiuntur. HYMN. Hraban. 13,3,2 dextrae Dei tu *(sc. Spiritus)* -us. HINCM. divort. 12 p. 188,27 quam *(legem)* -o, id est spiritu suo, scripsit *Deus*. BRUNO QUERF. fratr. prol. p. 28,3 nunc opus est -o Dei. ad Heinr. II. p. 100,8 in -o Dei fecimus pacem. DIPL. Conr. III. 184 mox ut cor nostrum mirabili -o tetigit *Spiritus. al.* **C** *locut. adv.* (quasi) -o *i. q. aperte, perspicue – deutlich, anschaulich, 'fingerdeutlich':* BEDA ad Plegu. 3 suadebam . . . -o ostendens, quia Eusebius . . . neque hebraicam veritatem neque LXX translatorum . . . sit editionem secutus. EPIST. Worm. I 57 p. 97,25 si meum non renuitis consiliolum, quasi -o pecuniam monstravero preter vestrum dampnum. HONOR. AUGUST. spec. p. 919ᶜ omnia olim figu-

[Staub]

raliter praecesserunt et nostra tempora quasi -o demonstraverunt. RUP. TUIT. Ioh. 11,2311 quasi -o ... suam ostendens *Christus* dilectionem. *al.*

III *meton.:* **1** *de artificio, opere manuum:* IOH. SCOT. carm. 2,4,12 Palladios aequiperat -os *Yrmindrudis*. EKKEH. IV. cas. 22 p. 58,15 cum omnis orbis cisalpinus Sintrammi -os miretur. 112 prę omnibus ... scriptorum -i efferuntur. *al.* **2** *de mensura:* **a** *spectat ad longitudinem i. q. crassitudo -i – Fingerbreite, Zoll:* GERB. geom. 3,23 p. 63,15 pes habet lineares -os XVI, constratos CXLIV, solidos IV XCVI. EPIST. Worm. I 30 p. 56,22 qualiscumque spissitudinis orbis sit, eam et insuper duos -os ea pars batelli habeat, quę excellit orbem. REGISTR. abb. Werd. 7,6 p. 205,7 ut in lardo III -os habeant *porci*. ALBERT. M. metaph. 10,1,3 p. 435,66 in humidis minimum ponunt *homines* cadum ... et in dimensionibus continuis -um. *al.* **b** *spectat ad capacitatem:* COD. Lauresh. 3661 (c. 800) situlam de melle, quę situla habet IIII munde, -os II. COSMAS chron. 1,40 p. 75,29 ut ... unusquisque ... duos modios quinque palmarum et duorum -orum ... episcopo solveret. HEINR. LETT. chron. 15,5 ille *(episcopus)* ... pro decima mensuram quandam modii, qui esset decem et octo -orum, ... instituit.

IV *translate (usu math.) i. q. numerus singularis – Einer:* WALTH. SPIR. Christoph. II 1,172 corpus numerorum in -os ... disperserat *Geometrica* articulosque. Ps. ODO CLUN. abac. p. 297[a] quidquid infra X est, -us vocatur. Ps. BOETH. geom. 426 nosse ... artis dispicientem, quid sint -i, quid articuli, ... oportet. ANON. algor. Salem. p. 2,19 -i dicuntur I, II, III, IIII, V, VI, VII, VIII, IX; decem, C, M articuli sunt. ALBERT. M. Matth. arg. p. 5,34 ex quattuor -o et decem articulo primo componitur *tesseresedecades*. *al.* *compos.* *quinquedigitus.

digladiabilis, -e. *cruentus, perniciosus, inimicus – mörderisch, verderblich, feindselig:* GLOSS. II 415,45 St.-S. -e discidium freisilih nit. fiantscaft. HUGO FLAV. chron. 1 p. 336,51 tactus ... -i sorte naturae et sciens sibi discidium corporis et animae supervenire ... convocari iussit *Agericus* ... ecclesiae suae filios. p. 348,26. LAUR. LEOD. gest. 9 p. 495,40 inter regnum et sacerdotium ... -is seditio ... surrexerat.

digladior, -ari *vel* **digladio,** -atum, -are. *partic. perf.* -itus: *l. 47.* **1** *intrans.:* **a** *proprie i. q. pugnare, furere – kämpfen, wüten:* LAMB. HERSF. annal. a. 1077 p. 284,27 dum intestinis in se atque in sua viscera odiis saevirent et -rentur *principes*. **b** *translate i. q. contendere, obluctari – ankämpfen, (wider)-streiten:* WALRAM. ad Ludow. (MG Lib. Lit. II p. 287,4; a. 1094/95) qui ex adverso sunt, suis adversum nos eminus -antur ratiocinationibus. **2** *trans.:* **a** *proprie:* **α** *trucidare – hin-, niedermetzeln:* DUDO hist. 4 p. 287,34 (ed. Lair) Hispani rusticanis gentibus -tis (-ti, -itis *var. l.*) conglobato exercitu congrediuntur Northmannis. **β** *transfodere, concidere – durchbohren, zerstückeln:* EKKEH. IV. bened. I 5,44sq. lactes sorberi poterant *pusioli*, non -ari; latior est gladium quam pusio -andus. CHRON. rhythm. Col. 3,69 <...>atur gladio, male -atur. **b** *in imag. i. q. pungere – stechen, verletzen:* EKKEH. IV. bened. I 5,21 in nece parvorum benedicere, parve, tuorum; pignera mactantur, nece matres -antur (gloss.: dissecantur cordibus). *Staub*

diglutio *v.* 1. degluttio.

dignabilis, -e. *clemens, benignus – wohlwollend, gnädig:* FORM. Marculfi 2,42 quesomus, ut nostram extremitatem affatu -i iubeatis ... informare. 2,44 -i ... rescribtu.

adv. **dignabiliter.** **1** *clementer, benigne – wohlwollend, gnädig:* DHUODA lib. man. 4,3,11 Lucifero magno a magno creatore -r creato. **2** *convenienter – auf geziemende Weise:* FORM. Salisb. II 4,10 ut, quidquid ore suggesserit *(sc. servus vester)* -r, et adiutorium ei ... obaudire non renuatis.

***dignamen,** -inis *n.* *clementia, benignitas, gratia – Gunst, Gnade:* HEIRIC. Germ. I 3,142 erectum *(sc. Mamertinum sacerdotem)* praesul miro -e mulcens. 5,111 comminus admotam *(sc. puellam)* miro -e praesul suscipit.

dignanter *v.* digno.

dignatio (-cio), -onis *f.* **1** *clementia, benignitas, gratia – Gunst, Gnade, Güte, Milde (saepe de gratia divina, e. g. p. 593,72.633,5):* **a** *in univ.:* **α** *proprie:* RADBERT. corp. Dom. 1,160 qui *(Christus)* nihil aliud factus est quam Deus caro -e sua, ut habitaret in nobis. DIPL. Karoli III. 61 ut -e nostra ... rem ... roboraremus. WALTH. SPIR. Christoph. II 2,165 Christe pater, cuius primum -o finxit terrigenam hac triplicis animę ratione politum. CONST. imp. I 65 Heinricus ... rex archiepiscopis, ... comitibus et cuiuscunque dignitatis ordini bonae suae voluntatis gloriosam -em. CHART. Basil. A II 204 ob specialem -cionem et dilectionem, quam ad ... episcopum ... habere intendimus *(sc. Rudolfus rex). saepius.* **β** *meton. de persona ipsa:* DESID. CAD. epist. 1,11 invito apostolicam -em vestram, ut *eqs.* MAGING. epist. 1 p. 268,7 notum ... fieri venerandę caritatis vestrae -i desideramus, quia *eqs.* DIPL. Loth. I. 120 p. 277,14 visum est -i nostrae dono ... rerum nostrarum eam *(ecclesiam)* ... promovere. SIGEH. Maxim. prol. 3 exorata ... -e divina *(sim.* DIPL. Heinr. II. 172 Heinricus divinae -is providentia rex. *al.).* WALTH. SPIR. Christoph. I prol. p. 66,4 tu ..., omnis experientię presul, extremo operi tuę -is manum conferens superflua reseces. *persaepe.* **b** *observantia, honor – Wertschätzung, Ehrenbezeugung:* THANGM. Bernw. 52 haec ... dicta consideranti ... patebit, ... quanta superni respectus -o eum assumpserit. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 291,42 cum maxima acceptus -e civium Romanorum *(sc. papa)*. p. 298,25 omni subiectionis et reverentiae -e et conamine acceptissimum eum *(regem)* ... magnificabant *primates Saxonum*. **c** *beneficium – Gnadenerweis:* CHART. Babenb. 65 p. 88,15 (a. 1186) Deus sola -e suę misericordię ... nobis magnam contulit ... gloriam. **2** *dignitas, munus, officium – Würde, Amt:* LEG. Wisig. 6,1,6 in ... preceptis ... eorum, qui iudiciaria ordinatione (-e *R2*) funguntur.

***dignativus,** -a, -um. *dignationis, gratiae causa factus, gratiosus – aus Gnade gewährt, gnadenhalber erfolgt:* ALBERT. M. div. nom. 13,17 p. 442,30 ex hac ... littera *(sc. epistula prima ad Corinthios)* colligitur triplex unitas in Deo, scilicet unitas essentiae ... et unitas personae ... et unitas, quam Bernardus vocat -am, secundum quam Christus dicitur unus in duabus naturis (*v. notam ed.; cf.* summ. theol. I 6,24,1 p. 144, 51). euch. 6,2,1,9 p. 372[b],30 assumptio non est naturalis, sed gratiae, quae vocatur assumptio -a, qua filius Dei dignatus est assumere humanam naturam. summ. theol. I 6,24,1 p. 145,34 dicitur unitas -a, in qua persona aeterna univit sibi hominem.

digne *v.* dignus. **dignetas** *v.* dignitas.

***dignificatio,** -onis *f.* **1** *actus dignificandi, insigniendi, amplificatio – Würdigung, Auszeichnung:* ALBERT. M. eth. I 283 p. 244,53 homo habet magnam indigentiam ex parte corporis et maximae dignitatis est ex parte animae, et ideo circa magnitudinem in -e honorum et emissione eorum, quibus indigentia sustentatur, est specialis difficultatis ratio. 302 p. 259,16 non semper requirit *magnanimus* in supposito aliquam causam -is. **2** *aestimatio – Bewertung, Einschätzung:* ALBERT. M. eth. II 4,2,1 p. 295[a],32 in aliis ... modestia sive temperantia secundum -em suiipsius potius est dispositio virtutis quam virtus.

dignifico, -avi, -atum, -are. *usu refl.: l.61.68. al.* *dignare, dignum habere, ducere – würdigen, für wert, würdig halten:* **1** *de hominibus (de sancti operibus: l.63):* **a** *in univ.:* EPITAPH. var. II 67,3 quem *(Willerum)* bonus a puero nutrivit episcopus Ogo et successorem sibi -vit herilem. ANNAL. Altah. a. 972 apostolica benedictione fiebat -ta *filia imperatoris Graeciae.* ALBERT. M. eth. I 730 p. 623,36 'si multa fiat distantia' ..., 'non' remanet *amicitia,* 'nec' unus '-at' (*cf. p. 1158[b],35* ἀξιοῦσιν) alium amicitia sua. Iob 40,5 p. 474,17 'et esto gloriosus,' hoc est, -a te gloriosis ac magnis. *ibid. al.* *c. sensu praedicandi:* REIN. LEOD. Laur. prol. 64 te ... scriptis quinam queat equiperare, laudibus, ut par est, magnalia -are? **b** *(magni) aestimare, honorare – achten, schätzen, ehren:* BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 299,23 omnibus, qui in regno essent, *(sc. praecepit papa)*, ipsi ... regi oboedirent ... et ... eum ... -rent. ALBERT. M. eth. I 294 p. 253,37 in magnanimitate oportet esse aliquid, quod inclinat ad -andum se. **c** *dignitate afficere, sublimare, insignire – mit Würden versehen, erheben, auszeichnen:* CAPIT. reg. Franc. 298[A],8 p. 443,34 quemcumque illorum *(sc. regum)* recta ratio -verit (significaverit *4*), digno honore suo fruatur. VITA Bern. Parm. II 7 (MG

[Pörnbacher]

Script. XXX p. 1325,34) ipsum in cardinalem episcopum ... consecravit *papa;* ipse ... sic -tus *eqs.* ALBERT. M. pol. 2,1[k] p. 94[b],21 iustum ... civile est, quod aequaliter digni aequaliter -entur. 7,15[i] 'liberum ... nondum ... -tum,' id est, quia adhuc nullam dignitatem adeptus est in civitate. *v. et p.635,65.* **2** *de rebus i. q. iustum, convenientem, debitum putare, exspectare – für recht, gebührend, pflichtschuldig halten, erwarten:* ALBERT. M. eth. I 765 p. 674,56 si 'non potest' reddere, tunc ille, qui 'dedit, non -at', quod accipiat ab eo, 'vel non' -vit 'a principio' sibi dare. 838 p. 705,63 dicit, quod debet *amicus* 'ire ... ad infortunatos', ut eis 'beneficiat' ..., 'et maxime' ad illos, 'qui' sunt 'in necessitate, et non -antibus (*p. 1171[b],22* ἀξιώσαντες)', idest qui hoc non exigunt (*sim.* II 9,3,5 p. 597[a],7). II 8,3,8 p. 554[a],43 -ant *quidam amici* in retribuendo conferri sibi aequale vel plus. *ibid. al.*

***digniloquium,** -i *n.* *(per analogiam ad* breviloquium *sim. formatum)* *dictio digna – angemessene Ausdrucksweise, Darstellung:* RATHER. epist. 2 quod nequivi -o suggerere, satagam parviloquio.

***digniosus,** -a, -um. *dignus, reverendus – (hoch)würdig:* CONR. MUR. summ. p. 155,9 de adiectivis ad papam: ... dignissimus, -issimus, dignitosissimus. p. 156,8 imperator seu rex appelletur: ... dignissimus, -us, dignitosus.

dignitas, -atis *f.* *script.* -net-: CONC. Merov. p. 158,1.9. CHRON. Fred. 4,71. 89. *abl. sg.* -i: FORM. Salisb. I 62 p. 453,34.

I *de statu per se digno:* **A** *spectat ad homines:* **1** *proprie i. q. excellentia, nobilitas, decus, splendor – Würdigkeit, Vortrefflichkeit, Ansehnlichkeit, Zierde, Glanz:* **a** *in univ.:* OTFR. ad Liutb. 112 qui *(sc. theotisce loquentes)* nec historias suorum antecessorum ... commendant memoriae nec eorum gesta vel vitam ornant -is amore. WALTH. SPIR. Christoph. I 11 cum ... tanti viri memorabilis -s per urbem iam divulgata transcurreret. THIETM. chron. 1,10 cum et in filio appareat, quanta eius *(Ottonis)* sit -s. ALBERT. M. incarn. 9 p. 180,35 alia ... nomina sunt -is ipsius *(sc. Christi),* quae multa sunt, secundum quod multae sunt -es eius, scilicet quod vocatur 'altissimi filius' *eqs.* 32 p. 202,76 persona ... est suppositum rationalis naturae distinctum proprietate pertinente ad -em vel naturalem vel moralem. *saepe. v. et p.632,45.* **b** *de hominum congregationibus, institutionibus:* BREV. NOTIT. p. A 3,7 cepit *episcopus* ... ecclesiam construere aliaque edificia erigere ad episcopii -em pertinentia. ADALB. MAGD. chron. a. 957 rex ... abbatiam ... electionis et privilegii dono privatam ... -i pristinae restituit. OTTO FRISING. chron. 7,27 p. 353,6 antiquam Urbis -em renovare cupientes *Romani* ordinem senatorum ... constituunt. *al.* **c** *de corpore:* EINH. Karol. 22 p. 26,25 corpore fuit amplo atque robusto, ... facie laeta et hilari, unde formae auctoritas ac -s tam stanti quam sedenti plurima adquirebatur *(cf. Suet. Claud. 30).* LAMB. HERSF. Lull. 22 p. 336,28 corpus tanti temporis processu terra obrutum nullam senserat corruptionis iniuriam; ... eam membrorum omnium -em ... preferebat, ... ut ipsa eum die expirasse ... crederes. ALBERT. M. summ. theol. II 13,82,2[capit.] utrum corpus mulieris eiusdem vel aequalis fuerit -is cum corpore viri. *al.* **d** *de oratione, stilo:* ONULF. rhet. I praef. quod -s oratoria per duas species, verborum videlicet exornationem et sentenciarum, distribuit. **2** *meton. i. q. vis, virtus – Fähigkeit, Vermögen:* EPIST. Alcuin. app. 2 p. 489,10 anima intellectus, anima voluntas, anima memoria, non tamen tres animae in uno corpore, sed una anima tres habens -es. WOLFHARD. Waldb. 4,8 p. 320,20 visus subito privata est *filia* -e (*sim.* VITA Willib. p. 18,12 luminis). **B** *spectat ad res:* **1** *proprie de his, quae decent, conveniunt, debentur:* **a** *copia, ubertas – Fülle:* HUGEB. Wynneb. 5 magnis ... ab illo *(duce)* ditatus erat donorum -e in regione, in possessionibus atque in aliis pecuniarum opulentia. 6 numquam de bonorum -e elatus. WALTH. SPIR. Christoph. I 5 ad hanc ... lacrimarum -em angelorum unus assistens ... inquit: '*eqs.*' **b** *proprietas, natura, habitus – (Eigen-)Art, Wesen, Zustand:* ODO ARET. ton. B p. 120,8 per deuterum ... -es vel qualitates animi indicere possumus. ANON. mus. Wolf p. 204 in melodiis aliae cursim, aliae morose ..., aliae mansuete ..., prout se habet cantilenae -s, promendae sunt. *al.* **c** *iustum et debitum, modus – Angemessenheit, (gebührendes) Maß:* ANTIDOT. Berolin. 45 si non acceperis mercedes, non des istum antidotum; iste, crede, virtutem, qui multos statim curasset, et ingrati fuerint, non adversus -em gratiae retribuerint, propterea acaristum dicitur, id est sine gratia. RUOTG. Brun. prol. p. 2,16 precepti ... vestri -em ... venerari. WALTH. SPIR. Christoph. II epist. ad coll. qui *(Baldericus praesul)* ..., quod ammonuit, ultra -em sua examinatione probavit. **d** *ratio iusta, honestas – Rechtmäßigkeit, Ehrenhaftigkeit:* BERNH. CONST. damn. 11 Constantia episcopum Carlomannum, qui eam ex inobediencia accusavit, perorata inobedienciae -e quasi infernalem furiam exsufflavit. **2** *meton.:* **a** *bellaria, cuppediae – (feine) Süßspeise, Naschwerk, Leckerei* (*cf. Tobler-Lommatzsch, Altfrz. Wb. II. s. v.* deintié)*:* CHART. Argent. add. 26 p. 21,26 (a. 1224/28) dividat *minister* inter fratres ... placentam et -em. p. 22,13 in festivitate sancti Iacobi apostoli similiter excepta placenta et -e. 228 p. 140,18 in die pentecostes plenum servitium cum carnibus ovinis et porcinis, -e, denariis pullorum et integris placentibus. **b** *t. t. log. i. q.* ἀξίωμα, *propositio – Axiom, Grundsatz, Prinzip:* SCHOL. Boeth. mus. 2,5,35 axiomata dicuntur -es. ALBERT. M. anal. post. 1,3,2 p. 71[b],18 -s est, ut dicit Boetius, propositio, quam propter sui evidentiam quisque probat auditam. metaph. 4,2,1 p. 218[a],11sq. de his -bus, quae in omnibus mathematicis -es vocantur. unit. intellect. 5 p. 452[b],28 tertia ratio est ex conceptionibus communibus, quae -es vocantur. *ibid. al.*

II *de -e collata, concessa, habita i. q. honor – Würde, Ehre:* **A** *proprie:* **1** *in univ. de amplitudine, auctoritate, existimatione sim.:* LEX Baiuv. 2,8[a] (pars codd.) qui *(dux)* decretum regis contempserit, donatum -is ipsius ducati careat. VITA Rup. 4 sanctum virum ... cum omni honore et -e ... suscepit *dux.* LIUTG. Greg. 9 p. 74,10 fuerunt ... de matre eius nati alii filii ... secundum s e c u l i -em minores (TRAD. Ratisb. 667. 848. *sim.* 604 mundi). ALCUIN. epist. 204 p. 338,40 an maior -s sit proprii filii vel adoptivi. THIETM. chron. 6,40 p. 324,6 quod *(sc. sonus campanarum)* etsi casu et non iussu alicuius seu -e mea evenisset. OTTO FRISING. chron. 4 prol. p. 182,3 quod mundiali -e, quae regalia dicuntur, Dominus ecclesiam suam honorare voluit. *persaepe.* **2** *ordo, gradus – Rang, Stand, (Ehren-)Stellung:* FORM. Augiens. A 23 pro salute ... vestra ..., quantum parvitatis nostrae -s sinit, Domini inprecamur. GLOSS. psalt. Lunaelac. 96,8 qui *(angeli diaboli)* de -e angelica ceciderunt. WALAHFR. Gall. 1,25 p. 303,2 mediocri n a t a l i u m -e sum procreatus (AGIUS vita Hath. 2). TRAD. Salisb. I 32 dux ... tradidit unam hobam ... fratribus monasticę -is ... possidendam. CHART. Argent. I 122 p. 101,27 Humbertus natione Longobardus, professione medicus, -e civis Argentinensis. *persaepe. v. et p.632,6.* *remissius i. q. locus – Stelle, Platz:* HERM. CARINTH. essent. 1 p. 86,21 creationi ... idem extitit artifex et instrumentum; in generatione ..., quoniam secunde -is est, aliud sibi adaptavit opifex instrumentum. *al.* **3** *munus, officium, fastigium – (Ehren-)Amt, 'Dignität':* WILLIB. Bonif. 5 p. 24,22 ne sibi tantae -is *(i. episcopatus)* fastigium ... inponeret *pontifex.* HRABAN. epist. 3 p. 386,14 -em ecclesiasticam. ANNAL. Xant. a. 865 non recordantes *episcopi* se ab eo *(papa)* p a l l i u m -is accepisse (GESTA Trev. cont. I 27). CHART. Brixin. 48 (epist. papae) ne, -es ecclesie vestre cum vacaverint, aliquibus nisi ecclesie vestre canonicis ... conferantur. HONOR. III. registr. 261 p. 187,31 quin ... facient *iudex vel iudicissa* omnes liberos terre ... habentes feudum ab eis in principio sue -is iurare fidelitatem ecclesie. *persaepe. v. et p. 593,72. 633,5.* *expressius de ordinatione:* HONOR. III. registr. 261 p. 188,3 infra spatium duorum mensium a die sue *(iudicis)* -is incipientium. CHART. episc. Halb. 657 l. 3 cum ... ante electionis nostre *(sc. episcopi)* -em ... controversia verteretur. **4** *potestas – (Amts-)Gewalt, Befugnis:* DIPL. Karoli III. 34 p. 57,34 non solum imperialem in hoc exercemus -em, verum etiam ad aeternam remunerationem proficuum nobis esse confidimus. DIPL. Otton. II. 42 p. 52,19 nulla cuiuslibet i u d i t i a r i a e -is (*ex* DIPL. Otton. I. 391 p. 533,19 potestatis) persona (*inde* DIPL. Otton. III. 62 p. 469,12. DIPL. Heinr.

[Pörnbacher]

II. 94 p. 119,6. *sim.* DIPL. Heinr. V. [ed. H. Bresslau, Diplomata centum. 1872. p. 102,31]). BERTH. (?) annal. a. 1078 p. 308,46 per episcopos officio et sacerdotali -e apostolica sanctione privatos. *al.* *dicio – Verfügungsgewalt, Oberhoheit:* RIMB. Anscar. 22 p. 48,13 dicentes *episcopi* ... locum ... ad archiepiscopalem -em auctoritate apostolica firmatum nullatenus immutandum. DIPL. Loth. III. 121[b] cum ... ex privilegio antique religionis sue ecclesia vestra *(sc. Casinensis)* ... ad Romanam -em respicere debeat. **B** *meton.:* **1** *de hominibus:* **a** *de persona ipsa:* WETT. Gall. 16 advenientibus pontificibus a r e g i a -e directis (DIPL. Ludow. Germ. 12. *sim.* WIDUK. gest. 1,9 p. 11,10 regalem. *al.*). DIPL. Otton. II. 164 quicquid predii nostra imperialis -s iuris tenere videtur. BERTH. (?) annal. a. 1075 p. 280,10 in Dei et apostolicae -is contemptum. *saepe.* *in allocutione:* LULL. epist. 103 p. 227,8 divinitas excellentiae vestrae -em *(sc. Bonifatium)* ... custodiat. HRABAN. epist. 46 vestrae *(sc. imperatricis)* -i expositionem libri Hester reginae transmisi. EPIST. Teg. 81 quod -i vestrae *(sc. episcopo)* non possumus dignum servitium praebere. *saepe.* **b** *homo dignus, -e praeditus – Würdenträger:* WILLIB. Bonif. 4 p. 15,5 nomen eius ... celebre apud omnes tam seculares -es quam ... ecclesiastici officii ordines habebatur. COD. Lauresh. 3006 p. 254 si quis ... contra hanc donationem ... venire temptaverit, eidem ecclesie persolvere cogatur legem ecclesiastice -is triplicatam. LAMB. HERSF. annal. a. 1056 p. 69,20 tam laici quam aecclesiastici ordinis -es. *saepe.* *sensu collectivo i. q. collegium, coetus (dignus) – Gremium, erlauchte Schar:* RIMB. Anscar. 12 p. 34,19 per manus Drogonis Mettensis praesulis et summae sanctaeque palatinae -is tunc archicappellani. THANGM. Bernw. 54 hinc pauperum ... turba ... patrem se amisisse proclamat, hinc patriae defensorem ... tam nobilium -s quam plebium humilitas ... subtractum esse deplorat. VITA Liutw. 11 ut ... populi cum procerum -e ... Lutwinum sibi pontificem eligere viderentur. CHRON. reg. a. 1143 (rec. I) rex pentecosten ... celebrat coadunata principum tam Baioariae quam Saxoniae -e. CONR. EBERB. exord. 1,32 l. 144 huic *(abbati)* ... decedenti tota Romanae curiae -s astitit, ita ut ipse ... domnus papa *eqs. al.* **2** *de rebus:* **a** *praebenda, precaria, feodum – Pfründe, Lehen:* **α** *de beneficio ecclesiastico:* CHART. episc. Misn. 122 p. 112,32 (a. 1241) cum ... ex adunatione ... plebanatuum unius praepositurae -s resultasset *eqs.* CHART. Lux. VIII 110 p. 122,23 secundum mandatum ... de aliqua -e, personatu seu officio in ecclesia Treverensi conferenda. CHART. Traiect. 1865 ecclesiastice persone ... in -bus seu personatibus constitute. CHART. Aschaff. 99 p. 260,22sq. nos ... tenuitatem proventuum -um vestrarum ... intuentes et ... pensantes, ut ipse -es vestre ... cum vacarent *eqs. al.* **β** *de feodo regali ('Regallehen'; de re v. J. Fried, DtArch. 29. 1973. p. 481):* BURCH. URSB. chron. p. 49,11 milites ... Teutonicos in -bus Italie constituit *imperator*, nam ... Bideluphum ducem Spoleti effecit *eqs. cf. p. 634,39.* **b** *possessio – Besitz(ung):* DIPL. Heinr. II. 483 cum omnibus ad eum *(principatum)* iuste pertinentibus comitatibus ... ceterisque ... -bus. CHART. Altenburg. 45 p. 35,12 Fridericus burgravius ... predium evicit et ad -em feudi sui ... pertinere debere conprobavit. CHRON. Erf. mod. II a. 1276 p. 276,23 papa excommunicavit ... omnes presumptuose possidentes redditus et possessiones imperii Romani ..., sicut Odoacker ... et Karolus ... iniuste municiones et -es ac terras imperii multas tenent. *al.* **c** *ius, praerogativa, libertas – Vorrecht, 'Freiheit', Privileg:* DIPL. Otton. I. 302 ut hoc firmum ... per omnes nostri nominis et ordinis -es permaneat. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 294,41 quos *(Longobardos)* ipse *(rex)* ex quibusdam pauperibus in tam magnos dominos sublimatos extulerat, -bus et beneficiis ipsorum eos a se gratanter et munerandos, dignificandos, ut fidelissimis suis promiserat. p. 295,25. DIPL. Heinr. IV. 234 p. 295,35 eandem *(sc. ab antecessoribus concessam)* ... sancte ecclesie -em conservantes *eqs.* ACTA imp. Winkelm. I 223 p. 206,41 concedimus ... Iohanni comiti ... omnia privilegia, -es, libertates et bonos usus habita ab antecessoribus suis. *al.*

***digniter** *v.* dignus.

dignitor, -ari. *dignari – würdigen:* THIETM. chron. 6,46 p. 330,37 Deus omnipotens humanam fragilitatem sepe -atur *(1,* dignatur *ed. ex 2; cf. N. Fickermann, JbGeschMitteld. 6. 1957. p. 71)* visitare.

dignitosus, -a, -um. *amplus, spectabilis, dignus – ansehnlich, würdevoll, würdig:* ALDH. virg. I 54 p. 312,15 quorum *(sc. duorum)* prior *(i. Abel)* ... propter -am innocentiae palmam ... divinis conspectibus holocaustomata ... offerre promeruit. *de usu in allocutione: v. p.633,22sq.*

digno, -avi, -atum, -are *vel* **dignor,** -atus sum, -ari. *script.:* dingn(or): ACTA imp. Winkelm. II 67 p. 65,20. din(or): LEX Baiuv. 13,2 *(var. l.).* *form.:* *praes.:* *inf. pass.* -rier: HROTSV. Mar. 524. *coni. vel imper.* -imini: CHART. Rhen. med. I 42 p. 49,4. FORM. Sangall. I 1. *coni. imperf.* -neretur: *l.44. adde* ARBEO Corb. 21 p. 212,12. Emm. 40. *cf.* FORM. Sal. Lind. 3 -eretis (-ret *var. l.*).

adv. **dilucide.** **1** *gener. i. q. clare, perspicue – klar, deutlich, verständlich:* HETTI (?) interr. p. 88,35 legi *(sc. collationem symboli)* ... quamquam sub brevitate, tamen -e. HERM. AUGIENS. util. astrolab. 1 p. 405[A] cuius *(instrumenti)* mensuram ... -e ... tentabo describere. ACTA imp. Winkelm. I 374 quam nitenter laboraverit nostra serenitas, opera nostra -e demonstrarunt. *saepius.* **2** *publ. i. q. aperte, publice – öffentlich:* CHART. Livon. A 427 (dipl. a. 1271) tenore praesentium -e protestamur (*sc. rex; sim.* CHART. Traiect. 1854. *ibid. al.* [*cf.* 1820 protestamur publice]).

***dilucubro,** -are. **1** *illustrare, celebrare – verherrlichen, auszeichnen:* THEOD. TREV. mirac. Celsi 8 quod ... Christus ad elucubranda (-anda *var. l.*) famuli sui dilecti Celsi merita gloriosa exercere dignatus est. **2** *emendare, corrigere – berichtigen, verbessern:* EPIST. Hann. 105 p. 174,24 vitam *(sc. s. Annonis)* ... vobis *(sc. Meinhardo)* -andam (-cru- *cod.*) et exquisitiore sapientię artificio expoliendam transmisimus *(sc. Reginhardus).*

diluculum (del-, -lic-, -col-), -i *n.* **1** *proprie i. q. (prima) lux, crepusculum solis – Morgendämmerung, Tagesanbruch (remissius i. q. matutinum – Morgen: l.67.70):* BONIF. epist. 10 p. 15,9 primo -o (ERMENR. Sval. 10 p. 161,14 -o [-iculo *var. l.*]. *al.*). ANNAL. Xant. a. 859 terrae motus factus est ... tredecies ante -um. THANGM. Bernw. 29 ad synodum in ... aecclesiam sequenti -o invitat *(sc. vicarius archiepiscopum).* WOLFHER. Godeh. II 29 p. 214,16 summo -o (ANSELM. GEMBL. chron. a. 1117 p. 376,48. *al.*). UNIBOS 113,3 mortuę *(coniuges)* pręsentantur ecclesię orto tristi -o. ALBERT. M. Iob 41,9 in -o ... immixtum tenebris micat lumen. *al.* *abl. sg. pro adv. i. q. mane – (früh)morgens:* IONAS BOB. Columb. 1,19 p. 189,12

[Gansweidt]

de-olo ad virum Dei properant *(sc. Theudericus et Brunichildis)*. GLOSS. I 106,9 St.-S. de-olo (de-o, -o *var. l.*) fro. HYMN. Hraban. 10,8,1 surgit -o a sopore mortis salvator. EKKEH. IV. bened. I 26,121 nemo solet fari tam mane (gloss.: -o) aliquem debriari. *saepe.* **2** *meton. i. q. dies – Tag:* CARM. de conc. mens. 1,3 Ianuarius, December et Augustus pariter ... ter ... deno terminantur ac uno -o.

***diludio,** -atum, -are. *differre – aufschieben, vertagen:* TRANSL. Dion. Ratisb. epist. p. 354a,46 ut ..., donec paululum ira conquiesceret, causa -retur. prol. p. 355a,58 diu opus ... -tum iam tandem tempus monet incipiendum.

diludium, -i *n.* *(in schedulis nostris tantum usu plur.)* **1** *mora – Rast, Pause:* TOMELL. hist. 13 (MGScript. XIV p. 155,42; c. 1070/84) eo res processit, ut duellum ab eo *(milite)* ante -a sine dilatione posceret *Winthericus*. METELL. exp. Hieros. 2,429 quibus *(Francis)* ... locus ... habitacula prebet per bis binarum -a leta dierum. *dilatio, prolatio – Aufschub:* TRANSL. Dion. Ratisb. 13 p. 361a,59 Dagobertum poenis extorrem usque in diem iudicii per -a ... martyri tradidit *(sc. Deus)* reservandum. **2** *ludicrum, delectamentum – Kurzweil, Vergnügen:* ANSELM. LEOD. gest. 60 ille *(Wazo episcopus)* ... iocunda nonnumquam seriis rebus solebat laxare -a. CARM. Bur. 60,5b,4 modo -a quesivique gratiam. **3** *illusio, ambages – Täuschung(smanöver), Ausflüchte:* YSENGRIMUS 1,283 ignorante viro, per tot -a (dilucida *B*) cursus tricantem *(sc. Reinardum)* dubios certius unde petat. **4** *ludus, exercitium – Wettkampf, Übung:* SIGEB. GEMBL. Theod. 2 in sanctae Coloniensis ecclesiae gimnasio per diutina -a liberali tyrocinio est exercitatus *eqs.*

diludo *v.* deludo.

diluo *vel rarius* **deluo,** -lui, -lutum, -ere. **1** *proprie vel in imag.:* **a** *abluere, lavare, purgare – (ab)waschen, reinigen:* **α** *gener.:* CONVERS. Afrae 1 illius *(Salvatoris)* ... sanctitas omnes sordes eius *(turpissimi tactus)* diluit adque mundavit. BEDA hist. eccl. 4,17 p. 245,27 cum ... abbatissa intus cum paucis ossa elatura et dilutura intrasset. MAPPAE CLAVIC. 33 diluis *(sc. aurum)*, quamdiu nigrum fuerit, et fundis *eqs*. VITA Cunib. B 1 duro subiugatur servitio, ... ut calceamenta abstraheret ac di-ret. CARM. imag. 22b,57v,1 hos *(pedes)* lavat *Christus* exterius, qui pectora deluit intus. METELL. Quir. 1,39 lectum *(aurum)* diluitur de patriis aquis *(cf. Prud. perist. 2,189sqq.)*. *saepe.* *de baptismo:* ALDH. virg. II 1136 flagitium sceleris baptismi diluit (de- *var. l.*) unda. HINCM. divort. 6 p. 157,33 hoc est diluvium, quod et baptisma, quo peccata omnia diluuntur *(sim.* GODESC. SAXO theol. 11 p. 222,7. *saepius)*. **β** *eccl. i. q. baptizare – taufen:* VITA Amand. 17 (MG Mer. V p. 441,18) ut filium ipsius *(regis)* sacro dignaretur dilui (-ere, deluere *var. l.*) fonte. MILO carm. 1,6,1,64 Matheus Aethiopas ... ut Geon eximius sacrato deluit (di- *var. l.*) amne *eqs*. 1,6,2,304. *al.* **b** *(dis)solvere, resolvere – (auf)lösen, verwischen:* WALAHFR. hort. 225 radicis ramenta tuae *(sc. gladiolae)* siccata fluenti diluimus (commiscemus *L*) contusa mero. DHUODA lib. man. 10,6,26 agios magne, eius *(sc. Dhuodae)* dilue vincla. VITA Heinr. IV. 1 p. 9,11 madent fletu litterae et, quod notat manus, diluit oculus. *al.* **c** *delere – vernichten, zerstören:* LEG. Wisig. 7,5,2 si quis ... veram *(scripturam)* ... disruperit vel designaverit aut (deleverit vel *add. V2*) diluerit. WALTH. SPIR. Christoph. II 3,172 diluet hęc *(simulacra)* hominum inventis inimica vetustas. ACTA imp. Winkelm. I 127 p. 107,18 eis *(locis venerabilibus)* munimenta, que vetustas non diluit, ... indulgent (*sc. homines; item* 226). **2** *translate i. q. tollere, exstinguere – aufheben, zunichte machen, tilgen:* **a** *in univ.:* WALTH. SPIR. Christoph. II 3,61 thoracem galeamque ... portende *(sc. Pater)* ... faucibus invidiae, pactum quę diluit omne. DIPL. Loth. III. 37 ne ... successus temporis iusticiam hanc coram nobis iuste diffinitam diluat. CHART. Basil. C I 329 p. 240,13 ne ... contractus ... oblivionis umbraculo in posterum diluatur. *de peccatis:* CARM. var. III 77,4 hunc ego, Ratherius, pro te quia ferre laborem suscepi, probra delue, Christe, mea. METELL. Quir. 1,61 indulge precibus, crimina dilue. *saepius.* **b** *luere, expiare – büßen, sühnen:* WALTHARIUS 1078 quam *(culpam)* ... impensis tibi *(sc. Haganoni)* ... benefactis diluo *(sc. Guntharius;* de- *var. l.)*. RATHER. conf. 39,1554 magis ... orationi et fletibus ob talia, quae scriptitas, deluenda fuerat instandum quam *eqs.* LAMB. LEOD. Matth. I 1001 est ... decens, ut, qui fuerit vicii ... suasor, diluat et vicium. *al.* **c** *ulcisci, vindicare – rächen, ahnden, (be)strafen:* WIDUK. gest. 3,72 ad ... dedecus diluendum ... viros ... mittit *imperator* in Calabriam. WALTH. SPIR. Christoph. II 6,154 hoc capitale scelus hęc crastina diluet hora. *al.* **d** *refellere, redarguere – widerlegen, entkräften:* CHRON. Mont. Ser. a. 1225 p. 224,39 ea, que de novo adiecta fuerant, facile diluit *praepositus*.

adi. **dilutus,** -a, -um. *integer, purus – lauter, rein:* HERM. AUGIENS. vit. 165 satagetis *(sc. sorores)* ex hinc -am ducere vitam pure, fructifice praenitideque.

dilusio *v.* delusio.

diluvialis, -e. *ad diluvium pertinens – zur Sintflut gehörig:* GERHOH. aedif. 1 p. 1196C malorum numerus velut aquae -es super terram crescunt et multiplicantur. *diluvio effectus – durch die Sintflut verursacht:* PETR. DAM. epist. 153 p. 65,21 quorum ... a -i naufragio neuter *(sc. qui a fratribus discordat et qui veritatem amicitiae non conservat)* eripitur, quia duplici caritatis bitumine ... non munitur *eqs.*

adv. ***diluvialiter.** *modo diluvii – sintflutartig:* BENZO ad Heinr. IV. 2,1 p. 192,4 denegata est eundi facultas pluviis -r irruentibus.

diluvies, -ei *f.* *diluvium, inundatio – Flut, Überschwemmung, Hochwasser:* SIGEB. GEMBL. chron. a. 1086 in Italia tanta -es fuit, ut rupes liquore aquarum dissolutae plures villas ruina sua exterminarent.

diluvium (del-, -liv-, -ubi-), -i *n.* **1** *diluvies, inundatio – Flut, Überschwemmung, Hochwasser:* **a** *in univ. (de fletu: l.36):* ANNAL. Xant. a. 873 p. 32,6 hiemis tempore insperatum -um nive madens repente inolevit. EMO chron. 42 secundum opinionem philosophorum -um fit ex elevatione et depressione stellarum. ANNAL. Plac. a. 1241 p. 485,40 (epist.) lacrimarum ab intimis educente natura -um (-iv- *var. l.; sim.* CHART. Turic. 1578). ALBERT. M. meteor. 3,2,17capit. de -is aquarum et ignium, quae aliquando faciunt venti. *saepe.* *in imag.:* GLOSS. psalt. Lunaelac. 31,6 non timens *(sc. omnis sanctus)* -um suggestionum diabuli. CHART. Rotil. 27 ea, que processu temporis oblivionis delentur -o. CARM. Bur. 124,2,2 dulcis mos obtegitur a doli -o. *saepe.* **b** *de cataclysmo sub Noe facto:* FORM. Wisig. 20 p. 583,15 -bio, labaret *Deus* quo cunctum crimina mundum. LIBELL. prec. Paris. 2,12 p. 44,19 Domine Iesu, adoro te, quando delivium (*m. al. corr.* delu-) transmisisti. *saepe.* **2** *ablutio – Waschung:* EKKEH. IV. bened. I 23,14 hęc (gloss.: archa, id est ecclesia) utero fovit, cataclysmus (gloss.: -um baptismi) quos generavit. *v. et p.659,44.*

dilysus *v.* dilido.

dimadesco, -madui, -ere. *liquescere, dissolvi – schmelzen, zergehen:* CARM. didasc. 818 saxa fluunt lacrimis, lacrimas pluit humidus aer, nix, que non Phebo, -uit lacrimis *(cf. Lucan. 6,478sq.)*. *Gansweidt*

dimed- *v.* dimid-. **dimembro, dimenbro** *v.* demembro.

***dimensibilis,** -e. *extensus – ausgedehnt, 'dimensional' (subst. neutr.: l.60):* ALFAN. premn. phys. 2,12 p. 26 quod si dicatur, quod corpora tripliciter -ia (*PG 40,540B* διαστατά) sint, anima vero per totum corpus diffusa tripliciter -is sit ..., respondebimus, quod omne corpus sit tripliciter -e, sed non omne tripliciter -e corpus *eqs*.

***dimensibilitas,** -atis *f.* *qualitas mensurabilis – Meßbarkeit:* ALBERT. M. metaph. 3,3,11 p. 150,79 omnes formas substantiae ... in imaginativis ... virtutibus -em et figurabilitatem accipere et in materia qualitatibus sensibilibus affici (*antea:* mensurabilitatem).

dimensio, -onis *f.* *script.:* dimm-: *p.661,26.* -ssi(o): *p. 661, 36.* -nti(o): CONSTANT. AFRIC. theor. 7,3 p. 30bv. -nci(o): *p.661,32.*

I *actio dimetiendi – das (Ab-, Aus-, Ver-)Messen, Messung:* **A** *gener.:* **1** *in univ.:* EPIST. pont. Rom. 539 (a. 1022) ut nullus terminos parroechie ... ab antiqua -e per Astfalos disterminatos irritare presumat. *de mensura temporum:* BEDA temp.

rat. 6,14 praecedens triduum ... absque ullis h o r a r u m -bus, utpote necdum factis sideribus, aequali lance lumen tenebrasque pendebat (WANDALB. ad Otric. p. 569,31 adieci ... h. diurnarum vulgarem in nostris regionibus -em. p. 571,21). **2** *divisio – Unterteilung:* VITA Athan. Neap. 1 p. 439,38 Italiam partem esse Europae ... ditissimam iuxta trifariam orbis terrarum -em nemo ... ignorat. **B** *mus. et geom.:* FRUTOLF. brev. 11,3 quodsi tria monochordorum genera mensurare disposueris, superficiem a magda usque ad magdam lineis protensis in tria dividas ..., sed priusquam eorum -em incipiamus, rationes vocabulorum paucis absolvamus. (?) brev. 15 p. 105,24 secundae fistulae summitas duas octavas partes diametri praeoccupet, et inde usque ad plectrum in novem partes -o fiat. *ibid. al.* **C** *metr.:* BERNO ton. prol. 11,9 in metro certa pedum -e contexitur versus.

II *mensura – Abmessung:* **A** *spectat ad directionem i. q. extensio – Ausdehnung, (räumliche) Erstreckung, 'Dimension':* **1** *in univ. (in imag.: l.24.25.):* GERB. geom. 2,2 solidum corpus est, quidquid tribus intervallis seu -bus porrigitur, id est, quidquid longitudine, latitudine altitudineque distenditur *(sim.* HONOR. AUGUST. cant. 5,17 p. 445[C]. ALBERT. M. metaph. 1,4,1 p. 47,59. *cf. Macr. somn. 1,5,9).* GERHOH. Antichr. 1,7 Christus ... ecclesiam sanctam ex vivis lapidibus construxit, cuius ... -es ad instar illius templi manifacti ... procuravit (*sim.* 1,8 p. 317,30 spirituales -es). ANON. algor. Salem. p. 8,40 superficialis *(numerus)* duas habet dimm-es *eqs.* ALBERT. M. veget. 5,47 animalia ... augentur et deminuuntur secundum duos diametros suarum -um, hoc est secundum latitudinem et profunditatem. *persaepe. spectat ad terminos:* FORM. imp. 26 ut ... terram secundum -em et conlaterationem superius nominatam ... archiepiscopus eiusque successores ... habeant. 34 secundum -ciones et conventiones. CHART. Austr. sup. I 82 p. 118,29 nomina ... terminorum ... capelle, exordia et fines, -es atque emensiones ... confirmamus. *al.* **2** *?cursus – ?Verlauf:* ALBERT. M. animal. 1,294 locus, a quo divertit *nodus tornatilis* a -ssione ossis, est paratus ad ligamenta fortia suscipienda. **3** *regio (caeli) – (Himmels-)Richtung:* CHART. Wirt. I 78 p. 87,27 (dipl. Ludow. Pii) ipsis *(fratribus)* ... ab eodem loco per quatuor -es in qualibet -e unum miliarium eiusdem nemoris ... constituentes. **B** *spectat ad quantitatem:* **1** *intervallum, spatium – Intervall, Abstand:* **a** *gener.:* LIBRI Karol. 2,30 p. 313,20 non illic *(sc. in divinis scripturis)* metrorum scansiones et temporum certas -es invenio (*postea:* temporum intervalla). HROTSV. Pafn. 1,12 quid sunt spatia? :: -es, quae numerantur inter planetas sive inter cordas. RICHER. REM. hist. 3,51 reliquum ... spatium *(sc. circuli)* usque ad notium polum eisdem -bus distinxit *Gerbertus.* **b** *mus. (spectat ad vocum consonantiam):* REGINO harm. inst. 4,12 ut omnes integri atque perfecti toni inter se differant aequis -bus, id est octava sui parte. *al.* BERNO ton. prol. 9,2 si rata tonorum semitoniorumque -e consonantiae bene conveniant, ne extra metam inferius aut superius canendi exordium sumat *cantor.* **2** *magnitudo – Ausmaß, Größe:* **a** *gener.:* PS. GALEN. puls. 28 (cod. Vr) non nullarum febrium ⌞-es vel dimissiones⌟ (dimissiones, dimersionis, demisionis, dimisionis, -es *var. l.*) vel imminentis spiritus impetus ... conscripsi. GODESC. AQUENS. sequ. 14,8[b],10 ut in augmento caritatis, fidei, spei stayros sacrosanctae valeamus ... -es comprendere. ALBERT. M. animal. 1,264 quod spondilis prima maioris sit -is ab ante ad posterius. metaph. 11,1,12 p. 477,62 oportet, quod haec *(sc. prima)* materia accipiat quantitatem; sed haec est quantitas non determinatae -is *eqs. saepius. modus – Maß:* CHART. Brand. A VI 1 p. 10,5 (a. 1160) obtuli ... sex mansos Hollandrensis -is. **b** *math., geom., mus.:* TRAD. Frising. 1186 (a. 957/72) tradidit ... Isangrim ... curtifera III per -em iugerum hobas IIII et iugera XI, pratorum iugera XXX *eqs.* ADALBOLD. sphaer. 5 hic *(quadratus)* ... in quadratura, dum unumquodque latus VII sit pedum, secundum laterum -em (divisionem *var. l.*) aream XLVIIII habebit. BERNO ton. prol. 11,6 ad quam *(musicae rationem)* ipsa rationabilis vocum -o et numerositas pertinet. TRAD. Salisb. I 295 p. 413,8 quarum *(vinearum)* una integre est -is, altera dimidie. MATHEM. var. Bubnov p. 250,4sq. XXVII incisionibus aequali laterum -e ex ternis tertio naturalis producitur cubus; in his itaque -bus describuntur ... numerorum termini *eqs. saepe.*

***dimensionalis,** -e. **1** *ad dimensionem pertinens, in dimensione consistens – die Ausdehnung betreffend, räumlich, sich erstreckend:* AENIGM. super turb. 7 alvo ... effuso, alchymico phoebo collocetur maturose hyle, ut nobile vitalitate destituatur, infima -is existentia eliciatur. ALBERT. M. sent. 1,36,8 p. 219[a],43 accipiatur ... infinitum in quantitate virtuali sive potentiali et in quantitate -i, quae est continua, et in quantitate discreta, quae est numerus (*sim.* summ. theol. I 5,23,2,2,2 p. 134,62). 4,13,4 p. 338[b],27 in sacramento sunt tria corpora, scilicet corpus panis et corpus -e et corpus Christi. **2** *mensurabilis – meßbar:* ALBERT. M. cael. 2,4,10 p. 197,65 'non erit medium terrae et medium' mundi ⌞unum et 'idem' neque '-e⌟' (*sed cf. p. 297[a],33* τὸ αὐτό) eisdem lineis protractis a centro ad convexum terrae.

adv. ***dimensionaliter.** *dimensione – der Größe nach, in Bezug auf die Größe:* ALBERT. M. elench. 1,3,11 p. 577[b],43 in triangulo rectangulo latus oppositum recto angulo -r non est aequale duobus lateribus aliis. *ibid. al.*

***dimensivus,** -a, -um. *ad dimensionem pertinens, in dimensione consistens – die Ausdehnung betreffend, räumlich:* ALBERT. M. summ. creat. II 1,74 p. 620[a],33 duplex est q u a n t i t a s, virtualis et -a; -am quantitatem non habet anima, sed virtualem (sent. 1,9,3 p. 275[b],13. phys. 4,4,1 p. 346[a],4. *al.* HUGO RIPELIN compend. 1,15 p. 17[b],20). caus. univ. 2,2,38 p. 131,63 expansio animae secundum potestates prima et proxima causa est expansionis -ae. CHART. Salem. 620 p. 240,38 qui ... quicquam iuris ... contra dictam stratam et suam latitudinem, longitudinem et -am extensionem habuerint.

adv. ***dimensive.** *dimensione – der Größe nach, in Bezug auf die Größe:* ALBERT. M. sent. 1,8,8 p. 229[b],41 mensuratum ... primum quantum est vel -e vel potentialiter vel virtualiter. 1,39,4 p. 296[b],31 ipse *(sc. Deus)* est maius aliquid quam cogitare possumus, quod non intelligitur -e *(an leg.* dimensione?) vel multitudine.

dimensuratio, -onis *f.* *dimensio, spatium – Abmessung, Strecke:* ALBERT. M. metaph. 10,1,4 p. 436,37sqq. si est tempus longum, mensuramus illud duobus brevibus secundum prolationem ...; unde '-o' (*p. 1053[a],17* ἡ διάμετρος) in musicis et vocibus litteratis 'mensuratur duobus', sicut dictum est; similiter ... est in geometricis, quia in illis -o, quae est diameter sive linea diagonalis in quadrato ..., mensuratur duobus lateribus trianguli.

***dimensuro,** -are. **1** *spectat ad actionem i. q. metiri – messen:* HONOR. AUGUST. spec. p. 1078[D] humana ... vita nocti comparatur ...; haec XII horis -atur, quia praesens vita XII mensibus circumrotatur. **2** *spectat ad statum i. q. facere – ausmachen, ergeben:* ALBERT. M. metaph. 5,6,2 p. 282,53 dicuntur pars ea, quae sua tota aliquoties sumpta -ant (*p. 1023[b],15* καταμετροῦντα) solum.

dimensus *v.* dimetior. **dimentio** *v.* dimensio.

dimergo *v.* demergo. **dimersio** *v.* demersio.

dimeter, -tri *m. vel raro* **dimetrum** (dy-), -i *n.* *versus ex duobus aequalibus pedibus consistens – aus zwei gleichen Versfüßen bestehender Vers, 'Dimeter':* WANDALB. ad Otric. p. 570,36 posterior pars commendationis ad Caesarem edita metro constat dactilico, -o acatalectico. CARM. de Germ. 2,49,2 (MGPoet. IV p. 132) pedibus hoc carmen constat quattuor disyllabis; dy-um acatalectum necnon catalecticum. METELL. Quir. 19[tit.] prior versus heroicus, alter iambicus -r. *saepe. usu attrib. i. q. ad dimetrum pertinens – dimetrisch:* BONIF. (?) metr. 122 monometrum, -um vel trimetrum versum in iambicis, trochaicis, anapaesticis metris per pedes duplices computari *eqs.*

dimetior (-eci-), -mensus sum, -iri. *script.:* de-: *p.663,5.14. 20.* -mic-, -mit-: GLOSS. I 104,29 St.-S. *partic. perf.:* -metitus: *p.663,3.* ?demen(um): *p.663,27.* *sensu pass.: passim.*

1 *proprie i. q. metiri – (ab-, aus-, be)messen (in imag.: p. 663,5):* CHART. Sangall. A 643 p. 249,1 (a. 885) trado ... tres hobas legitime -sas (p. 249,17 una hoba pleniter -sa). MANEG. c. Wolfh. 20 p. 89,3 non ... creator temporis ad -ciendas plagas

[Leithe-Jasper]

çęli ... amatores perhennis vitę vocabat, sed *eqs*. CHART. Pomm. 1110 quod ipsi coloni metas ... funiculo distributionis -titas ... non transgredientur. *saepe*. *c. sensu metiendo efficiendi, formandi:* WALAHFR. Gall. prol. p. 281,5 veritatis ... tenendae lineam novis ... cogor passibus -iri (de-, detineri *var. l.*). CARM. ad Agob. 1,2 (CC Cont. Med. LII. 1981. p. 371) arve polique creator inmense, qui tuum glovum -sus es palmo *(cf. Vulg. Is. 40,12)*. GERB. geom. 5,9 tres aequales longitudinis mensuras ... -ens ... lineam rectam deducito. GUIDO ARET. microl. 10,5 dissonantia ... subrepit, cum ... de bene -sis (gloss. F[1]: mensuratis) vocibus parum quid demunt gravantes. **2** *translate:* **a** *limitare, circumscribere – begrenzen, beschränken:* HRABAN. hom. II 78 p. 299[A] cum praesenti vita totam spem vestram de-bamini nihil amplius exspectantes (*ex Theod. Mops. in Col. 3,7* de-batis). **b** *emetiri – durchmessen, zurücklegen:* HROTSV. Gong. 166 cursim quidam remeabat tantae -so adque viae spatio ... praedictum ... pervenit ad arvum.

adi. **dimensus,** -a, -um. *detruncatus, mutilatus – verstümmelt:* EGBERT. fec. rat. 1,1392 dicunt de-i corporis ursum *(sc. qui aures et caudam perdidit; per pravam interpr., cf. Sedul. carm. pasch. 3,183* invalidum -so *[i. dimidio]* corpore mancum, *an subest* demessus *a* demetere*?)*.

subst. **dimensum,** -i *n.* *portio, pars (attributa) – das Zugemessene, Anteil, Ration:* FOLCUIN. vita Folcuin. 5 p. 428,26 de pauperibus ... Christi nonnihil sollicitus erat; nam quod ˹de demeno suo˺ (de mensa sua *2*) defraudans comparsit, id illis adcrevit *(sim.* GOZECH. epist. 822 ut, qui non potest solvere de inmenso suo, solvat, quod comparsit de -o suo. *cf. Ter. Phorm. 43sq.)*

dimeto *v.* demeto. **dimetrum** *v.* dimeter.

*?***dimia** *subst.* (dimidius; *cf. francog.* demi; *v. Wartburg, Frz. etym. Wb. II. p. 80[b]*) *poculum – Becher, Pokal:* AGNELL. lib. pont. 163 p. 383,20 pincerna accipiens ex ialico -a impleta mero porrexit pontifici.

dimicatio, -onis *f.* *pugna, certamen – Kampf, (Wett-)-Streit:* PAUL. DIAC. Rom. 6,23 p. 56,33 post multas -es victor fuit Caesar. HRABAN. univ. 3,1 p. 55[B] cum vigor illi *(Adonibezec)* nocendi spiritali -e aufertur. BRUNO MAGD. bell. 108 p. 99,4 (epist.) in -e duorum regum, quorum uterque ad obtentum regni spem a vobis *(sc. papa)* accipit, tanta profligatio regalium, ut *eqs*. (*sim.* ANNALISTA SAXO a. 1077 p. 132,6). LIBER de unit. eccl. 2,28 p. 251,8 non magis cum hostibus quam cum proditione ac perfidia sociorum dimicatum est, quae -o maior atque periculosior est. THIOFR. Willibr. I 31 p. 478[C] gentium singularis -o. *al*.

dimicator, -oris *m.* *certator – Kämpfer, Streiter:* FORM. Bitur. 17 p. 177,23 dirigo ... vobis clypeum ... ita paratum vili metallo, sicut -es optimi, de quibus vos unum esse dubium non est, haberae procurant.

dimicior *v.* dimetior.

dimico (dem-), -avi, -atum, -are. *script.* -mig(o): *l. 56. 65. depon.: l.66.71. trans.: p.664,8.*

1 *proprie et in imag. i. q. pugnare, certare – kämpfen, streiten:* **a** *strictius:* **α** *in univ.:* CHRON. Fred. 3,3 cum eos *(sc. Francis)* demigans victus effugit *Arbogastis*. GLOSS. psalt. Lunaelac. 65,18 qui *(Machabei)* usque ad mortem de-antes vindicaverunt legem Dei. WIDUK. gest. 1,25 rex ... profectus in Baioariam -vit cum Arnulfo. DIPL. Conr. III. 229 p. 406,14 Welpho ... acie conserta -vit. *persaepe*. **β** *de pugna i. q. saevire – toben, wüten:* ANNAL. Mett. a. 717 p. 24,28 commissa est ... crudelissima pugna, quae diu sub incerta sorte victoriae utraque ex parte -vit. **b** *latius:* **α** *de certamine fidei:* VITA Arnulfi 16 dum in his *(precibus)* athleta Christi c o n t r a d i a b o l u m sanctissime et fortiter demigaret (RUOTG. Brun. 33 p. 34,9 -turi). PASS. Praeiecti I 9 qualiter -ti contra idolorum cultura fuissent *Cassius, Victorius et Antulianus*. CHART. archiep. Magd. 240 p. 301,41 (a. 1136) quatenus ... forcius resistere valeant *fratres* adversario suo cum eis intrinsecus -anti. SALIMB. chron. p. 270,35 quis ... pugnam a diabolo excitatam vincere prevalet, nisi tua *(sc. Domini)* pro eo fuerit dextera -ta *(ex Pass. Chrys. et Dar. 6 [ASBoll. Oct. XI. p. 472,27]). al.* **β** *usu vario:* ANON. princ. magistr. 50 cum ... elenchorum pugiles sollerter armassem et verborum foliis metque -assem. SALIMB. chron. p. 23,16 stellarum visa est ... maxima -antium pugna, quarum septentrionales de orientalibus victoriam detinebant. **2** *translate i. q. impugnare, contradicere – anfechten, bestreiten (usu trans.):* CHART. Stir. IV 24 p. 16,40 (a. 1261) ne ... occursibus convencio sane discussa aliquorum valeat -ari.

***dimidialis,** -e. porcus -is *i. q. porcus iuvenis (sc. qui censum ex dimidia parte explet) – 'Halbschwein', Jungschwein (de re v. Dt. Rechtswb. IV. p. 1463; cf. Registr. Baiuv. inf. [Mon. Boica XXXVI/1. p. 518,2]* halbgueltiges swein): REGISTR. Frising. 8 p. 17,23 (a. 1160) de minori curte ... II porcos saginatos, II porcos -es, II porcos victimales, I porcellum. p. 17,27 unum molendinum, I porcum -em, IIII minores aliquantulum. *ibid. al.*

dimidiatio, -onis *f.* *redactio in dimidium – Halbierung:* SIGEB. GEMBL. gest. 20 ut inter aecclesiam et invasores aecclesiae ... statum reformaret *dux* aecclesiae facta inter eos aequaliter rerum -e *eqs*. ANON. algor. Salem. p. 3,3 huius *(algorismi)* disciplinae non plures quam VII habentur species: additio, subtractio, dupplatio, -o *eqs*. *de statu:* ALBERT. M. veget. 7,71 a prima ascensione usque ad -em luminis eius *(sc. lunae)* est calida et humida sicut ver et a -e luminis eius usque ad plenitudinem est calida et sicca sicut aestas *eqs*.

dimidietas, -atis *f.* *script.:* dem-: *l.37.* -med-: *l.37. adde* DIPL. Heinr. III. 136. -miet-: *l.31.*

dimidium – Hälfte: **1** *gener.:* DIPL. Otton. III. 404 quod si quis violaverit, sciat se in banno nostro compositurum centum libras auri recocti, -em camerae nostrae et -em ... monasterio (*inde* DIPL. Frid. I. 176 p. 298,33 dimietatem). LIBER tram. 94 in caelebratione sancti Germani ... decoretur -s aecclesiae ad honorem festivitatis sequentis diei (*cf.* 22,1 dimidia ecclesia ..., videlicet presbiterium et chorus). ALBERT. M. metaph. 5,2,11 p. 249,21 prior est -s toto. *saepius*. **2** *publ. et iur.:* **a** *spectat ad traditionem, collationem, legationem sim.:* CHART. Rhen. inf. I 2 (a. 793) deme-em ei *(Liudgero presbitero)* tradidi hereditatis mee. CHART. scrin. Col. A I p. 184,14 ipsa *(uxor)* habebit victualia sua in -e tocius hereditatis, et reliqua -s erit libere liberorum suorum. *persaepe*. CHART. Bund. 1210 feodum sive usufructum alpium ... pro -e Hainr. de Paistens et eius heredibus ... contulimus. *al*. **b** *spectat ad ius -is q. d. ('Halbbau, -pacht'; de re v. Ph. Dollinger, Der bayer. Bauernstand. 1982. p. 131sqq.):* CHART. Rhen. med. I 645 p. 703,6 (c. 1165) hec *(praedia)* ab antecessore nostro ... colonus i u r e -is e x c o l e n d a suscepit (p. 703,22). ACTA civ. Wism. B 1469 Gerewinus ... dimisit Iohanni ... ortum ... pro -e fructuum ..., ita quod ipse Iohannes faciet omnes labores et expensas. *ibid. al.*

dimidio, -avi, -atum, -are. *refl.: l.71.* *bipertire, partire, in (duas) partes dividere – halbieren, teilen:* **1** *gener.:* **a** *proprie:* **α** *in univ.:* ANON. geom. I 42 p. 357,3 quod *(sc. calculatio embadi)* verum est in omni integre -ta sphaera *(de hemicyclo)*. METELL. exp. Hieros. 3,499 currunt spectatum cives, ubi -tum suscipiunt equitem. EBERH. ALEM. labor. 861 hic pretium tibi -at, totum negat alter. *saepe*. *adde:* IUSTIN. Lippifl. 647 corpore disiungi, non corpore -ari possumus *(sc. maritus dilectaque coniunx; spectare vid. ad Vulg. gen. 2,24)*, ac paritas integra mentis erit. **β** *ex dimidia parte degere – zur Hälfte verbringen:* DHUODA lib. man. 3,11,157 -ando tuos per poenitentiam dies dignus effici merearis ... promissionibus accipere sanctis. PETR. DAM. epist. 105 p. 160,12 qui *(abbas)* diem ... diversa tractando continuat, noctem consiliando -at. BERNOLD. CONST. chron. a. 1077 p. 434,10 abbas Bernardus ... annum pene -vit in captivitate. RAHEW. flosc. 4,132 nubit ei *(Plutoni)* ... Proserpina grata pacta dies anni cum sponso -are. ROB. TOR. chron. a. 1182 p. 531,34 Arnulfus ... renunciavit episcopatui ... suos dies -turus apud Sanctum Victorem. *al*. **γ** *refl. i. q. semiperfectum exsistere – halbvollendet sein:* TRANSL. Mod. 2 p. 291,9 fabrica *(sc. coenobii)* se nondum -ante uterque constructor immatura praeventus est morte. **δ** *ex dimidia parte componere, proponere – zur Hälfte vorstel-*

len, vorführen, vor Augen führen: CARM. de Cunone 134 actenus in mundo rumor tuus . . ., eundo quidquid clamavit, vix te mihi -vit; fama minor vero de tali personat hero *(spectat ad Vulg. III reg. 10,7).* **ε** *(im-, de)minuere – verkürzen, verringern, vermindern:* YSENGRIMUS 3,918 servitium -are cave! ABSAL. serm. 29 p. 171C integre *(sc. claustralis peccata sua confitetur)*, id est sine truncatione veritatis, ne sit -ta c o n f e s s i o (HUGO RIPELIN compend. 6,25 p. 225a,9). LAMB. ARD. hist. 23 qui *(Eustachius)* quoniam vir sanguinum nullatenus erat aut dolosus, non -vit Deus dies eius et . . . matura morte vitam finivit *(spectat ad Vulg. psalm. 54,24, sed sensu contrario). al.* **b** *translate i. q. detrimento afficere, corrumpere, irritum facere – beschädigen, verderben, zunichte machen:* HERM. SANGALL. Wibor. 2,1 p. 212,16 edituus eam *(lucernam)* exstinguens altera die ingressus repperit eam ardentem . . ., sed minime exstinxit cupiens prius indagare, quis ei officium suum ita -ret. VOLQUIN. serm. 547 (StudMediev. III/3. 1962. p. 338) si forte aliquem fratrum graviori peccato praeoccupari contigerit . . ., impudentius accusant *minus discreti* medicinam Samaritani -antes, qui simul infundit vinum et oleum. **2** *publ.:* **a** *in univ.:* CHART. Rhen. med. II 15 p. 53,15 (a. 1172) ei *(Lifmudi)* dimidiam partem stipendii ex integro per omnia dari faciemus et hoc idem de -anda utilitate . . . vinee et molendini ei facere bona fide tenebimur. CHART. Hagenow. 139 p. 110,2 II iugera agrorum, unum continuatum, alterum de duabus partibus -tum. CHART. Wirt. V 1596 p. 357,8 quartum anni usufructum *(sc. villae)* debemus ambo -ando partire. CHART. Pommerell. 273 pena, que vocatur triista, et sex marce ad fratres . . . pertinebunt, homicidia autem . . . nobiscum -bunt. *al.* **b** *ex dimidia parte tradere – zur Hälfte verleihen:* CHART. Lamb. Leod. 26 p. 42,26 (a. 1079) Godefridus clericus . . . habeat prepositurum et ecclesiam de Bride . . . teneat, et post eum, cui -ta est, ipse Godefridus habeat integram. COD. Lauresh. 3825 in Gernesheim omnes hubę sunt -tę, quarum quęque solvit V malter. **c** *ex dimidia parte retinere – zur Hälfte behalten:* ANNAL. Rod. a. 1136 p. 712,8 libera est vinea . . . ecclesiae, nisi quod cultores solent sibi vinum -are.

adi. **1. dimidians,** -antis. *locut.* -e mense *i. q. medio mense – zur Mitte des Monats (cf. l. 67):* FORM. imp. 37 -e mense Maio.

2. dimidiatus, -a, -um. *dimidius, imperfectus – halb, unvollständig:* RUP. TUIT. off. 9,7 l. 858 duplici territus interrogationum exercitu necesse est suis diffidat *servus bonus* simplicibus ac -is responsionibus. GESTA Halb. p. 94,50 quod *(sc. nomen civitatis Halberstat)* vulgo civitas -a sonare videtur. CONR. EBERB. exord. 5,2 l. 50 verbis . . . semirutis ac -is balbutiendo.

dimidius (-med-), -a, -um. *script. et form.:* dem-: *l. 52. 57. p. 666,26. gen. sg. m.* -di: *l. 57. ? abl. sg.* -e: *p. 666,9.*

I *adi. i. q.* ἥμισυς, *semis – halb (usu praed. i. q. ex dimidia parte – zur Hälfte):* **A** *gener.:* **1** *in univ.:* CHART. Rhen. inf. I 21 (a. 801) sub usu fructifero, id est demedio solido per singulos annos. LEX Saxon. 13 pollex totus abscisus CCCLX solidis conponatur; si -us, CLXXX solidis conponatur. THIETM. chron. 4,26 natus est infans, -us homo, posterioribus auce similis. 8,7 sol . . . -us . . . apparuit. MARIAN. chron. a. Chr. 2,7 capit. p. 496 quomodo triginta duorum annorum ac demedi anni . . . Dominus passus sit *eqs.* 1101 -edio miliario a Mogontina. *persaepe. in cognomine:* TRAD. Salisb. I 243 p. 380,6 (a. 1125/47) filia . . . Enzimanni Hallensis, qui quondam ⌞D-us panis⌟ *('Halberlaib')* agnominabatur. **2** *locut.:* **a** secundus (alter), tertius *etc.* -us *i. q. unus, duo etc. et dimidius – ein-, zwei- etc. -einhalb:* LEX Ribv. 21,1 quinto -o (dimedio *rec. B*) solido culpabilis. RIMB. Anscar. 12 p. 33,4 peracto . . . altero -o anno. CHART. Eichsf. 469 quartum -um loth redditum. 470 septimum -um loth. *al. adde:* HUGEB. Willib. 5 p. 105,3 VIII annorum spatio et nono -o. **b** -us Ianuarius *etc. i. q. medius Ianuarius etc. – Mitte Januar etc.:* REGISTR. Prum. 116 debet unusquisque duos porcos senioris sui nutrire a missa s. Martini usque ad -um Marcium. **3** *semiplenus – halbvoll, halbgefüllt:* COMPOS. Luc. F 27 tolle acetum acerrimum, funde in anfum, ut facias quasi -um. THEOPH. sched. 3,49 effluentibus . . . arenis remanet aurum subtilissimum, quod singulariter in vasculo reponitur, cumque vas -um fuerit, imponitur vivum argentum *eqs.* **4** *de missali i. q. abbreviatus, 'parvus' – kurz zusammengefaßt, 'klein'* (*opp.* plenus, plenarius): CATAL. biblioth. A I 72 p. 395,41 (s. XIII.2) novam expositionem super ecclesiasten II; -um missale III. p. 396,6 duo libri missales integri et duo -i. **B** *publ. et iur.:* **1** *spectat ad censum, traditionem, venditionem sim.:* TRAD. Frising. 220 (a. 805/08) quicquid ibidem *(sc. in vico Mochinga)* habui, de -e parte tradidi. 775 dedit *Alpolt* . . . fabrum I -um nomine Fridolf. DIPL. Otton. I. 290 p. 407,15 Mannonis curtem cum ecclesia ex integro, similiter Stadonis et Blandenocum cum -a ecclesia. REGISTR. abb. Werd. 7,14 p. 230,5 dabit . . . -um verrem . . ., -um piscem capitalem . . ., -um regale servitium . . ., -um lectisternium, -um pulvinar. CHART. Rhen. inf. II 121 notum sit Gerardum . . . XV porcos et -um *(sc. porcum; cf. p. 664,9sqq.)* pascendos . . . domine Richmudi . . . vendidisse. CHART. Carinth. IV 2371 p. 358,34 si . . . extraneam duxero in uxorem, liberos -os ecclesie dari procurabo. *persaepe.* **2** *spectat ad ius dimidietatis q. d. (cf. p. 664,42):* REGISTR. Frising. 8 p. 15,26 (c. 1160) villici -um frumentum cum subsequente servitio. REGISTR. Austr. II 14 p. 30,4 in Hove de I villicatione IIII porci et -a cultura. I A 238 in Ernspach curia villicalis et fructus, et illam colit villicus pro -is fructibus, et -i pertinent ad nos. *saepe in registris.*

II *subst.:* **A** *fem. i. q. dimidietas, -a pars – Hälfte:* BOTAN. Sangall. 25,1 herba malva salvatica . . . decocta ad demedias per triduum siciente dabis ei bibere. ANON. geom. I 4,8 huius *(sc. LX)* sumpta -a, id est XXX, erit embadum. GERB. geom. 6,2 p. 81,9 ut in eo *(sc. triangulo orthogonio)*, qui habet senarium in catheto, -a eius, id est III, in se ter ducta VIIII creat. *saepius.* CHART. Basil. C II 12 p. 9,11 renunciantes *(sc. venditores)* . . . beneficio restitutionis in integrum, rei minus -a iusti pretii vendite. *saepius.* **B** *neutr.:* **1** *dimidietas, -a pars – Hälfte:* **a** *in univ.:* **α** *gener.:* CARM. de temp. rat. 617 alia tempora aeque demonstrant noctis et diei . . . -edium. GERB. geom. 6,2 p. 81,6 catheti -o triplicato nonaque parte inde ablata basim habeto. ANNAL. Nazar. a. 939 (MGScript. XVII p. 33,11) signum in sole in similitudinem -um *(sic?)* lune. *saepe. usu attrib.:* FROUM. epist. 45tit. R. -o vitę meę solatio *(spectat ad Hor. carm. 1,3,8).* **β** *publ. de censu:* TRAD. Salisb. I 267b (a. 1125/47) comes . . . delegavit . . . -um octave partis in salinario fonte Halle. CHART. Tirol. 995 -um redituum . . . novalis ecclesie nostre pro censu . . . persolvet *(sc. heres).* **b** *usu adv.:* **α** -um *i. q. ex -a parte – zur Hälfte:* TRAD. Patav. 29 (a. 789) trado . . . omnia, que illo loco -um habui. **β** (in) -o *i. q. ex -a parte – zur Hälfte, halb:* ACTA civ. Kil. 5 (a. 1264) dominus Albertus pellifex divisit cum pueris suis bona sua, -o bona assignavit pueris suis, de sua -a parte assignavit generi suo Willikino VII marcas. ACTA civ. Wism. B 821 omnia bona . . . pertinent in -o Hermanno et in -o Greten. **γ** -o *c. compar. i. q. -a parte – um die Hälfte:* LEX Frision. add. 3,72 haec omnes compositiones liberi hominis sunt, in nobili homine -o maiores, in lito medietate minores. **2** *medium – Mitte:* VITA Mariani 26 abbate . . . Christiano in Hibernia in -o dierum suorum moriente *(spectat ad Vulg. Ier. 17,11).*

dimietas *v.* dimidietas. **dimifragia** *v.* drimyphagia.

dimigro *v.* demigro.

[diministro *v.* cor *et* ministro: TRACT. de aegr. cur. p. 224,1.]

diminitio *v.* diminutio.

diminoratio (-cio), -onis *f. script.:* dem-: *l. 64. p. 667,2.* dimm-: *l. 71.* -nur-: *l. 66. 72.*

1 *de-, imminutio – Verringerung, Minderung, Schmälerung:* CHART. Sangall. A 333 (a. 830) sub omni integritate a b s q u e (atque *ed.*) de-e revocentur *(sc. loca)* perpetim possidende (DIPL. Merov. I 102 [spur.] a. ulla contradictione vel -e. DIPL. Otton. III. 176 a. -uratione. *saepe*). EPIST. Agob. (MGEpist. V p. 229,43) eo quod . . . pertineat . . . ad -cionem et reprehensionem nostrę auctoritatis. DIPL. Karlom. (II.) 10 tradidimus . . . ecclesias . . ., quatinus . . . s i n e ulla contradictione seu -e sub regimine ac potestate episcoporum . . . permaneant (DIPL. Ludow. Iun. 23 s. dimm-e. *al.*). DIPL. Karoli III. 29 si quis . . . preceptum violare presumpserit vel aliqua -uracione

[Leithe-Jasper]

facere tentaverit. **2** *damnum – Schädigung, Schaden:* COD. Karol. 48 p. 567,25 quod in ... de-em atque devastationem sanctam Dei ecclesiam ... Dodo ... cupiebat deducere. DIPL. Loth. II. 9 p. 397,4 nobis ... in regno succedentibus non minima, sed maior accidisse cernitur regni -o.

diminoro, -are. **1** *de-, imminuere – verringern, mindern:* VITA Menel. 1,18 (MGMer. V p. 146,7; s. X./XI.) ut -entur ... Baronti criminum pestes. 1,24 p. 148,27 vir Domini, qui in adversitate mundani dampni non -bat intentionem caelestis desiderii. **2** *damno afficere – schädigen:* DIPL. Ludow. II. 71 p. 207,41 (spur. s. X.in.) si quis ... contra hoc ... praeceptum ... evacuare vel -are ... cellulas et curtes pręsumpserit.

diminuatio *v.* diminutio.

***diminuibilis,** -e. *qui deminui potest – verringerbar, verkleinerbar:* ALBERT. M. sent. 4,46,1 p. 630a,4 ecclesia nulli suffragatur, nisi cuius solubilis et -is est poena *eqs.* cael. 1,1,8 p. 19,53 oportet nos investigare, utrum ... caelum ... sit generatum vel corruptum vel augmentabile vel -e. p. 19,62. summ. theol. I 6,25,4,4 p. 168,21 quod ... habitus summae veritatis habitus esset -is et etiam privabilis per summe falsum. *ibid. al. subst. neutr.:* ALBERT. M. bon. 41 p. 23,27 nihil ... -e per peccatum est in omnibus (*sim.* sent. 1,3,15 p. 106b,48). 142 p. 93,54 omne -e ab aliquo in toto potest tolli. sent. 1,3,15 p. 107a,3 modus, species et ordo ... -ia sunt per peccatum.

***diminuitio** (-cio), -onis *f.* *minutio – Verringerung:* CHART. eccl. Erf. 232 (a. 1233) propter elemosinarum -cionem, quibus ... ruine officinarum ... hactenus restaurari consueverant, statuimus *(sc. archiepiscopus)*, ut *eqs.*

diminuo, -ui, -utum, -ere. *script.:* dem-: *p. 668,30. 38. 40.* dism-: *l. 40.* -men-: *p. 668,38.* *form. coniug. I.: p. 668,26.* *usu absol.: l. 47*; *refl.: p. 668,18*; *medial.: p. 668,35sqq.*; *intrans.: p. 668,42.* *struct. c. praep.:* ab: *p. 668,15.* de: *p. 668, 24.* *partic. perf. usu adi.: l. 40. 65. al.; subst.: l. 53.*

I *(im)minuere, deminorare, debilitare, curtare – verringern, (ver)mindern, schwächen, (ver)kürzen, ver-, zerkleinern:* **A** *gener.:* **1** *in univ.:* RADBERT. corp. Dom. 1,23 quicquid eam *(naturam)* ... Dei virtus esse decreverit, iure aut crescendo augeatur aut nascendo, licet pro nostris offensis -atur ..., rectissime confitemur. ANTIDOT. Sangall. p. 79,35 corticem disminutam infundis in aceto. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 304,20 viribus corporis -tis. CONSTANT. AFRIC. coit. 5,7 calor ... auget appetitum ..., frigiditas autem -it appetitum. FUND. Consecr. Petri p. 223,17 limina *(i. ecclesiam)* divinitus consecrata, augencia merita, -encia peccata. *al.* **2** *auferre – wegnehmen (usu absol.):* CONST. imp. I 238,6 (a. 1173) si in supradictis pactis et conventionibus et iuramentis placuerit addere vel -ere archiepiscopo. **3** *amputare, mutilare – verstümmeln:* ALBERT. M. veget. 1,134 calvus ex capillorum amissione in fronte non est colobon, hoc est -tus membro. animal. 8,79 cuius *(Aristotelis)* liber aput nos in multis est -tus. *per compar.:* DIPL. Karoli M. 311 p. 469,10 (spur. s. XI.) si quis ... abbas incaute ..., quod sanximus, perfregerit, quod iniuste tribuit, iuste auferat et membrum fractum -to *(B, recte, ut vid.;* diminute *ed.)* consolidet. **4** *depravare – entstellen:* CHART. Bern. I 5,112 p. 499,35 (a. 1208) quoniam -te sunt veritates a filiis hominum, necesse est, ut, que a fidelibus iuste et rationabiliter facta sunt, scripto conserventur. **5** *detrahere – erniedrigen, abwerten:* CONC. Karol. A 56B,44 non minimum peccatum extat illud, quo cultus Dei contempnitur aut -itur vel dehonestatur. **B** *spec.:* **1** *philos. et theol.:* ALFAN. premn. phys. 3,28 p. 57 manet *(sc. Christus)* omnino incommixtus ... adaugens illa *(sc. corpus et animam)*, ipse autem non -tus (*PG 40,601B* μειούμενος) ab ipsis. ALBERT. M. metaph. 6,2,1 p. 306,43 dicitur ... ens 'secundum accidens' et ens per se, et secundum accidens quidem dicitur ens -tum *eqs.* **2** *gramm.:* GODESC. SAXO gramm. 2 p. 385,15 nomen 'adoliscens', unde dirivatur 'adoliscentia', -itur 'adolescentulus', propagatur 'adoliscentior'. **3** *rhet. ('herunterspielen'):* CONR. MUR. summ. p. 96,288 -it, qui, ne iactans dici videtur, stringit et attenuat meritum, quod habere probatur (in marg.: diminutio). **4** *anat.:* ARS med. 5 p. 424,3 scemate est ... matrix sicuti cucurbita medicinalis, habet virgas nervorum -tas (de mininga *G*), propter quod compatitur matrix mensura posita. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 83,31 quod ... recuperant partes membrorum inferiorum, -tum est eis *(sc. avibus)* ex parte alarum. ALBERT. M. animal. 1,487 quando naturaliter adiutorium brachii -itur, ... in eadem parte -itur etiam coxa *eqs.* **5** *math. i. q. deducere – abziehen:* GERB. epist. math. I 1 p. 13,13 articulos ... propria denominatione et posita differentia -es. *al.* HERIG. reg. 2,5 si qui minores ... maioribus ad dividendum sint additi ..., eadem regula -entur. 2,12. ANON. algor. Hann. p. 30,1 -ere numerum est minorem a maiore auferre et eo per artem ablato, quid supersit, considerare. *al.* **6** *alch. i. q. corrumpere, deteriorare – unedel machen, verschlechtern:* Ps. AVIC. lap. p. 635a,23 elixir perfecte completum sive sapientum tinctura respectu metallorum operatione -torum habet se per modum formae et agentis potissimi. *adde:* GEBER. summ. 33 p. 344 est ... Iupiter inter -ta a perfectione corpora magis perfectioni radice sue nature affinis, Soli videlicet et Lune. **7** *mus. usu refl. i. q. se disiungere – sich teilen:* LAMB. mus. quadr. p. 272b seipsam ... in duas -it *(sc. recta brevis)* partes non equales vel in tres tantummodo equales et indivisibiles. **8** *publ. et iur. i. q. (alienatione) fraudare, circumscribere – (durch Veräußerung) schmälern, schädigen, einschränken:* **a** *in univ.:* LIBER diurn. 83 p. 92,13 profiteor ... nihil de traditione, quae a ... prędecessoribus meis servatum repperi, -ere vel mutare. DIPL. Karoli III. 117 ne ... alicuius praesumptione seu temeritate queant -i vel auferri *(sc. res)*. DIPL. Heinr. II. 466 tollere aut -are. CHART. Sangall. B 425 (epist. papae) quod *(monasterium)* ... est per fautores Friderici quondam imperatoris -tum in temporalibus. *al.* *recidere, collucare – im Bestand verringern, (aus)lichten:* LEX Baiuv. 22,6 capit. p. 259,11 (cod. Ad) de-tis silvis. p. 259,13 (codd. Mg. Mt) de -tis silvis, si aliquis capellaverit. **b** *de iuribus:* DIPL. Heinr. II. 85 quod ... abbatia ... a quodam abbate ... -retur in beneficium dando. DIPL. Constantiae 40 p. 126,20 quod ecclesia sua *(episcopi Pennensis)* privatur et -itur a vobis de iure suo.

II *medial. (intrans.: l. 42) i. q. minui, decrescere, deficere, extenuari – weniger werden, sich vermindern, abnehmen, schwinden, an Substanz verlieren:* **A** *gener.:* COMPUT. cod. Bern. 3 quod ... in VIII kl. ipsius *(sc. Ianuarii)* demenuitur tenebre et augitur lux. WANDALB. horol. 39 crescere mensem de-ive umbras ... docemur. *intrans.:* ACTA imp. Winkelm. I 1003 p. 766,3 (a. 1278) quodlibet centenarium eris novi dati ad fundendum in fusura debet -ere rotulum unum (*cf.* 1004 p. 767,16 quelibet gaczia ... minuitur ... in unciis II). **B** *natur.:* CONSTANT. AFRIC. coit. 3,10 postquam semen proicitur, copiosum apparet et post modicum nimis -itur (dividitur, minuitur *var. l.*) et non remanet integrum. 3,15 si ... ceciderit *semen* in locum non proprium, spiritus ab eo evanescit, et liquor -itur et dispergitur. ALBERT. M. animal. 16,124 'pili -untur' (*p. 745a,15* ὑπολείπουσιν) humore cibi destituti; 'eadem etiam de causa -untur cornua *eqs.*' *al.* *c. sensu macescendi:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 173,21 carnes, que sunt per longum pectoris, -entur. 3 p. 7,8 -tus est *(sc. nidasius)* carnibus suis et extenuatus.

adi. **diminutus,** -a, um. **1** *gener. i. q. minor – (zu) wenig, (zu) gering:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 142,25 quantitas ... cibi neque sit superflua neque -a. **2** *rhet. i. q. brevior – (zu) knapp:* ALBERT. M. eth. I 21 p. 18,62 cum supra sufficienter determinavit *(sc. Aristoteles)* modum scientiae ..., videtur, quod hic inutiliter iterum determinet, vel supra -us fuerit. **3** *medic. i. q. tardus – beschränkt:* CONSTANT. AFRIC. coit. 8,31 si quis cibo repletus ... coierit ..., si ex tali coitu fetus omnibus membris completus fuerit, ... mente -us erit. **4** *mus. et math. i. q. imperfectus, limitatus – unvollständig, eingeschränkt, vermindert:* GUIDO AUGENS. mus. 289 erit *(sc. dispositio)* ... aliqua de istis *(dispositionibus tonorum)*, sed vel superhabundans vel -a *eqs.* 545 -i sunt *cantus*, qui ad iudicandum, cuius forme sint, testimonio carent progressionis vel compositionis. ANON. IV mus. 4,1 p. 64,8 numerorum *(sc. proportiones describentium)* alius perfectus, alius -us, alius superfluus.

adv. **diminute.** **1** *minus, brevius – zu wenig, zu kurz, zu knapp:* ALBERT. M. sent. 3,24,10 p. 469a,8 hic ... videtur ma-

gister -e introducere credibilia. cael. 2,1,5 p. 115,59 quod . . . reprehensibilis esset Pythagoras in hoc, quod -e de . . . differentiis loquebatur. metaph. 1,5,1 p. 69,13 -e . . . loquuntur *Epicurei* de principiis *eqs.* **2** *disiecte, minutatim – aufgeteilt, aufgesplittert:* CHART. episc. Wirz. I 354 p. 405,13 (a. 1262) ipsis *(officialibus)* laboriose et nobis minus fructuose iacebant *agri* divisim et -e in locis diversis (*postea:* divisim et disperse).

***diminutatim** *adv. minutatim – zerkleinert:* ANTIDOT. Sangall. p. 79,32 corticem -m infundis in aceto per dies VII (*cf.* RECEPT. Lauresh. 5,1,27 p. 340 cortices concides minuatim). *cf.* diminuo *p.667,40.*

diminutio (-cio), -onis *f. script. et form.:* dem-: *l.29. p. 670,22.24.* -nit-: TRAD. Weiss. 269. -nuat-: *l.24. p.670,24. adde* FORM. Flav. add. 3 p. 490,27 -uacione.

I *actus diminuendi, minoratio, minutio – Verringerung, (Ver-)Kürzung, Verkleinerung, Minderung:* **A** *gener.:* **1** *in univ.:* VITA Desid. Vienn. 16 absque ullius capitis -e capilli. FORM. Augiens. A 10 ad -em peccatorum meorum . . . superius nominatas res dono. BALTH. Fridol. 9 p. 232,32 partiunculam *(sc. reliquiarum)* dico non meritorum -e. DIPL. Conr. III. 90 p. 161,9 sine ulla ponderis et puritatis *(sc. monetae)* -e. HELM. chron. 76 p. 145,5 quod civitas . . . magnam -cionem civium patiatur propter Lubicense forum. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 131,6 ut extrema foliorum in arboribus pallescunt ex -uatione caloris. ALBERT. M. veget. 1,134 sine augmento et -e partium essentialium animalis vel plantae. *saepe.* **2** *de luna i. q. decrementum – Abnahme:* BEDA temp. rat. 24,6 adicitur . . . numerus a secunda luna quotidie usque ad plenilunium detrahiturque dehinc paribus spatiis in de-em. ALCUIN. epist. 170 p. 280,4 nos . . . -em lunaris formulae . . . intuentes *eqs.* ALBERT. M. animal. 18,27 menstruum in corporibus mulierum magis fluit in lunae -e. *al.* **3** *de membris i. q. mutilatio – Verstümmelung:* CONST. imp. I 176,4 (a. 1158) homicidium et membrorum -o . . . legaliter vindicetur. DAVID (?) inquis. 37 potest . . . compelli *(sc. haereticus)* . . . tormentis citra membrorum -cionem et mortis periculum accusare aliquos. capitis -o *i. q. decollatio – Enthauptung:* CHART. Burgenl. I 100 p. 68,17 (dipl. spur. post 1214) quisquis . . . temerator extiterit, regiam indignationem . . . se noverit incurisse . . . et capitis suis *(sic?)* -cione plectendum. **4** *de regno sim. i. q. detrimentum – Schädigung, Schwächung:* LEG. Wisig. 2,1,8 p. 54,4 quantis . . . Gotorum patria concussa sit cladibus, . . . ex eo pene cunctis est cognitum, quod . . . patrie -em (-e *R*[1]) agnoscunt. HELM. chron. 5 p. 13,15 qua *(tempestate)* germana discordia maximos bellorum motus et -cionem scisso imperio parturivit. **B** *spec.:* **1** *philos. et theol.:* RADBERT. Rufin. et Valer. (PL 120,1498[C]) quoniam ante tempora semper existit *divina substantia* nec -em recepit. OTLOH. quaest. 34 p. 104[A] Filius . . . Deus de Patre sine passione vel -e genitus. RUP. TUIT. off. 11,9 l. 476 de argumento . . . defluxionis vel -is paternae substantiae, quam in generatione Filii contendit . . ., intelligi oportere *eqs. al.* **2** *gramm.:* WOLBERO cant. 1 p. 1028[B] non adolescens, sed per -em adolescentula dicitur. ALBERT. M. serm. I 4 p. 49,28 haec est confessio reguli, et per istam -em iure factus est rex, quia 'Deo servire regnare est'. **3** *rhet. i. q. brevitas (nimia) – (übertriebene) Knappheit:* SIGEW. Mein. 3 si quid precessoris mei sermo vel -e languit vel excessit incremento. *v. et p.667,70.* **4** *anat. et medic.:* **a** *in univ.:* IOH. IAMAT. chirurg. 6,11 cruris adest impedimentum et longitudinis ipsius manifesta -o. *deterioratio, defectio – Verschlechterung, Einschränkung:* HILDEG. caus. 3 p. 173,6 de auditus -e. TRACT. de aegr. cur. p. 116,34 si . . . ex parte fit -o sensus et motus *(sc. paralyticorum).* **b** *tabes – Schwund:* Ps. GALEN. puls. 387 (cod. Vr) intellige effusionem ventris nimie esse futuram et -em carnium aut saniem in renibus esse (*sim.* urin. p. 9,2). BERTH. (?) annal. a. 1075 p. 281,29 quam *(passionem)* Greci atrofiam . . . dicunt, quae . . . a -e et tenuitate carnis . . . accidit. ANON. coit. 1,1,6 lumborum fit -cio. **c** sanguinis -o *i. q. phlebotomia – Aderlaß:* PONTIF. Rom.-Germ. 236 ut per . . . -em sanguinis proveniat mihi salus corporis (*sim.* RITUALE Flor. p. 106,29). CONSUET. Marb. 77 brachium suum denudet *frater* et . . . calefaciat . . .; -o sanguinis inchoatur. *al.* **5** *math.:* **a** *subtractio – das Abziehen, 'Subtraktion':* HERIG. reg. 2,15 quotiens primus divisor per differentiam suam vel per -em maiorum per minores secundum rationem singularium . . . denominaverit. ANON. algor. Hann. p. 30,2 in arte -is hoc negocianti observandum, maiorem numerum superscribat et ei ab eo auferendum supponat. **b** *divisio – Teilung, 'Division':* ALCUIN. epist. 133 p. 200,22 perfectus numerus est, qui partibus suis impletur nec -e frangitur nec multiplicatione partium superabundat. p. 201,17 poteris . . . iuxta eandem regulam octogenarii explorare -em, nam octogenarii quadragenarius medietas *eqs.* ANON. minut. 1,1 unum . . ., sive pes sive libra, si per XII divido, duodecimam unam unciam, duas sextantem . . . nomino . . .; in his . . . unciis, si multiplicationem quaesieris, -em potius quam multiplicationem tibi venire videbis. 1,2. **6** *mus.:* ANON. IV mus. 3 p. 61,15 nullum . . . tempus habet *suspirium* de se, sed capit suum tempus ex -e alicuius soni ante immediate. **7** *publ. et iur.:* **a** *in univ.:* DIPL. Constantiae 31 p. 97,8 ut debite . . . decime integre et sine -e solvantur. CHART. Turic. 581 quod . . . deberent *priorissa et conventus* . . . ecclesie sine omni -e decimas persolvere. *al.* **b** *imminutio, detractio, alienatio – Schmälerung, Beeinträchtigung, Veräußerung:* CONC. Merov. p. 105,11 qualiter . . . stabilitas *(sc. xenodochii)* in nullam partem . . . de-em aliquam patiatur. FORM. Marculfi 1,13 l. 24 absque aliqua de-cione (de-uatione, -e *var. l.*; CHART. Fuld. B 56. *al.*). CHART. Rhen. med. I 23 sine ulla -e (FORM. Augiens. B 2. *saepius*). DIPL. Otton. II. 166 p. 188,29 ut nullus iudex publicus . . . -em facere . . . presumat (DIPL. Arduini 2. CHART. Heinr. Leon. 64 p. 96,5). CHART. Raitenh. 66 p. 64,8 sine -e iuris fratrum (*inde* 118 p. 107,18). CONST. Melf. 3,5,1 constitutionem . . . super prohibita -e feudorum. *saepe.* **c** *de moneta i. q. debilitatio – Wertminderung:* CHART. Helv. arb. 10 p. 20,19 (a. 1198) cum . . . canonici super monetae -e et exactione novi pedagii . . . episcopum convenirent et peterent *eqs.*

II *defectus, inopia – das Fehlen, Mangel:* EPIST. Hildesh. 86 p. 141,9 in eo etatis statu, in ea rerum -e estis constitutus, ut *eqs.* ALBERT. M. animal. 1,580 ut meseraicae ulterius ministrentur cordi, ut non gravetur ex nimietate *(sc. sanguinis et spiritus)* aut etiam deficiat ex -e. eth. II 5,2,4 p. 343[b],18 in qualicumque . . . operatione plus et minus est, in illa est et aequale, ad quod plus et minus secundum excessum et -em determinetur.

***diminutivo,** -atum, -are. *per deminutivum deducere – verkleinernd, als Verkleinerungsform ableiten:* RUD. TRUD. gest. 1,10 p. 233,38 huic *(Guntramno)* successit Adelardus . . . ortus . . . de vico, qui dicitur Lovinium, iuxta Lovanium atque inde -to *(cf. l.49).*

diminutivus, -a, -um. *pendet gen.: l.53.* **1** *adi. i. q. deminuens, deminutionem efficiens – verringernd, verkleinernd:* ANSELM. LEOD. gest. 10 possessiuncula . . . est huius aecclesiae nimis contigua oppido, quod Lovanium nomine -um ex suo nomine eidem villulae indicit vocabulum: cognominatur enim Loviniol. ALBERT. M. anim. 2,2,1 p. 84,27 virtus deducens . . . ad perfectum est augmentativa, cui contraria est -a, quae surgit ab imperfectione. aet. 1,5[capit.] quae *(aetas)* dicitur -a virtutis et non substantiae. mort. 2,12 p. 371[b],4 in quantum . . . est *calor physicus* calor elementi, est . . . augmentativus et -us. **2** *subst. neutr. i. q.* ὑποκοριστικόν – *Verkleinerungsform, 'Deminutiv' (t. t. gramm.; cf. l.49):* ALDH. ad Acirc. 132 p. 181,20 rumusculus, quod est rumoris -um. GODESC. SAXO gramm. 2 p. 490,5 ut puto -um a nepote 'nepotio'. OTTO FRISING. gest. 2,13 p. 115,34 Romaniola, quod -um a Roma tractum noscitur. *al.* *in imag.:* ACTA imp. Winkelm. I 741 p. 585,45 (a. 1257) cum illa *(affectio)* in -o (diminucio *a*) dilectionis scintillula fuerit, hec quidem in superlativo tamquam de fonte profluens karitatis . . . flamma . . . sit estuans.

adv. **diminutive**. *modo deminutionis,* ὑποκοριστικῶς – *verkleinernd (t. t. gramm.):* ALDH. ad Acirc. 116 p. 159,12 scalprum, a quo -e scalpellum. GODESC. SAXO gramm. 2 p. 490,10 upochoristicos -e, ut 'praedonulus' a praedone. GERB. geom. 3,7 dictus . . . laterculus -e a latere.

***diminutor,** -oris *m. qui deminuit, detrectator – einer der verringert:* PAUL. BERNR. Greg. 67 p. 511,25 vocans *rex* eum . . . invasorem et regiae dignitatis -em.

[Leithe-Jasper]

dimissio *vel raro* **demissio,** -onis *f.* *script.:* dimm-: *l.55.* -ssci(o): *l.35.*

1 *actio deorsum mittendi, depositio, submissio – das Hinunterlassen, Senken:* EKKEH. IV. bened. I 28,12 sportę per murum laxat de-o Paulum. GERHOH. Antichr. 1,59 p. 375,10 di-e aquarum ... fluvius granditer intumuit. ALBERT. M. animal. 1,624 si maior rubedo est in fronte cum occulorum de-e, significabit verecundiam *(cf. Physiogn. 79).* VITA Herm. Ios. 36 quoties corpus dominicum ... levavit et posuit, brachiorum elevatione et de-e et totius corporis gestus maxima reverentia temperavit. *al.* *immissio – das Einführen:* WILH. SALIC. chirurg. 2,3 p. 328G fit ... sutura *(sc. vulneris)* cum di-e acuum in loco. **2** *actio dimittendi, ablegatio – das Entlassen, Wegschicken, Verabschiedung:* **a** *gener.:* GERH. AUGUST. Udalr. 1,15 l. 26 cum ... amantissima di-e populi ... rediret. **b** *publ. et iur. i. q. repudiatio – Verstoßung:* CONC. Karol. A 16a,17 propter eandem di-em *(sc. adulterinae coniugis).* **c** *medic. i. q. emissio, secretio – das Ausscheiden, (Harn-)Lassen:* AESCULAPIUS 41 p. 70,35 diabne est vesicę et urinarum frequens di-o. **3** *liberatio, solutio – Freilassung, Befreiung (von), das Erlassen:* LEX Ribv. 61,7 quod si auctor di-is eum *(sc. servum)* ingenuum fecerit. DIPL. Heinr. IV. 205 cum di-e ... operis, quod ... cives ad urbem debent. CHART. Rhen. inf. II 344 nos ... di-em *(sc. telonei)* et donationem ratam habentes ... confirmamus. *de peccatis i. q. remissio – Vergebung:* RUP. TUIT. dial. 3,283 meliorem constat esse di-em illam, qua dictum est: 'rogabitque pro eo sacerdos, et dimittetur ei.' **4** *relictio, renuntiatio – das Zurücklassen, Aufgabe:* **a** *gener.:* WALAHFR. Gall. 1,28 p. 306,3 ut ... parentum et praediorum di-em praeteream, episcopatus honorem ... suscipere non consensi. **b** *publ., iur., eccl.:* **α** *abdicatio, resignatio – Rücktritt, Abschied:* VITA Albarti 5 (MGMer. VI p. 22,32; s. XII.med.) accepta a subditis di-e reliquerunt *episcopi* ... sedes proprias. *fort. add.:* ANNAL. Plac. a. 1250 p. 502,5 dixit *Nata* omnibus astantibus 'de-cio mihi venit' et contra voluntatem populi ivit ad standum in domo Guillelmi clerici. **β** *legatum – Legat, Hinterlassenschaft:* AGNELL. lib. pont. 104 p. 346,11 ex di-e hominum mortuorum ecclesiae ditatae sunt. 110 ubi *(sc. in monasterio)* nunc ... ego sum ... ex di-e Sergii diaconi, patruelis mei. **γ** *cessio – Überlassung, Verzicht:* GESTA Camer. cont. I A 20 nisi prius di-em manu propria, quod et vulgo werpire dicitur, faceret ex omni beneficio. CHART. Basil. C I 362 p. 270,22 quia ... sacerdotes ex di-e ... parrochie, quam dicebantur possidere, videbantur incurrere gravia dampna. CHART. Brixin. 151 p. 164,11 bonorum. CONST. imp. III 49,6 ratificationem, confirmationem ... omnium renuntiationum, di-um, promissionum ..., quas ... imperatores ... summis pontificibus ... prestitisse noscuntur. **c** *mus. i. q. omissio – Unterlassung:* IOH. GARL. mus. mens. 8,2 figura pausationis est signum vel tractus significans de-em soni factam in debita quantitate (*sim.* ANON. IV mus. 3 p. 57,9 pausatio est quies vel di-o soni). **5** *deminutio, relaxatio – das Nachlassen, Verringerung, Lockerung:* AESCULAPIUS 18 p. 23,2 ut ante accessionem f e b r i u m cibentur aut post di-em (Ps. GALEN. puls. [cod. Vr.] 28 dimm-es. *al.*). 20 p. 27,32 in di-is *(sc. anhelitus)* tempore flebotoment *(sc. laborantes).* ALBERT. M. eccl. hier. 7 p. 153,31 'per extremam', idest inferiorem, 'formae', idest vivendi, 'de-em' (*cf. PG 3,557A* ὑφειμένην), eo quod remissius vivunt. *al.*

***dimissivus,** -a, -um. *appellatorius – Berufungs-:* CONR. MUR. summ. p. 162,24 sunt verba ... -a, dispensativa, disciplinaria.

dimissor, -oris *m.* **1** *qui dimittit – einer der vergibt, erläßt:* TUTO opusc. 1,13 p. 37,10 non ... ut peccatores et paenitentes a peccato immunem et peccatorum omnium suscipiebant *(sc. Pharisaei)* -em *(i. Iesum)*, sed *eqs.* **2** *qui cedit, legat – einer der überläßt, vermacht:* AGNELL. lib. pont. 82 tales ex ... opibus *(sc. ecclesiae)* nutriti fiunt, qui ... neque pro -is animam preces Deo ei fundunt.

dimissorius, -a, -um. **1** *adi.:* **a** *iur. et canon.* litterae -ae *sim.:* **α** *epistula dimissionis, commendaticiae – 'Dimissorien', Entlassungsschreiben, Sendschrift (de re v. Hinschius, Kirchenrecht. I. p. 93sqq.):* EPIST. var. II 16 clericum ... in nostra parrochia doctum ... per hanc -am epistolam permisimus *(sc. episcopus Constantiensis)* licenter vestrum *(sc. episcopi Brixiensis)* expetere adiutorium. HINCM. epist. 197a ut nemo episcoporum alterius ecclesiae ordinatum sine consensu vel litteris -is illius episcopi, cuius ordinatus fuerat, ... ordinare praesumat. FLOD. hist. 3,23 p. 312,7 quod sine consilio coepiscoporum litteras ... -as ... dare nequiret *Hincmarus.* WILH. ANDR. chron. 109 litteras -as et emancipatorias. *saepius.* **β** *apostoli, libelli appellatorii, litterae remissoriae – 'Apostel', Bescheinigung über die Einlegung und Zulassung der Appellation (de re v. Plöchl, Kirchenrecht.2II. p. 358):* CHART. Ital. Ficker 209 (a. 1203) ad ipsum imperatorem Rome ... appello in scriptis et apostolos seu litteras -as instanter peto. CONR. MUR. summ. p. 136,22 in litteris -is, que sunt quasi testimoniales super statu vite et conditione illius, pro qua scribitur, ... quedam grece littere scribebantur. p. 137,8 -e ... littere dicuntur apostoli, quos appellanti iudex dat, a quo appellatur. *al.* **b** *milit. i. q. ad missionem pertinens – die Beurlaubung, den Abschied betreffend:* CONST. imp. III 115,1 (a. 1276) cum et vos *(sc. Rudolfus)* vestrum exercitum et nos *(sc. rex Boemiae)* nostrum -a vellemus liberare licencia. **2** *subst. fem. (ellipt.; neutr.: l.27) i. q. epistula dimissionis, commendaticiae – 'Dimissorien', Entlassungsschreiben, Sendschrift:* CONC. Karol. A 3B p. 17,10 ut nullus episcoporum audeat ... alterius civitatis clericum s i n e -a s u i e p i s c o p i suscipere (CAPIT. reg. Franc. 94,3 *et inde* LEG. Lang. p. 518a,19 -o [-a *var. l.*]). ORD. Rom. 35,46 dicit domnus pontifex: '-am habet ab episcopo suo? GESTA Hort. Mar. 30 quia propter temporis brevitatem sui episcopi ... -as habere non poterat *abbas. al.*

dimitior *v.* dimetior.

dimitto *vel rarius* **demitto,** -misi, -missum, -ere. *script. et form.:* timitdo: *p.675,69.* dism-: *p.673,52.* -it(o): *p.674,11. 29.57.* *perf.:* -iss(i): *p.675,19.677,7. adde* FORM. Senon. I 42 p. 204,8. *al.* -et: *p.674,48.675,40.* -errunt: *p.674,38.* *partic. perf.:* -is(us): *p.673,52.676,12.* *acc. sg. m.* -em: *p.674,27. usu refl.: l.52.70. p.674,20. al.; medial.: l.72. p.673,12.13. al.; absol.: p.674,56.676,6; intrans.: p.676,20.* *impers.: p.676,67. partic. praes. usu subst.: p.674,57.* *partic. perf. usu adi.: passim.*

I *deorsum mittere, deicere – hinabschicken, -lassen, -bewegen, -fallen lassen:* **A** *de motu:* **1** *proprie:* **a** *in univ.:* LEX Sal. Merov. 96 si quis hominem ... de furca ... de-ere praesumpserit. WALAHFR. Mamm. 18,8 dimissa columba ... de caelo venit. RUD. FULD. Leob. 14 fulmina crebro dimissa (de-*var. l.*). MUS. ENCHIR. app. A II 117 non amplius infra terminalem sonum organum descendere et, ne inferius di-atur, signum istud l obstare. WALTHARIUS 922 vir celer ... sanguineum ... ulva viridi di-erat ensem. VITA Heinr. IV. 4 p. 20,11 femina ... molarem in caput regis dimisit. 7 p. 25,11 dimisso fune. WIGAND. Waldg. 13 divina voce ad eum demissa. *saepe.* **b** *refl. i. q. delabi, descendere, desilire – sich hinab-, hinunterlassen, -gleiten, hinabsteigen:* AGIUS epic. Hath. 575 pede delapso se demissum pedetemptim, donec ... terrae proximus ipse foret. WOLFHARD. Waldb. 2,5 p. 220,25 staupulus ... displicante se, in quo pendebat funiculo, iterum se dimisit inferius. WALTHARIUS 994 quod genus aspidis *(i. iaculus)* ex alta sese arbore ... de-it. THIETM. chron. 7,4 se dimisit *Wirinharius* a muro. *al.* *adde:* CAES. HEIST. hom. exc. 3 'di-e *(sc. sanctimonialis)* te super genua tua!' **c** *(im)mergere – eintauchen:* HINCM. divort. 6 p. 155,10 conligatur ... fune, qui examinandus in aquam di-itur *(item* p. 155,16.31. *al.).* **d** *deorsum ponere – ab-, niederstellen:* AMALAR. ord. expos. I 2,1 de acolitorum manibus candelae di-untur (*cf.* cod. expos. II 11,3 ponuntur). **e** *de aqua, pluvia sim. i. q. pluere, destillare – (hinab)strömen, fließen, tropfen lassen:* BEDA hist. eccl. 3,9 p. 145,32 equus ... spumas ex ore de-ere ... coepit. WANDALB. mens. 31 quam *(undam)* ... de-ere nimbis cernitur *Aquarius.* *refl. i. q. effundi – sich ergießen:* DIPL. Arnulfi 184 p. 284,5 (spur. s. X.2) ubi Vrala se di-it in prefatam amnem *(i. Ipisam).* *medial. i. q. defluere – hinab-, abwärts fließen:* WANDALB. mens. 355 vada demisso tranquillant flumine cursum. **f** *laxare*

[Leithe-Jasper]

– *locker lassen:* ALDH. virg. I 25 p. 259,11 de-e (di- *var. l.*) frenum equi. FRID. II. IMP. art. ven. 4 p. 77,16 si di-antur habene. **g** *infigere, defigere – einrammen, -schlagen:* CHART. Rhen. med. II app. 13 p. 363,33 (s. XII.med.) si ... piscatorem paratum ad vennam non invenerit, palos ... in ripa di-et. **2** *translate i. q. insculpere, includere – (tief) einprägen, verschließen:* RUOTG. Brun. 18 p. 16,31 si ammonitionis meę verba in pectoris tui secreta de-eris. **B** *de directione i. q. dependere – (hinab)hängen lassen (medial. i. q. dependēre – hinab-, herunterhängen):* **1** *in univ.:* WALAHFR. hort. 162 videas ... satis esse ... aliis *(sc. peponibus)* oblongo scemate ventrem demissum. BRUNO QUERF. fratr. 13 p. 59,16 parcentes rasorio dimissę barbę misericordiam nobis fecimus. ALBERT. M. animal. 5,57 signum delectationis eius *(sc. porci agrestis)* in coitu est, quando de-it auriculas. *al.* **2** *submittere – beugen, senken:* VITA Liutb. 37 capite in terram dimisso (de- *var. l.*). CARM. var. II 13,28 dimisso (de- *var. l.*) vertice. EUPOLEMIUS 1,648 Iudas dimissus vultum. *saepius. de armis:* HIST. peregr. p. 120,1 acies ... demissis hastis ... Turcorum cuneos audacter irrumpit.

II *mittere, immittere – (aus)schicken, (ent)senden, hin(ein)schicken, -lassen:* **A** *in univ.:* **1** *de anim.:* WALAHFR. Mamm. 20,7 adducunt Mammam, di-itur ursa ... saevitiae mentita minas. 21,15. RHYTHM. 61,40,2 Adrianus ... precepit leonem magnum eis *(sc. martyribus)* di-ere. BRUNO QUERF. fratr. 23 qui *(presbyter)* ... dimissus est hora operis Dei missas facere. *al.* **2** *de rebus vel partibus corporis:* LIBER diurn. 7 archidiaconus ... subscripsi et dimisi *(sc. formatam)*. HROTSV. asc. 112 vobis ipsam pacem di-o *(sc. Christus)* perennem. ALFAN. premn. phys. 25,5 p. 141 quod ... arteria sit, quae di-it (*sc. semen; PG 40,701A* παραπέμπουσα). 27,9 p. 108. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 148,3 magnam partem fili a parte intrinseca palpebre immittat (di-at *var. l.*) *falconarius*. ALBERT. M. animal. 1,402 penetrat *(sc. pars venae)* dyafracma et duas in dyafracmate di-it venas, quae in ipso sparguntur. **B** *medial. i. q. penetrare, immergi – eindringen, hineingelangen:* ALFAN. premn. phys. 7,8 p. 76 in oculum di-itur (*PG 40,640C* ἀφικνοῖτο) pars quaedam ..., non cognoscimus magnitudinem rei. **C** *transmittere – (hin)durchlassen:* RECEPT. Sangall. II 10 semen lactuce in lentiolo ligas et in calida aqua di-is, donec per linteum virtutem suam di-at. **D** *edere – (ver)sprühen:* COMPOS. Luc. B 27 metallus ardens sintillas di-it.

III *a se mittere, ponere – weg-, fortsenden, -schicken, entlassen, weglegen:* **A** *strictius:* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* **α** *de contione, multitudine sim.:* WIDUK. gest. 3,16 soluta contione, m u l t i t u d i n e dimissa (THIETM. chron. 4,51. BERTH. [?] annal. a. 1077 p. 298,18. *al.*). EPIST. Teg. I 84 ut concilium ... in triduum differatis et di-atis *(sc. comes)*, usque dum nos *(sc. Peringerus)* vobiscum loquamur. OTTO FRISING. gest. 1,58 p. 83,5 conventus ... di-itur. **β** *usu vario:* BEDA hist. eccl. 3,19 p. 168,10 dimissis (dismisis *var. l.*) ordinate omnibus *(sc. fratribus)* navigavit *Furseus* Galliam. ANNAL. Xant. a. 812 legati imperatoris ... dimissi sunt cum p a c e (WIDUK. gest. 3,11 cum gratia et p. MEGINH. FULD. Alex. 5 in p. *saepius*). POETA SAXO 3,359 in regnum proprium dimissus uterque regalis natus. WIDUK. gest. 2,16 pontificem Bernhardum ... responsi incertum a se di-it *Isilberhtus*. OTTO FRISING. gest. 1,69 nuncios ... iam diu secum moratos dimisit *rex*. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 49,4 veniente tempore pullificationis ... pulli ... di-untur a parentibus. *saepius.* **b** *deponere – ablegen:* ERMENR. ad Grim. 18 p. 555,12 dimisso appellativo semper adhęret pronomen proprio. CONST. imp. I 401,10 qui ... cruces sibi in vestibus posuisse noscuntur et eas postea dimisisse. ORD. coron. imp. 14,25 solo pluviali dimisso. *al.* **2** *milit. i. q. missum facere, eximere – beurlauben, freistellen, verabschieden:* LEG. Wisig. 9,2,9 p. 378,17 nullus dux ... quemquam ex suis subditis de bellica profectione di-at. CAPIT. reg. Franc. 141,27 ut ... heribannum rewadient exceptis his, qui propter necessarias causas ... d o m i dimissi fuerunt (224,4. EPIST. Bamb. 1 p. 472,1. *al.*). THIETM. chron. 5,38 exercitu ... bona cum pace dimisso. OTTO FRISING. gest. 1,13 p. 29,9 ducem exercitum di-ere ... persuadet *(sc. episcopus). al.* **3** *publ., iur., canon.:* **a** *removere – absetzen, (des Amtes) entheben:* TRAD. Frising. 193a (a. 804) utrum Liutfridum abbatem di-ere voluisset *episcopus* annon. DIPL. Ludow. Inf. 70 p. 206,27 postquam a regni gubernatione proceres regni Lothariensis de-erint *(sc. Zventipulchum)*. WIDUK. gest. 2,38 pontifex ... dimissus dum ultionem quaerit. *al.* **b** *repudiare – verstoßen:* **α** *in univ.:* LEG. Burgund. Rom. 21,3 quod si unum ex his *(sc. culpis)* probaverit *mulier* et maritum de-at (de-it, di-it, di-et *var. l.*). LEX Raet. Cur. 3,16 si mulier maritum suum dimitere (di-ere *var. l.*) voluerit. ALBERT. M. sent. 4,27,9capit. an vir potest uxorem suam di-ere. ACTA civ. Wism. A 558a p. 36,14 si aliquis habuerit legitimam mulierem et illa dimissa ducit aliam. *persaepe.* **β** *locut.* in via -ere *fere i. q. aspernari – etwa: verschmähen, 'sitzenlassen':* LEX Baiuv. 8,17 si quis liberam feminam suaserit quasi ad coniugem et in via eam dimiserit, quod Baiuuarii uuanclugi vocant. **γ** *refl. i. q. seiungi – sich trennen, scheiden:* LEX Raet. Cur. 24,18,2 si aliquis de illos *(sc. maritis)* mentem suam perdiderit ..., per hoc se di-ere non possunt; nisi tantum per illas causas se di-ere possunt, quod *eqs.* **4** *medic. i. q. secernere – ausscheiden:* ANTIDOT. Glasg. p. 109,3 dabis *(sc. medicinam)* cum aqua cocta ..., donec unde lapidem di-at *cauculosus.* **B** *latius:* **1** *solvere, liberare – (frei)lassen, befreien:* **a** *gener.:* **α** *de hominibus:* LEG. Burgund. const. I 6,3 iuret *custos* nec suo ... conludio aut conscientia fuisse dimissum *(sc. fugitivum*; dimissus, demissum, demissem, divissum, demisso *var. l.)*. CARM. de Ludow. imp. 1,2,3 (MGPoet. III p. 404) si nos *(sc. Beneventani)* eum vivum dimitemus, certe nos peribimus. WALTH. SPIR. Christoph. I 25 Dagnus rex beatum Christoforum ... in custodia ligatum dimisit. BERTH. (?) annal. a. 1055 imperator Adalbertum capitali sententiae adiudicatum per interventum episcoporum dimisit. ACTA civ. Wism. A 797b nulla querimonia venit post eos *(fures)*, tunc dimiserunt *consules* eos. *saepe. adde:* STEPH. Wilfr. 39 p. 232,15 si nolueris *(sc. filius regis)* ... illum in episcopatu habere, di-ere (di-e *var. l.*) eum liberum. **β** *de equis:* CHART. Bund. 1202 p. 2,12 (a. 1273) ipsi fratres ... di-errunt ipsos equos desolutos. *ibid. iterum.* **b** *publ. et iur.:* **α** *de debitoribus:* CHART. civ. Hild. 209,48 (c. 1249) hoc *(pignus)* potest ipse *(sc. creditor)* sine advocato accipere et debitorem di-ere *eqs.* ACTA civ. Wism. A 373 Gherardus ... pro equo, quem a conss. extorquebat, ipsos consules ... ab ipso equo dimisit perpetualiter absolutos. B 790 Petrus filius Erponis dimisit patrem suum ... de omni hereditate sua, quam de ipso iure hereditario posset habere, liberum et solutum. *al.* **β** *de manumissione servorum:* LEX Ribv. 60,2 quod eum *(libertum)* quis inlicito ordine i n g e n u u m dimisisset (de-, dimisit, dimiset *var. l.*; LEX Franc. Cham. 11. *al.*). LEX Alam. 16 qui in ecclesia demissi (di-, dimisse *var. l.*) sunt l i b e r i (LEX Baiuv. 5capit.. TRAD. Frising. 1087. *persaepe*). LEX Raet. Cur. 18,6 liberti, qui cives Romani dimissi sunt. TRAD. Frising. 1226a ut omnes ... mulieres perpetualiter absque omni servili condicione di-rentur. *al.* **2** *remittere, condonare – erlassen, nachlassen, vergeben:* **a** *eccl. et theol. de peccatis, poena sim. (absol.: l. 56):* VITA Goar. 7 p. 419,17 mitis est Dominus ad de-endum *(ed.,* di-, te mittendum *codd.)*. FORM. Arvern. 4 ut dimitentibus debita dimitantur peccata. POETA SAXO 1,346 cuncta scelerum dimissa mole. ALBERT. M. sent. 4,18,10 p. 781b,12 exercet ... sacerdos suam potestatem partem poenae di-endo. *persaepe.* **b** *publ. et iur. de debitis vel censu sim.:* CHART. Sangall. A 109 (s. VIII.ex.) si in uno anno aut in secundo hoc *(sc. censum)* dimissum fuerit. LEX Frision. add. 3,68 tres partes de ipsa multa componantur, quarta portione dimissa. CHART. Naumb. I 161 p. 142,40 frumentum, quod marchio postulavit, hoc omnino dimisit. *saepe.*

IV *relinquere, deserere, amittere – zurücklassen, verlassen, verlieren:* **A** *strictius:* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* **α** *de febre sim. liberatis:* AESCULAPIUS 1 p. 1,29 quando ... febris eos *(sc. infirmos)* di-erit, citius ad sanitatem veniunt. THEOD. TREV. mirac. Celsi 14 Sancti Celsi opitulantibus patrociniis dimissa sum *(sc. paralytica)* ab infirmitatibus meis. *al.* **β** *de partibus corporis sim.:* LEX Frision. add. 3,43 qui alium fuste

[Leithe-Jasper]

percusserit . . .; si tantum sanguinem di-erit, ter solidum componat. WETT. Gall. 35 p. 277,26 cum capillos et cutem ungulasque di-ret *Erchanoldus eqs*. THEGAN. Ludow. 42 nolo, ut ullus propter me v i t a m aut membra di-at (ANNAL. Altah. a. 1042 p. 30,39). **γ** *usu vario:* LEX Raet. Cur. 12,1,2 curialem hominem non licet suam civitatem di-ere. WETT. Gall. 3 p. 259,21 aestimatum iter nulla ratione . . . di-ere. RUD. FULD. mirac. 3 p. 332,6 convenerat ad locum, ubi reliquias dimisit. NOTKER. BALB. gest. 2,1 p. 51,3 orbem occiduum pene vacuum di-erunt *Huni*. GERH. AUGUST. Udalr. 1,8 cautum mihi viae ductorem di-endo antecedite *(sc. cives Albegovve)*. DIPL. Loth. III. 107 quam *(sc. uxorem)* . . . in Regia civitate dimisimus. ACTA imp. Winkelm. I 617 p. 496,35 ultimi campum dimisimus *(sc. cives Bononiae)*. *saepe*. *de morte:* ANNAL. Hild. a. 964 Berengarius . . . novissimum diem praesentis vitae dimisit. **b** *destituere – im Stich lassen, sich selbst überlassen:* LEX Sal. Merov. 41,11 si quis . . . hominem . . . invenerit . . . sine manibus et sine pedibus, quem inimici sui . . . de-erunt (di-, demisserunt, de-unt *var. l.*). CAPIT. reg. Franc. 74,5 quicumque . . . parem suum contra hostes communes in exercitu pergentem di-erit. WIDUK. gest. 3,2 (rec. C) Huga timore perterritus dimisit Luthuvicum. WIPO gest. 20 p. 40,25 dux cum se intellexisset a suis di-i. *saepe*. **c** *emittere – loslassen, freigeben:* FRID. II. IMP. art. ven. 3 p. 9,19 quod avem aliquam videret *girofalcus*, quam delectaret capere, di-ret loyrum propter avem. p. 29,27 postquam acceperit iactos unus alterius, di-unt *falcones* se statim. *ibid. al.* **d** *refl. et medial. fere i. q. solvi – etwa: sich auflösen (in confectione antidoti):* COMPOS. Matr. 5,2 tam diu tere, donec se crocum di-at (di-ate *a. corr.*) et consumatur. TRACT. de chirurg. 442 addas vinum et tamdiu di-as, donec herbe di-antur, deinde cola. **2** *publ. et iur.:* **a** *(post mortem) relinquere, legare, (legatum) ascribere – (nach dem Tod) hinterlassen, vermachen, vererben:* LEG. Burgund. Rom. 45,5 testamenta . . ., quibus filiis aut nepotibus Falcidia non de-itur (di- *var. l.*). CHART. Sangall. A 22 quod pater . . . mihi demisit (TRAD. Lunaelac. 3. *saepe*. *sim.* CHART. Rhen. inf. I 33 in hereditatem). ANNAL. Fuld. II a. 853 Hadawart . . . episcopus diem clausit ultimum cathedramque suam Theotrico dimisit. FORM. Sal. Merk. 30 quod . . . genitor . . . servum eum di-isset (dimisset *cod.*). DIPL. Heinr. III. 10 ut . . . Diemarus . . . potestatem habeat . . . predium tenere, tradere . . . posterisque suis di-ere. *saepe*. *adde:* BREV. NOTIT. p. A9 Virgilius episcopus . . . posteris . . . ad memoriam scripta dimisit. **b** *(superstitem) relinquere – (als Hinterbliebenen) hinterlassen, zurücklassen:* LEX Raet. Cur. 3,17,2 si quicumque omo mortuus fuerit, si filius infra annis di-erit. 5,1,4 si filios aut filias super se di-erint. *ibid. persaepe*. LEX Thuring. 27 quod si nec filium nec filiam . . . dimisit superstites. TRAD. Wessof. 26ª si . . . heredem post se non di-ret. *al.* **c** *locut.* heredem di-ere *aliquem i. q. heredem instituere – als Erben einsetzen:* LEX Raet. Cur. 18,3 si maritus uxorem suam per cartam voluerit heredem di-ere. 26,4,1 si filium . . . in ipso testamento heredem di-ere voluerit. DIPL. Karoli M. 148 p. 201,25 quia genitor eorum Lantbertus in legitima alode eos vestitos di-isset. **d** *demandare, committere – übergeben, überantworten:* LEX Raet. Cur. 9,10 si aduliscentes infantes aliquid minutas culpas fecerint, di-ant *(sc. propinqui)* eos in potestatem dominorum suorum. TRAD. Frising. 277 Atto episcopus et defensores illius di-erunt ipsam contentionem inter manus . . . Isancrimi. **B** *latius i. q. omittere, abicere, concedere – bleiben lassen, fahren lassen, aufgeben, überlassen:* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* GLOSS. psalt. Lunaelac. 13,6 opera mortifera de-entes et bonum facientes. RIMB. Anscar. 2 p. 21,6 iocos pueriles di-ere. WIPO gest. 29 p. 47,12 nec se regem ausus est facere nec tamen regnum voluit di-ere *comes*. CHART. Sangall. B 252 p. 208,35 mortuo . . . domino Heinrico momoria *(sic)*, que agebatur in anniversario patris sui, di-atur et . . . in suo agatur. *saepe*. *v. et p. 640,13*. **b** *renuntiare – entsagen:* CHART. Sangall. A 22 si ego Rihcero secularia timitdo. CAPIT. reg. Franc. 72,5 si ille seculum dimissum habeat, qui cotidie possessiones suas augere . . . non cessat. EINH. Karol. 7 p. 10,6 ut . . . cultum daemonum di-ere . . . promitterent. CHART. Turic. 796 (a. 1250) cum . . . dimisso relligionis habitu libere ad seculum rediissem. *al.* **c** *desistere (a), desinere – ablassen (von), aufhören (mit):* AGIUS epic. Hath. 398 monebo, ut di-atis has nimias lacrimas. CONSUET. Eins. 4 quando ad opus Dei intonanda *signa* fueri<n>t, a minore incipiatur usque ad maius per ordinem . . ., eodemque di-antur (*postea:* relinquentur) ordine (*sim.* CONSUET. Trev. 69). *absol.:* ARBEO Emm. 45 dum haec *(sc. remedium)* se minimo proficere parentes eius *(puellae)* cernerent, di-erunt. CARM. var. III 37,2 'cur me torquetis morsu lacerante penali? si non di-eritis, adest mors vestra parata!' **d** *finire – beenden:* CONSUET. Marb. 319 dimissa psalmodia omnibus inclinatis prior dicat 'pater noster'. ANNAL. Plac. a. 1237 p. 478,31 dimiso prandio. *de obsidione i. q. dirimere – aufheben:* PAUL. DIAC. Lang. 5,9 dimissa Beneventi obsidione. RUOTG. Brun. 20 p. 19,10 imperator . . . obsidionem Magontię . . . dimisit. **e** *deminuere – verringern:* WETT. Gall. 33 qui *(sc. candelae)* per totum exsequium viri Dei lumen suum non di-bant. *intrans. i. q. deminui – nachlassen, weniger werden:* BRUNO QUERF. fratr. 13 p. 67,7 Benedictus, cuius cum Deo luctans fervor numquam dimisit. **f** *neglegere, oblivisci – vernachlässigen, vergessen:* CAPIT. part. Saxon. 29 nostrum solatium vel profectum . . . non de-ant *comites*. CAPIT. reg. Franc. 49,1 ut comites nostri propter venationem et alia ioca placita sua non di-ant. CONC. Karol. A 38,23 ne . . . dimisso eclesiastico officio incipiant *canonici* indisciplinate vivere. WALAHFR. Wett. 847 si forte tacens di-ero quicquam. *saepius*. **g** *praetermittere, non facere – weglassen, verabsäumen, nicht machen:* CAPIT. reg. Franc. 85 p. 184,7 quid . . . factum sit vel quid dimissum sit. AMALAR. ord. antiph. 32,6 duabus ex causis peccamus: aut quando di-imus, quod facere debuimus *eqs*. CONSUET. Bamb. p. 299,2 matutinę . . . beatę Marię in ipsis sollempnitatibus . . . di-untur. *al.* **2** *publ. et iur.:* **a** *tradere, delegare, cedere – aushändigen, übereignen, -tragen, abtreten, verzichten (auf):* **α** *de possessionibus:* FORM. Andec. 22 in pignore tibi condicionis de-o tibi pro ipso beneficium . . . vinia. TRAD. Frising. 356 mancipias e x t r a di-i (376. TRAD. Lunaelac. 6. *saepe*). 497 Marina dimisit II mancipias . . . in manus . . . episcopi (*sim.* TRAD. Ratisb. 215). CONST. imp. I 152 pape civitatem dimisimus Tyburtinam. CHART. Heinr. Leon. 65 p. 97,6 predium . . . in proprium . . . di-erunt. TRAD. Scheftl. 224 dimisit et abdicavit. CHART. Eichsf. 370 officium vicedominatus . . . ei *(Heidenrico)* de-emus. CHART. Brixin. 123 Berhtoldus . . . curiam . . . dimisit absolutam. *persaepe*. *remissius i. q. efficere, peragere – durchführen, vollziehen:* TRAD. Frising. 378 (a. 817) traditionem . . . nepoti suo commendavit, quatenus . . . vestituram di-ret et firmiter confirmaret. 519 p. 443,14 di-erunt alter alterius t r a d i t i o n e m tres vices (697ª p. 583,16. CHART. Sangall. A 406. *al.*). **β** *de vindiciis:* CHART. Heinr. Leon. 72 p. 106,6 Berhtoldus . . . omnem addictionem, quam super allodium . . . habere videbatur . . ., deposuit et dimisit. **b** *de officiis i. q. recedere (a), se abdicare – sich zurückziehen, sich lossagen (von):* REGINO chron. a. 860 p. 78,8 Egil a b b a t i a m Prumiensem sua sponte dimisit (BERTH. [?] annal. a. 1070). WIPERT. Brun. (MGScript. IV p. 579,26) Brunus dimisso e p i s c o p a t u . . . ambulavit Prusciam (ANNAL. Altah. a. 1071 p. 82,4. *al.*). **c** *de controversiis i. q. sedare, componere – beilegen, fallen lassen:* TRAD. Welt. 104 (post 1133/35) omnem interdictionem dimisit *Wernerus* et libere beato Georio reliquit *(sc. praedium)*. CHART. Heinr. Leon. 28 p. 40,8 accepta . . . marca argenti querimoniam dimisit *ministerialis*. TRAD. Scheftl. 267 omnem dimisit litem (287. CHART. Bund. 925 p. 360,33). **d** *refl. de compositione controversiae per arbitros i. q. confidere, compromittere – sich verlassen, sich einigen (auf):* CHART. Tirol. notar. I 795 (a. 1237) Hainricus et Cuncius . . . ex una parte di-erunt se in dominum Vtonem *eqs*. *impers.:* CHRON. Worm. p. 171,29 post multos tractatus dimissum est ex utraque parte in arbitros viros discretos *eqs*.

V *permittere, sinere, pati – (zu)lassen, gestatten, erlauben, dulden (fere c. inf.):* **A** *strictius:* VITA Goar. 9 de-e (di- *var. l.*) mihi (me *var. l.*) ad cellulam meam pergere. LIUTG. Greg. 2 p. 68,33 Addula . . . dimisit eum i r e (THEGAN. Ludow. 6 p.

[Leithe-Jasper]

184,14. *saepius*). WALAHFR. Wett. 878 sodales servitii gaudere suos dimisit. ANTIDOT. Glasg. p. 125,15 di-e infrigidare. BRUNO QUERF. fratr. 1 quamvis indomitus fervor . . . tepidam conversationem pati non di-ret. DIPL. Heinr. III. 55 p. 72,22 <lament>ationes in<au>d<it>as . . . non di-imus. CONO LAUS. notae p. 787,34 dimisit se cadere in terram. ANNAL. Plac. a. 1239 p. 480,41 dimissit *imperator* recedere multos carceratos Brixienses. CHART. Mekl. 1135 quam *(viam)* dimisit *Henricus* iacere . . . infra suam hereditatem. *saepe.* **B** *latius:* **1** *non movere, sistere – stehen, liegen, ruhen lassen, in Ruhe lassen:* MAPPAE CLAVIC. 2 siccas et macerabis *(sc. mixturam)* aceto et di-es modicum, donec combibat et siccetur. 49 di-e triduo. GEBER. clar. 2,52 -e ipsum *(cannulum)* a mane usque ad tertiam. WILH. CONG. chirurg. 1746 pone *(sc. medicamen)* ad ignem in olla rudi et di-e, quousque conburatur. *al. v. et p.673, 41.675,30.* **2** *intermittere – (verstreichen) lassen:* CONSUET. Trev. 38 in<ter> primam . . . <campanam> et alteram spatium di-itur, quo publice misse ministri parentur.

adi. **dimissus** *vel* **demissus,** -a, -um. **1** *humilis, modestus – bescheiden, demütig:* CARM. imag. 2,3,4 adsum, Perminius, di-o pectore pronus . . . tibi commendans *eqs.* CARM. Cantabr. A 9,3[b],2 iuvit domnum summa, iuvit et de-a regni potentia. *miser, turpis – jämmerlich, entstellt:* AGNELL. lib. pont. 137 p. 367,4 de praestantissimo *(sc. Constantino)* di-um reddiderunt *milites* corpus. **2** *de-, suppressus, submissus – schwach, gedrückt, gedämpft:* IOH. METT. Ioh. 94 nec . . . esurie de-ior, nec refectione umquam apparuit elatior. WALTH. SPIR. Christoph. II 4,132 di-a voce. *Leithe-Jasper*

dimmensio *v.* dimensio. **dimmi-** *v.* dimi-.

***dimotio,** -onis *f.* *excitatio – das Schüren:* UDALR. CELL. consuet. 2,36 p. 729[D] unus contus ad supportationem caldariorum, alter ad ignis -em (*sc. numquam debent in coquina deesse; inde* WILH. HIRS. const. 1,98 p. 1033[A]).

dimoveo, -movi, -motum, -ere. *usu refl.: l.39. p.678,9; intrans.: p.678,15.*

I *trans.:* **A** *a-, se-, removere – wegbewegen, entfernen:* **1** *de hominibus:* **a** *strictius:* BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 300,36 hic *(Ruodolfus rex)* . . . loco suo et castris se cum suis ad duo miliaria quasi fugam simulans -bat. **b** *latius:* **α** *dimittere, depellere – entlassen, entheben:* BERNOLD. CONST. libell. III 15 p. 76,11 merito quilibet eorum *(presbyterorum cum episcopis et diaconibus)* a sacris officiis -entur (-etur *var. l.; sim.* p. 77,27). **β** *eicere, expellere – verbannen:* ANNAL. Hild. a. 1036 p. 40,18 Adaelberonem maiestatis reum priori anno -it *imperator.* **γ** *prohibere, repellere – fernhalten, abwehren:* CARM. potat. 78 (MGPoet. IV p. 353) ipse *(Syreneus)* suis precibus . . . corporis et mentis saevos -at hostes. HERBORD. Ott. 3,13 p. 172,9 ut clausis undique ostiis a se omnes -at *puer.* **c** *translate i. q. avertere, abalienare – abbringen, abtrünnig machen:* EPIST. Adm. 53 p. 105,31 ne blandicię cuiuslibet aut terrores ab universitate ecclesię animos vestros *(sc. archiepiscopi eiusque suffraganeorum)* . . . debeant aliquatenus -ere. 65 p. 119,25 ut a fidelitate Romanę ęcclesię ac nostra posses *(sc. archiepiscopus)* aliquatenus -eri. MANEG. c. Wolfh. 1 p. 45,8 quo a simplicitate sui -ta voluntate incorporandi ad . . . infima laberetur *humana anima.* **2** *de rebus:* **a** *strictius:* HEINR. WIRZ. cur. 401 caute rediit *(sc. ille simplex)* lectoris ad edem imposuitque viri quinque talenta thoro; ere dato tacite gressum -it (gloss. W: i. recessit; demovit, -erat *var. l.*). **b** *latius i. q. demere, tollere – wegnehmen, beseitigen (in imag.: l. 64.68):* DIPL. Otton. III. 241 ut omni ambage -ta ad vos *(sc. Gerbertum)* nude veritatis fruamur loquela. PETR. DAM. epist. 31 p. 329,28 quatinus ambiguitatis nostrae caliginem auctoritatis vestre *(sc. papae)* lucerna -at. *al.* ARIBO mus. p. 39,5 quam *(reponderationem cerae)* dividens in quatuor -as quartam *(partem)* de tribus partibus secundum cymbalum compositurus (*sim.* CYMBALA XVIII 2). FRID. II. IMP. epist. B 4 (DtArch. 19. 1963. p. 422,7) -ta rubigine pravitatis . . . regni nostri Siculi <turbatio> sedata est. *al.* *vi auferre, rapere – gewaltsam entwenden, rauben:* METELL. Quir. 18[a],7 huius ab hoc *(sc. Arnoldo duce)* -ta loci possessio tota ditat per omne Noricum progeniem procerum. **c** *translate i. q. amoliri – abwälzen:* HONOR. AUGUST. spec. p. 830[D] Pilatus obiectum crimen a se -ens Iudaeos culpae involvit. **B** *movere – bewegen, in Bewegung setzen:* **1** *transferre, promovere – verlegen, ausrücken lassen (usu milit.):* CHRON. Mich. 30 cesar consilio lateri suo assidentium castra -it (-et *var. l.*). BERTH. (?) annal. a. 1079 p. 321,42 rex . . . exercitum . . . in Saxones hostiliter devastandos temerarie multum abhinc -erat. **2** *huc illuc movere, agitare – hin und her bewegen, regen:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 195,4 naturam habet *falco* -endi se in die et quiescendi in nocte. 3 p. 17,9 -at *(sc. qui non tenet falconem)* loyrum prope terram, ut falco possit videre loyrum. 6 p. 223,5 -et *falco* caudam, excutit se, conatur fugere.

II *intrans. i. q. discedere, proficisci – sich entfernen, aufbrechen:* HERIG. gest. 6 p. 168,8 quadragesimo, postquam inde *(sc. Roma)* -erant, die . . . regressi sunt *(sc. Eucharius et Valerius).* *cf.* demoveo.

dinamidia *v.* dynamidia. **dinar-** *v.* denar-.

dinastia *v.* dynastia. ***dinavigo** *v.* *denavigo.

***dincgravius** (thi-, digg-, -ng-, -chg-), -i *m.* (*theod. inf. vet.* dincgreve, -grave) *comes, qui iudicio praesidet – dem Gericht vorsitzender Graf, 'Dinggraf' (de re v. Waitz, Verf.-Gesch. VII. p. 24sqq.):* CHART. Westph. II 249 p. 38,27 (a. 1144) Heinricus . . . novem mansus . . . per manus th-i Ottoni redonavit. CHART. episc. Hild. I 607 p. 581,39 ministeriales sancti Mauricii Amilius, Lenfridus, Conradus dinch-us de Wilepa. CHART. Walkenr. 123 filii domini Hermanni digg-i. CHART. Rhen. inf. II 553 coram thing-o domino Menzone. *al.*

[dincolonus *v.* dyspnoicus: ANTIDOT. Berolin. 13 p. 70,12.]

***dindimalis, dindimus** *v.* didym-. **dindro** *v.* drindro.

dindyma (dyn-, -dima, -dina), -orum *n.* (-ae, -arum *f.: l.39*) (Δίνδυμα) *sing.: l.50.* **1** *strictius:* **a** *altitudo, excelsitas – Höhe:* CARM. cod. Paris. 7680 f. 44[v] filius altithroni det vobis -ima cęli. f. 60[v]. BALTH. hist. Fridol. (ed. M. Pörnbacher, Vita S. Fridolini. 1997. p. 267,36) per sacra sanctorum merita capiamus celorum -ima. CARM. var. III A 2,2,10 p. 598 -a perpetui appetis *(sc. Scholastica)* alta poli. *meton. in allocutione, intitulatione i. q. apex – Exzellenz:* PASS. Leod. praef. (MGMer. V p. 283,11) ut non sufficiens sim . . . de tam almifico martyre . . . texere oraculum, nisi -imarum (utillimarum, intimarum *var. l.*) vestrarum *(i. episcopi)* precibus fultus fuero. **b** *fornix, tholus – Gewölbe, Kuppel:* CARM. var. I 16,4,5 condidit . . . praesul . . . hanc aulam Domini formans fundamine claro; aurea gemmatis resonant haec -ima templi. **2** *latius:* **a** *mysterium, arcanum – Geheimnis:* VITA Galli II 209 o levita . . ., propter amicitiam mentis tibi -ima (gloss.: haimliche fuersatz) pando. SMAR. carm. 3,19 qui *(liber)* mihi perspicue difflorans -ima legis . . . monstret *eqs.* (*inde* CARM. var. I 27,1,32 dyndima). CARM. Cenom. 5,46 dogmatis ambrosii -ima quaeque manas *(sc. praesul).* ODBERT. Frid. 5 erat . . . iuxta praeceptum apostolicum . . . habens fidei -imum in conscientia bona (*cf. Vulg. I Tim. 3,9* mysterium). CARM. pro schola Wirz. 14 summis archivis epulas acquirere si vis necnon perfectę scrutari -ina sectę, Wangia. **b** *nitor, splendor – Pracht, Glanz, Herrlichkeit:* VITA Bav. II 1,395 damnare suos tractabat corporis artus, deliciosarum quem dudum -ima rerum vestibant.

dingnor *v.* dignor. **dingnus** *v.* dignus.

dinichoccium *v.* daphnococcum. **dinio** *v.* denego.

dinique *v.* denique. **dinominatus** *v.* denomino.

dinoscentia (dign-, disn-, -oc-, -cia), -ae *f.* **1** *cognoscentia, cognitio, perceptio – das Erkennen, (Er-)Kenntnis, Wahrnehmung:* **a** *proprie:* ALFAN. premn. phys. 7,25 p. 80 sculpturae . . . opus deviare visum prominentiis non existentibus et concavationibus in re habet naturam, ubi opus est ad -am (*PG 40,648[B]* διάγνωσιν) tactu. 13,3 p. 88 cognitionem in his *(sensibilibus)* non intellectum dicit Plato, sed -am (*PG 40,661[A]* διανόησιν). CONR. HIRS. dial. 1594 utquid . . . proponis nobis studium philosophiae, si alio modo possumus excitari ad -am vel certe cultum mortis et vitae? SPEC. virg. 4,491 verum licet superius luculenta de superbo et humili -a (dis- *var. l.*) sit posita (*sim.* CONR. HIRS. mund. cont. 660). *saepius.* *discrimen, differentia – Unterschied:* VITA Serv. 13 p. 50,8 uti plenius boni malique -am sciret *(spectat ad Vulg. gen. 3,5).* **b**

[Gansweidt]

meton. de persona: CONC. Karol. A 39[C] p. 462,36 ut ... cuncta ... per ipsum tuumque *(sc. archiepiscopi)* missum nostrae -ae (-ocencie *var. l.*) intimentur. EPIST. divort. Loth. 2 p. 211,34 inimici ... legatos ad vestram *(sc. papae)* sanctam -am mittere non verentur. EPIST. anon. 11 (ed. B. Bischoff, Anecdota. 1984. p. 137) quot ... in contrariam partem deficiant, prout -am nostram dignam censetis, certam reddere non dedignemini. CHART. Hamb. 162 p. 152,1 notum sit omnium vestrum -ę, qualiter *eqs.* **2** *indagatio, examinatio – Untersuchung, Prüfung:* DIPL. Otton. II. 120 p. 135,26 si ... aliqua gravis contentio ... orta fuerit, imperiali censemus reservandum -ę (*ed. vetustior in* ACTA imp. Böhmer 14 p. 11,39 dig-ae), id est ad palatium. **3** *arbitrium, diiudicatio – Urteil, (Be-)Wertung:* MANEG. ad Gebeh. 12 p. 334,19 qui aliene cogitationis ... iudicium atque -am, quod soli Deo competit, inpudenti fronte vobis arrogatis.

***dinoscibilis** (dign-), -e. **1** *adi.:* **a** *sensu pass.:* **α** *cognoscibilis – erkennbar:* SCHOL. enchir. 1,311 singuli *(soni)* ... suae proprietatis qualitate sunt -es. ALFAN. premn. phys. 9,6 p. 85 in quibus *(qualitatibus)* superabundaverit unaquaelibet simplicium qualitatum, in his etiam -is (*PG 40,657[A]* γνώριμος) erit differentia gustabilium secundum speciem. **β** *qui discerni potest – unterscheidbar:* ALBERT. M. sent. 4,1,18 p. 34[a],21 aliquis circumcisus dig-is est a non circumciso ...; et hoc non potest esse, nisi signum ... sit in anima, sicut etiam per characterem dignoscitur anima baptizati ab anima non baptizati. **b** *sensu act. i. q. ad cognitionem, cognoscentiam pertinens – das Erkennen betreffend, Erkenntnis-, Wahrnehmungs-:* ALFAN. premn. phys. 6,13 p. 75 principantia *(sc. animae)* ... sunt -is (*PG 40,637[A]* διανοητικόν) v i r t u s et disciplinabilis (7,23 p. 80 ˻v. -is˼ [*PG 40,648[C]* νοῦ]. *ibid. al.*). **2** *subst. neutr. i. q. cognitio, vis cognoscendi – Denk-, Erkenntnisvermögen:* ALFAN. premn. phys. 13,6 p. 89 phantasticum ... tradit -i (*PG 40,664[A]* διανοητικῷ) apparentia; -e vero vel rationale accipiens et diiudicans transmittit illud memoriali. 18,27 p. 102 -ium ... species duae sunt, haec enim est practica, haec vero theoretica. *ibid. al.*

dinosco (di(s)gn-), -ere. *script.:* ten-: *l. 58.* den-: *l. 57.* dingn-: ALDH. virg. I 11 p. 239,9 *(var. l.).* disn-: *l. 65.* -nus-: *l.57.* *refl.: l.46.*

1 *strictius:* **a** *cognoscere, percipere, intellegere – kennenlernen, erkennen, feststellen:* **α** *in univ.:* BEDA temp. rat. 22,4 est ... argumentum non modo de kalendarum, verum de quorumlibet inter kalendas dierum luna ... dig-enda repertum. RATHER. fragm. 1 (DtArch. 46. 1990. p. 59) horum *(sc. detractorum)* quispiam si sese -ere nosset, ori manum imprimeret *(spectat ad Vulg. prov. 30,32).* HROTSV. lib. 1 praef. 2 fateor ... me haut mediocriter erravisse non solum in -endis syllabarum naturis, verum *eqs.* COMM. microl. 71 p. 105 si quis ... maius intervallum phthongorum in tono quam in semitonio caute vult perpendere, ex hoc facile dig-itur, quia *eqs.* MAURUS progn. 2 p. 23[a],42 debet ... medicus in disg-endis signis semper laborare. 42 p. 51[b],25. *persaepe.* **β** *pass. c. nom. (acc.: l.59) c. inf. i. q. nosci, conspici, ostendi – bekannt, erwiesen, offensichtlich sein:* RHYTHM. 146,1,1 ego *(sc. olla)* nata duos patres habere -or. CHRON. Fred. 4,45 p. 143,24 similiter implisse *(sc. tributa reddere)* denuscetur *filius regis.* LEX Baiuv. 4,22 in quo *(sc. potione)* mortiferum esse -itur (dig-, te- *var. l.*). TRAD. Frising. 423 quas *(res)* ... traditas esse -untur. WALAHFR. Wett. 232 vallus in angorem positus -itur (gloss. R: significat) esse. WIDUK. gest. 2 praef. p. 61,10 quae *(filia imperatoris)* domina esse -eris (-etur *var. l.*). DIPL. Otton. II. 54 in villa ... aliquid nostri iuris -bamur habere. CHART. Xant. 185 p. 125,31 cum ... ex eo ... dispendia et pericula animarum ... dis-antur provenire. *persaepe.* *fort. add.:* TRAD. Frising. 85 (a. 777) ita, ut stilo, quam prehendi, perarare -imus (*sic pro* -imur). **b** *discernere, distinguere – unterscheiden: v. l.26.* **2** *latius i. q. arbitrari, putare – glauben, meinen:* ALFAN. premn. phys. 2,15 p. 27 ˻quidam -entes˼ (*PG 40,541[B]* τινὲς τῶν οἰομένων) esse, quod scripserunt, dicunt: *'eqs.'* 31,9 p. 114 non ignorans contingentia neque -ens (*PG 40,725[B]* νομίζων) inutilia esse utilia passionem involuntariam sustinet.

dinotatus *v.* 1. denoto.

***dinotesco** (dign-), -ere. (*cf.* innotescere) *cognoscere, discernere – erkennen, unterscheiden:* GERHOH. glor. praef. 3 p. 1077[A] illic *(sc. in pugna contra hostes Christi)* ... quasi in plano campo hostem dig-ere valet simplicitas ... rusticorum fidelium.

***dinotitus** (dei-, -icus), -a, -um. (δεινότης) **1** *adi. i. q. idoneus, aptus – fähig, tauglich, geschickt:* ALBERT. M. eth. I 588 p. 506,51 ut possit, scilicet dei-us vel habilis ad iustitiam, iuste operari. **2** *subst. fem. i. q. facultas, habilitas – Fähigkeit, Tauglichkeit, Geschicklichkeit:* ALBERT. M. eth. I 584 p. 504,6 inducit *(sc. philosophus)* 'quandam potentiam', quae dirigit in his, quae sunt ad finem propositum, quae potest esse sine virtute morali, quam dicit 'dei-am' (*p. 1144[a],23* δεινότητα). II 6,4,2 p. 457[b],31 dicimus ..., quod quaedam potentia animae est, quam -cam philosophi vocant *eqs. ibid. al.*

dinumerabilis, -e. *numerabilis, computabilis – zählbar, be-, errechenbar:* ALBERT. M. Iob 39,2 'dinumerasti' ..., hoc est, -esne fecisti 'menses conceptus', hoc est impraegnationis 'earum', sc. cervarum?

diruptio, scissio – das Zerreißen, Zerreißung, (Zer-)Spaltung: **1** *proprie:* **a** *gener.:* WOLFHARD. Waldb. 2,3 p. 212,5 ne corruptae vestis improvisa -o damnum . . . facere potuisset. THEOD. AMORB. Mart. 25 postquam . . . vir Deo charus . . . expertus est . . . -em sacerdotalis infulationis *eqs.* *de planctu fere i. q. actus sui ipsius discerptionis – etwa: Akt der Selbstzerfleischung:* ALBERT. AQUENS. hist. 4,3 barbas unguibus saevissime discerpunt *Turci*, crines digitis distrahunt et evellunt et in magnis lamentationibus suspiria trahunt; rex Corruzan his Turcorum -bus visis *eqs.* **b** *metr.: v. p. 560,7.* **2** *translate:* MAGING. epist. 1 p. 268,13 familiae . . . -em vel . . . animarum interitum pertimescentes. FLOD. hist. 3,26 p. 334,19 de . . . -e . . . regni. EPIST. Worm. I 11 si cuiuscumque rei inter amicos timida erit peticio, raro deest suspitio, et est quodammodo quasi futura mutui amoris -o (discessio *cod. a. corr.*). MANEG. c. Wolfh. 9 p. 62,15 sicut est *diabolus* -is actor, animalem hominem in varia dogmata et contrarias sectas partitus est. *al.* *de schismate:* NICOL. I. epist. 85 p. 445,33 unde haec -o in orientalibus vestris ecclesiis heu plurimum agitatur.

***disclausus,** -a, -um. (dis *et* clausus) *immunitus – unbefestigt:* ANNAL. Ianuens. III p. 112,25 milites . . . et pedites CC et balistarii multi fuerunt intus burgum Vultabii destinati, qui locum illum, cum -us esset, spaldis et belfredis aliisque clausuris potentissime ornaverunt.

discludo, -clusi, -clusum, -ere. **1** *proprie:* **a** *dividere – trennen:* ALDH. virg. II 2270 nullus valuit sanctas terrore minarum . . . a Christi cultu mentes -ere fixas. **b** *aperire – öffnen:* WALTH. SPIR. Christoph. II 5,43 -sis patuerunt limina

valvis. *al.* GERHOH. Antichr. 1,53 p. 361,6 fores basilice -se sunt et introgressi cives Romani ... electioni acclamare ceperunt. *in imag.:* HEIRIC. Germ. I 1,379 ut ... vigil nitido rutilans -sit ab ortu purpureas aurora fores stellisque fugatis lucifer exactae fecit discrimina noctis. ARNO REICHERSB. apol. p. 8,10 oris pessulo -so. EPIST. Adm. 34 p. 71,27 ad irrigandam ... congregationis nostrę ariditatem hortum conclusum, fontem signatum in karitate dignemini -ere. **2** *translate:* **a** *privare – berauben:* ARBEO Corb. 19 beati principis apostolorum Petri peregrinos ad superne dispensationis annone -ere auderentur *(sc. qui alienam cenam rapere non verebantur).* **b** *excludere – ausschließen:* GLOSS. II 677,51 St.-S. -ere kiuzzon.

1. disco, didici, -ere. *script. et form.: praes.:* dedic(o): *l. 40. adde* VITA Lamb. Traiect. 8 (MGMer. VI p. 362,15). didic(o): *l.44. al. (cf. Stotz, Handb. vol. IV,8 § 115,5).* des-: IONAS BOB. Ved. 7. *perf.:* decisset: *l. 36.* dicerint: RHYTHM. 99,4. dedic(i): *l.21.36.p.723,17. al.* didisc(i): *l.29. 46. al. (cf. Stotz, Handb. vol. IV,8 § 115,2).*

1 *percipere, comprehendere – lernen:* CONC. Merov. p. 127,13 ut ad sexta sex psalmi dicantur cum allelugis ..., quod etiam angelo ostendente de-erunt *patres.* CAPIT. reg. Franc. 29 p. 79,11 ut episcopia et monasteria ... eis, qui donante Domino -ere possunt, ... docendi studium debeant impendere. SALOM. III. carm. 1,2,283 tecum -e habites. EPIST. Meginh. 12 Socratem et Catonem, ambo iam senes, illum fidibus, istum Grece -isse. WIBALD. epist. 226 p. 345,29 que pueri didicimus, iam senes experimur. ANON. mus. La Fage 15,19 fortius instruunt exempla quam verba, per te tandem melius convaleas, quod solo auditu didisceras. *persaepe. memoriae mandare – auswendig lernen:* HUGEB. Wynneb. 2 p. 108,2 psalterium ... -bat. CAPIT. reg. Franc. 60,2 ut laici symbolum et orationem dominicam pleniter -ant. THIETM. chron. 6,25 fidem, quam Athanasius profitebatur episcopus, -ens memoriterque retinens. *al.* **2** *cognoscere, agnoscere – in Erfahrung bringen, erfahren, kennenlernen, erkennen:* **a** *obi. res:* LIBER hist. Franc. 36 p. 305,2 cum de-isset (decisset, decernit *var. l.*) *Fredegundis*, quod nimis esset exercitus Austrasiorum. BONIF. epist. 63 p. 131,14 caligantibus oculis minutas litteras ac connexas -ere (discernere *var. l.*) non possum. ARBEO Corb. 38 ut experimento dedicerent (didicerent *1 p. corr.*) *ministri* veritatis probamentum. CONVERS. Afrae 5 quae *(sc. Hilaria)*, antequam -ris (-res *var. l.*) verbum veritatis, ipsam veritatem ... in tua mente fundasti. WETT. Gall. 34 ex veridicis testibus gesta sancti didicebant *Meginaldus et Theodorus.* OTLOH. curs. 24 (PL 146,227[C]) ut ... eo fortius postmodum starent *angeli* ..., quo maiori experimento per semet nil posse didiscissent. *persaepe.* **b** *obi. anim.:* HRABAN. carm. 12,11 fac me, summe pius, te -ere dogmate recto, quaerere te manibus, pura te et mente precari. ECBASIS capt. 1170 in te *(sc. praedatore mortuo)* se -at, qui iuste vivere tardat.

[**2. disco** *v.* 2. dico. *adde ad p. 585,12:* FORM. Augiens. B 40 ad discendum iudicium.]

discoctus *v.* decoquo.

discoferus, discoforus *v.* discophorus.

***discognosco** *v.* *decognosco.

***discohaerentia** (-her-, -cia), -ae *f.* **1** *qualitas cohaerentia, conexu carens – Zusammenhanglosigkeit, Nichtverknüpfung:* ALBERT. M. sent. 4,8,6 p. 185[b],3 causa ... falsitatis est -a praedicati cum subiecto. anal. pr. 1,4,15 p. 569[b],41 quod termini propositionum ad invicem habeant cohaerentiam causalem vel -am. **2** *dispersio – Verstreutheit:* CHRON. Mont. Ser. a. 1128 p. 142,12 cum in numerositate sui et -herencia locorum, in quibus exhibentur, noticiam effugiant *(sc. omnia beneficia Petri).*

***discohaereo** (-her-), -ere. **1** *conexum non esse – nicht zusammenhängen:* CHRON. Reinh. a. 1197 p. 558,3 -herente tocius operis compage casura nutabit. ALBERT. M. anal. pr. 1,4,15 p. 569[b],37 nisi quod rationes terminorum quocumque modo cohaereant ... vel ... -ant in propositione negativa. **2** *aberrare, discedere – abweichen, sich entfernen:* CONST. imp. II 344 p. 451,29 (a. 1254?) homo, quem rationis participem providentia divina creavit, a sue deffinitionis ordine quodammodo -herens tante cupiditatis errore seducitur, ut *eqs.*

[***discolatorius** *v.* *discoloratorius.]

discoleratus *v.* 1. decoloro.

discolia *v.* dyscolia. ***discolo** *v.* 1. decolo.

discolor, -oris. **1** *versicolor – bunt(scheckig), mehrfarbig, schillernd:* **a** *proprie (usu subst.: l.12):* CARM. Paul. Diac. app. I 6,1,9 -r pardus. CARM. cod. Vat. (5330) 15,16 -r effulgens a sole in nubibus arcus. EPIST. Teg. I 24 sol ... infulsit basilicę nostrę per pavimenta -ia picturarum vitra. HONOR. AUGUST. spec. p. 1011[B] huius civitatis *(sc. caelestis Hierusalem)* -es gemmae translucidae sunt. ABSAL. serm. 17 p. 107[D] quis ... audiens Filium Dei indutum cilicio non metuat molli habitu et -bus *(sc. vestibus)* indui *(spectat ad Vulg. Ezech. 16,10sq.)*? ALBERT. M. animal. 19,39 quaedam *(animalia)* ... -ia, sicut in vaccis et canibus et columbis. *saepe. alleg.:* HONOR. AUGUST. spec. p. 887[A] per hanc bestiam *(sc. pantheram)* significantur sacerdotes multis virtutibus -es, quos convenit silvam scripturae ingredi. **b** *translate i. q. multiplex, varius – vielfältig, verschiedenartig:* THANGM. Bernw. 51 p. 779,29 (chart.) habitudinis status dum fit rerum -r usus, animum tamen rationis compotem semper reflectit ad suae conditionis tramitem. **2** *qui alii coloris est, diversicolor – anders-, verschiedenfarbig:* PETR. DAM. Rom. 20 p. 46,3 caro eius *(viri inclusi)* tota eatenus erat viridis, ut vix stellioni -r appareret. CONFL. ovis et lini 184 mille gerit *Gallia* varias hic in uno tegmine virgas, -r a virga virga sit ut reliqua. 188 hic sua per geminas dum findit pallia caudas, rusticus est, nisi sit -r haec alii. CARM. var. 82,20 (ed. H. Hagen, Carmina inedita. 1877. p. 140) dum primam sedem quisquis contemnit eorum *(sc. equitum in ludo scaccorum)*, -r a prima tertia cepit eum. **3** *colore carens, pallidus, albus – farblos, blaß, weiß:* CARM. de Germ. 1,14,1 (MG Poet. IV p. 125) qui si vitam non amisit *(Stratidius, sc. qui virus potavit)*, mansit tamen -r, ut virtutis esset signum. URSO qual. 235 remanent aquosa et terrestria ..., a quibus color -r nascitur in subiecto, ut videtur in rosa rubea, quae fumo sulphuris superposita albescit. *cf.* decolor.

adv. ***discoloriter.** *dilute, colore diffuso – verwaschen:* CONR. MUR. summ. p. 62,11 scriptura littere ... una manu et eadem sine omni vicio rasure in loco suspecto, incausto non -r nigro, aliis coloribus exclusis, a primo usque ad ultimum equali forma, ductu scribatur lineali.

?***discolorantia** (-cia), -ae *f.* *carentia coloris – Farblosigkeit:* BENVEN. GRAFF. ocul. B 2 p. 9,20 sunt ... due tunice oculorum; ... primam vocamus salvatricem ...; et II[am] vocamus -ciam; ideo, quia non est color in ea.

***discoloratio** *v.* decoloratio.

?***discoloratorius** (-cola-), -a, -um. *colore carens – farblos:* BENVEN. GRAFF. ocul. A p. 16[b],6 sunt ... due tunice ... et voco primam salvatricem ...; II[am] voco -latoriam (discoloratam *var. l.*); ideo, quia color non est in ea.

***discoloritas,** -atis *f.* *qualitas versicolor – Mehrfarbigkeit:* ALBERT. M. animal. 19,34 causa ... unicoloritatis et -is in aliis ab homine animalibus est propter naturam cutis.

discoloro *v.* 1. decoloro. **discolus** *v.* dyscolus.

***discompositus,** -a, -um. *incultus, vastus – unbestellt, öde:* COD. Lauresh. 776 (a. 771) de terra araturia iurnales XX et de -a terra iurnales XX cum silvis ... trado.

***disconcatenatio,** -onis *f.* *dissolutio, luxatio – Loslösung, Verrenkung:* CONSTANT. AFRIC. theor. 9,29 p. 47b[v] vidisse ... memini quendam, qui dicebat -em in spatulis fieri propter colicam.

***disconcateno,** -are. *dissolvere, luxare – loslösen, ausrenken:* CONSTANT. AFRIC. theor. 9,43 p. 51b[r] in coxis si dolor se prolongaverit et coxa -etur, necesse pes contrahatur et fiat homo claudus.

***disconficio** (des-), -feci (-fixi), -fi(c)tum, -ere. *(cf. francog. vet.* desconfire *[Tobler-Lommatzsch, Altfrz. Wb. II. p. 1517sqq.] et ital.* disconfiggere, sconfiggere *[Battisti-Alessio, Diz. etim. ital. II. p. 1331. V. p. 3412])* *script.* -cumf-: *p.727, 4.*

vincere – besiegen: ANNAL. Crem. a. 1216 (MGScript. XXXI p. 13,27; s. XII./XIII.) miliciam Placencie iusta Montile ... -ecit *Henricus.* IOH. CODAGN. trist. p. 45,22 nonne video

[Weber]

ego *(sc. imperator)* milites Mediolani -ctos, mortuos et vulneratos? annal. a. 1191 Cremonenses -iti fuerunt a Brixiensibus. ANNAL. Ianuens. III p. 64,2 mariscalcus imperatoris et milites sui fuerunt -umfiti in campo. ALBERT. MIL. temp. 274 p. 531,17 -xit *Karolus* ... Manfredotum ... apud Beneventum. ANNAL. Mant. a. 1199 (MGScript. XIX p. 20,13) des-iti fuerunt Mantuani a Veronensibus. *saepius.*

***disconficta** (des-, sc-, -ita), -ae *f.* *(cf. francog. vet.* desconfite *[Tobler-Lommatzsch, Altfrz. Wb. II. p. 1520])* *clades – Niederlage:* IOH. CODAGN. annal. a. 1111 fuit -ita de Brexanore. ALBERT. MIL. temp. 277 p. 534,31 in -a captus fuit Coradus Antiochie (*inde* SALIMB. chron. p. 476,20 s-a). ANNAL. Mant. a. 1191 (MGScript. XIX p. 19,38) fuit ... des-ita Cremonensium a Brexiensibus in flumine Lolii. *al.*

***disconfictio,** -onis *f.* *clades – Niederlage:* ALBERT. MIL. temp. 286 capit. p. 369,1 de -e Bononiensium.

***disconsecro** *v.* *deconsecro.

***disconsulo,** -ere. *dissuadere – abraten, ausreden:* GREG. IX. registr. 384 p. 301,29 nobiles responderunt, quod, ex quo ita pauper erat *imperator*, quod ulterius remanere non posset, ei factum illud -ere non audebant. p. 302,1 si omnes alii id -rent, consilio eorum *(Theutonicorum)* se reputabat *imperator* contentum.

***disconsutus** (-cu(s)su-), -a, -um. (*cf. francog.* décousu) *non consutus, apertus – nicht zusammengenäht, offen:* CAPIT. Bened. add. I 61 (Corp. Consuet. Monast. I. 1963. p. 552,4) ut monachi cappas -ussutas (-usutas, -as, dissutas [*sic in* CAPIT. reg. Franc. 170,61] *var. l.*) praeter villosas non habeant.

***discontinuatio,** -onis *f.* **1** *interruptio – Unterbrechung:* ALBERT. M. eth. I 822 p. 691,75 ubi est ... ratio -is in opere, illud non potest esse continuans operationem alterius. phys. 3,1,4 p. 158,22 licet ... in motu alterationis et augmenti et diminutionis contraria sint quodammodo et illa videantur se expellentia mutuo et ita facere -em. animal. 1,451 canalis, qui oritur ex teste viri, non est unus et continuus cum eo, per quem exit *(sc. sperma)* per virgam; -o ... ista facta est, quia *eqs.* *vicissitudo – Abwechslung:* Ps. ARIST. tract. p. 795,24 error primus est in -e et adversitate ignium in eodem opere. **2** *divisio – Trennung, Zerlegung:* ALBERT. M. metaph. 5,2,2 p. 238,30 idem *(corpus)* est susceptibile continuationis et -is sive incontinuitatis. **3** *dissolutio – Auflösung, Zerfall:* GEBER. summ. 47 p. 428 derelinquitur et partes *(sc. Veneris et Martis)* rariores fieri et in cinerem per -em raritatis converti. ALBERT. M. meteor. 4,3,19 p. 790^{b},37 sumpto ustibili pro eo, quod tentum est igne ad sui terrestris -em. **4** *raritas – Porosität:* ALBERT. M. sens. 2,2 p. 43^{a},48 comminuta imitantur aerem, propter quem magis albescunt; haec ... comminuta, cum continuantur et componunt corpus aliquod, adhuc retinent -em.

***discontinuativus,** -a, -um. *dissolvens – auflösend:* ALBERT. M. summ. creat. II 1,21,3,2 p. 194^{a},30 est ... calidum extractivum humidi continuantis et per consequens -um substantiae et rarefactivum.

***discontinuitas,** -atis *f.* *conexio, continuitas laxata, interrupta – loser, unterbrochener Zusammenhang:* ARTEPH. secret. p. 58 in tali ... resolutione corporis tria signa apparent, scilicet color niger, -s partium et odor faetidus, qui assimilatur odori sepulcrorum. ALBERT. M. Iob prol. Hier. p. 8,14 versibus 'decurtatus' *(sc. liber)* ab integritate materiae 'et laceratus', quantum ad -em sententiae.

***discontinuo,** -atum, -are. **1** *interrumpere – unterbrechen:* ALBERT. M. cael. 1,3,10 p. 77,42 'motus' ... 'eius' *(sc. rei primae)* secundum naturam 'est sempiternus', quia numquam -atur vel abscinditur. phys. 3,1,4 p. 158,6 motum ... -ari est idem quod interrumpi. animal. 1,165 haec *(sc. ventositas et calor)* ... faciunt deficere spiritum animalem ex siccitate et -ant eum exsuflatione ventositatis. **2** *dividere, secernere, separare – (zer)trennen, scheiden:* ALBERT. M. div. nom. 4,172 p. 257, 28 -atur et diminuitur ... ordo per culpam, quae separat perfectibile a sua perfectione. *ibid. al.* *suo loco movere – verschieben:* ALBERT. M. animal. 10,43 impedit *matrix* ... aliquando conceptum ex hoc, quod per partus -ta non iterum est bene readunata, et ideo non retinet sperma iniectum. **3** *resolvere – auflösen:* ALBERT. M. caus. element. 1,1,2 p. 53,50 educit *ignis* cito inhaerens umidum, propter quod -atur terrestris pars compositi, et corrumpitur id, quod ex elementis erat compositum. ARTEPH. secret. p. 57 qui *(pulvis)* dicitur cinis niger, et haec corruptio corporis, quod vocatur a sapientibus Saturnus, ęs, plumbum philosophorum et pulvis -tus. *fort. huc spectat:* ALFRED. ANGL. miner. p. 46,17 quedam vegetabilia et quedam animalia vertuntur in lapides virtute quadam minerali lapidificativa et fit in loco lapidoso vel ⌞-antur subito virtute quadam⌟ (disconvenientia subita quadam virtute *ed. Manget p. 636^{b},43*), que exit a terra in hora terre motus, que convertit lapides (*inde* ARNOLD. SAXO fin. 1,5,2 p. 41,25).

***discontinuus,** -a, -um. *conexione continua carens – nicht unmittelbar verbunden:* ALBERT. M. gener. 1,5,15 p. 165,68 cum ... naturae faciant atomos diversos et -os, ipsae sunt ante ea *(atoma)* secundum naturam. meteor. 4,2,2 p. 749^{b},10 omne corpus mixtum et determinatum, cuius partes constant nec defluentes nec -ae, fit ex ambobus eis *(sc. humido et sicco)*. animal. quaest. 12,4 p. 227,29 continuae ... sunt *partes* in situ et quantitate, -ae vel contiguae sunt respiciendo naturas proprias.

disconvenientia, -ae *f.* *dissimilitudo – Verschiedenheit, Unvereinbarkeit:* HUGO HONAUG. div. 32,1 ut quamcumque rerum secundum quamcumque proprietatem convenientiam vel -am appellent *loquentes* similitudinem vel dissimilitudinem. ALBERT. M. sent. 4,9,7 p. 224^{a},35 maior est -a Christi ad peccatum quam ad corpus. animal. quaest. 16,20 p. 289,20 propter seminum -am inter asinum et equam. *ibid. al.* *mus. i. q. dissonantia – Disharmonie:* IOH. AFFLIG. mus. 23,21 quodsi cantum proti in cursu deuteri simili vocum dispositione cantaveris, perparvam videbis -am.

disconvenio, -veni, -ventum, -ire. **1** *subi. res i. q. non convenire, aptum non esse – nicht, schlecht passen (zu), nicht, schlecht zusammenpassen, nicht zutreffen (impers. i. q. incongruum est – es ist unangemessen, unangebracht):* **a** *in univ.:* HROTSV. Cal. 5,2 multum -it, ut pro his fundantur lacrimae, quorum animas credimus laetari in requie. Ps. BOETH. geom. 139 datae rectae lineae ab eo, quod in ea est, puncto rectam lineam secundum rectos angulos elevare non -it. RUP. TUIT. glor. 13 (PL 169,155^{D}) quia nihil huic *(Mariae)* -it omnium eorum, quaecunque dici vel cantari possunt de magno et sancto amore dilectae et diligentis Christum ecclesiae. ANSELM. MOG. Adalb. 69 psalmodia -it atque sophia. ARNO REICHERSB. apol. p. 85,8 adoro carnem Christi, non quia caro, sed quia caro Christi est, sicut de Spiritu Sancto non -it: *eqs. al.* *incommodum esse – ungünstig sein:* FRID. II. IMP. art. ven. 2,80 p. 250,9 de qualitatibus ... aeris ..., qualiter conveniat aut -at falconi (*sim.* p. 250,17sq.). **b** *discrepare, differre – abweichen (von), sich unterscheiden:* IOH. AFFLIG. mus. 5,14 notandum ... de .b. molli et de .b. quadrato, quod et in figura et in syllabis suprascriptis -unt (-ant *var. l.*). 21,9 ubi tu semiditonum ... sonas, alius ibidem ditonum ... faciat, et si adhuc tertius adsit, ab utrisque -at. ANON. mus. Guenter 58 licet ... in vitiis omnia fere conveniant, in quibus tamen rationabiliter convenire possent, adeo -unt, ut idem antiphonarium nec duae canant provinciae. **c** *causam controversiae exsistere, displicere – Anlaß zum Streit geben, mißfallen:* IOH. METT. Ioh. 91 cum inter ipsos *(sc. Einoldum et Iohannem)* neuter, neutri quid aliquando -ret, invenerit. CHART. Traiect. 280 p. 257,45 quicquid nobis *(sc. episcopo)* cum eis *(Arnoldo et Alvarado)* ipsisque nobiscum -erat, invicem exfestucavimus. **2** *subi. homines i. q. dissidere, discordare – uneins sein, nicht übereinstimmen:* CHRON. Ven. Alt. p. 151,14 Salernitani de Salerno venerunt, ... anteriores fuerunt, nimium -entes ab omnibus et discordantes omnia et rixosi valde. CARM. de cal. Erf. 41 ⌞conveniunt *primates*, -unt⌟ (inveniunt dum conveniunt 2) pro tempore, pro re; quod reprobant illi, suscipiunt alii. CARM. Adm. (MGScript. XI p. 50,39) corda -unt, proscribuntur iura.

adi. **disconveniens,** -entis. **1** *inconveniens, indignus – unpassend, unangemessen (usu subst.: p.729,3):* RATHER. epist. 28 p. 157,7 nocturnali dum intenderem lectioni, huiusmodi nobis non -ia et utinam venialiter contigit audivisse: *'eqs.'* CONR. MUR. summ. p. 161,27 -s ... esset, nisi fieret yronice, si mona-

[Weber]

chus ... appellaretur magnanimosus et bellicosus. SALIMB. chron. p. 112,25 abbates cum secularibus carnes manducant ...; et alia multa incomoda et -ia faciunt erga subditos suos. p. 283,44 rex Alexander dixit cuidam, qui munus suum recusabat, eo quod humili sue fortune -s erat: *'eqs.' al.* **2** *inutilis – unzuträglich:* ALBERT. M. anim. 1,2,15 p. 57,7 in anima viderunt *antiqui* esse concupiscere per sensum rei convenientis et -is. **3** *vitiosus – mangelhaft, unzulänglich:* FRID. II. IMP. art. ven. 2,26 p. 132,11 de -i plumagio et -i proportione membrorum in peregrinis *(sc. falconibus).*

adv. ***disconvenienter.** *inconvenienter – ungeziemend, unpassend:* SALIMB. chron. p. 226,13 de provincia Provinicie fuit oriundus *Hugo de Bariola*, mediocris stature et niger non -r. p. 527,23 causa divisionis istius *(sc. civitatis)* quedam homicidia extiterunt, que malitiose et turpiter et -r facta sunt. *Weber*

discooperio, -rui, -rtum, -ire. *script. et form.:* -cop-: *l.33. 34.42. al.* -cup-: PIRMIN. (?) scar. 16 p. 48,1. *indic. praes.* -coperes: PIRMIN. (?) scar. 16 p. 48,1 *(var. l.). perf.* -ierunt: *l. 42.43. partic. perf. usu adi.: l.33.36.45.47.*

1 *detegere, revelare, denudare – aufdecken, enthüllen, entblößen, freilegen:* **a** *proprie:* CONSTANT. AFRIC. theor. 7,2 p. 30b^{v} quod medicum verenda praesertim membra feminea -ire turpe est. TRANSL. Dion. Ratisb. 31 p. 368^{a},23 membra *(sc. martyris)* linteaminibus -untur. CONSUET. Mell. 28 p. 404,7 diaconi -ant altare. BRUNUS LONG. chirurg. 1,13 p. 111^{B} si ... sagitta ossi adhaeserit ..., oportet, ut -atur os et fiat perforatio. LIBER ordin. Sedun. A 338 -it *sacerdos* crucem. *persaepe.* **b** *translate:* RAHEW. gest. 4,23 p. 267,5 defectionis iteratae venenum, quod corde conceperant ..., -ire non verentur *Mediolanenses. prodere, tradere – verraten:* CAPIT. reg. Franc. 274,1 ut nullus de his, quae consideraverint *contrarii nostri*, suum parem -at vel prodat. **2** *aperire – öffnen:* COMPOS. Luc. R 11 aperies *(sc. vasum)*; ... post hec dimittis eum -copertum. GESTA Dagob. 52 -coperiri (-iri *var. l.*) sepulchrum iussit *Ludowicus*. CIRCA INSTANS p. 6b^{v} calefacias ... lapides et pone in vino ore vasis remanente -to. TRACT. de aegr. cur. p. 148,6 -atur olla et patiens ... fumum recipiat. *al. v. et l. 70. effodio – aufgraben:* COMPOS. Luc. X 32 cabas humidum locum usque ad genuculum et -coperies *(ci. Svennung,* dissaperies *cod.)* terram (MAPPAE CLAVIC. 215 -es terram). **3** *tegulis, tectura privare – abdecken:* PAUL. DIAC. Lang. 3,2 duo ex eis *(Langobardis)* ascendentes tectum -coperierunt (-coperuerunt, -ierunt, -uerunt *sim. var. l.*) illud. 5,11 ut ... basilicam ... -coperiret (-at *var. l.*) tegulasque ... auferret *Augustus*. RUD. TRUD. (?) gest. 9,27 heres totam paene -tam, putridam ... vastatamque domum michi reliquit. 9,33 istae *(cochleae, sc. turrium)* ... longo tempore -tae prope erant putridaeque tecturae. **4** *removere – entfernen:* BEDA hist. eccl. 4,19 p. 245,32 -coperto vultus indumento.

adi. **discoopertus,** -a, -um. **1** *intectus, apertus – unbedeckt, offen:* HIST. Frid. imp. cont. p. 190,21 cum navibus coopertis et -is ... venerunt *Mediolanenses.* FRID. II. IMP. art. ven. 6 p. 246,22 faciat *falconarius* ipsum *(falconem)* volare ad anates, que leventur sibi de aqua, que aqua debet esse -a, ut falco videat eas. ALBERT. M. meteor. 2,3,2 p. 565^{a},17 quantum de terra -um sit ab aquis. animal. 1,79 quaedam ... marinorum habent figuras aurium, et sunt -ae (*p. 489^{b},5* ἀκάλυπτα) extra in capitibus suis. 4,69 quaedam *(sc. anulosorum volantium)* habent alas suas coopertas membrana ...; sed hoc, quod nos vespam ... vocamus, habet alas -as. *al.* **2** *aridus – trocken:* ALBERT. M. veget. 2,103 omnis terra -a. **3** *incultus – brachliegend:* CHART. Bund. 297 p. 219,7 (a. 1137/39) cum soliis coopertis et -is, campis et pratis *eqs.* (*item* 298). **4** *nudus – nackt:* CHART. Salisb. II 863 p. 407,8 (a. 1231) palliis laicalibus ..., hoc est, ut dextrum brachium -um relinquant ..., nequaquam utantur *canonici.* **5** *calvus – unbehaart:* ALBERT. M. animal. 2,20 omnia quadrupedia ... sunt pilosa in toto corpore, nec aliquod eorum est -um in toto corpore et nudum sicut homo.

***discoopertio,** -onis *f. apertio – das Aufmachen:* PS. AVIC. anim. 1,9 p. 80 reversus *(sc. filius)* postea, ut discooperiret aludel et videret, si erat *mercurius* sublimatus, in -e ascendit mercurius in faciem et combussit eum.

discopel(l)a, -ae *f.* *(orig. inc., ni subest* discus; *cf. theod.* Scheibwurz, *v. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 692) bryonia, vitis alba – Zaunrübe* (*cf. Ps. Apul. herb. 67 l. 8* a Graecis dicitur brionie ..., alii -ela): GLOSS. III 555,3 St.-S. -lla, sciltwrz, schutwrze.

discophorus, -i *m.* (δισκοφόρος) *script.:* -ofo-: *l.21.23. 25.* -ofer(us): *l.11.*

1 *strictius i. q. dapifer, minister mensarum – Aufwärter, Speisenträger:* **a** *proprie:* PASS. Praeiecti I 7 interrogat ministrum, si de piscium dapes aliquantulum haberet; ad haec fatetur -ferus *eqs.* EKKEH. IV. bened. I 33,27 corde feris vescam -us intulit escam *(i. caput Iohannis).* **b** *in imag.:* VITA Deic. 4 (prol.) taceo, ... quia -um Domini Sebastianum ... habere potuit *Suessio urbs.* EKKEH. IV. bened. I 4,3 fercla (gloss.: doctrinas) tuis, Christe, nova dat -us (gloss.: propositor, truhtsazzo) iste *(sc. Iohannes evangelista).* HEINR. AUGUST. planct. 1914 prandia fert Abacuc messorum dapsilis illuc *(sc. in lacum)*; talem -um vir habet desideriorum *(i. Daniel).* **2** *latius de magistratu aulae i. q. propositus mensae, senescalcus – Truchsess, Seneschall (de re v. HRG V. p. 374sqq.):* DIPL. Otton. III. 393 dilecto nostro Dammoni, -foro atque comiti, quoddam ... praedium in proprium tradidimus. SUMM. Heinr. A 8,237 -forus vel dapifer, truhtsazzo. CHART. episc. Wirz. I 98 p. 71,23 sunt testes ... ministeriales: Billung vicedominus et alter Billung -forus. TRAD. Altaerip. 67 Petrus -us de Stavaiel dedit domui Alteripe, quicquid habebat. *al. cf.* discifer.

discoquo *v.* 1. decoquo.

***discordantia,** -ae *f.* **1** *t. t. mus. i. q. dissonantia, intervallum non concordans – Dissonanz, dissonantes Intervall (de re v. H. Riemann, Musiklexikon, Sachteil. [12]1967. p. 232^{a}):* IOH. GARL. mus. mens. 9,25sq. -a dicitur esse, quando duae voces iunguntur in eodem tempore, ita quod secundum auditum una vox non potest compati cum alia; -arum quaedam dicuntur perfectae, quaedam imperfectae. LAMB. mus. quadr. p. 260^{a} -a est duorum sonorum sibimet permixtorum dura collisio. ANON. IV mus. 7 p. 86,24 primus *(punctus)*, si fuerit in concordantia, longus, si fuerit in -a, brevis *(sc. est).* FRANCO COL. cant. mens. 11,20 omnis imperfecta -a immediate ante concordantiam bene concordat. *saepius.* **2** *contrarietas, repugnantia – Gegensätzlichkeit, Unvereinbarkeit:* HERACLIUS II 57 de coloribus sibi contrariis: ... auripigmentum non concordat cum folio, nec cum viride nec cum minio; quae -ae non sunt in qualitatibus colorum, ... sed dictae -ae intelliguntur et sunt, quantum ad ceteras naturales conditiones ... taliter contrarias, quod *eqs.*

***discordatio,** -onis *f. controversia, dissensio – Uneinigkeit, Meinungsverschiedenheit:* LEX Baiuv. 17,5 capit. p. 252,3 (codd. Mg. Mt) de -e iudicum (*cf.* p. 252,1 [codd. Ad. Alt. *al.*] ubi discordant iudices). EPIST. var. III 33 p. 202,8 unum ... -is testimonium subnectere non abnuo, ut ... in psalmi septuagesimi tertii loco, ubi legitur: *'eqs.'*

discordia, -ae *f.* (-um, -i *n.: p.731,22.23. al.*) *script.:* dees-: *p.731,16.* des-: *p.731,17.* dissc-: *p.731,22. al.*

1 *spectat ad disceptationem, litigationem, litem:* **a** *gener.:* **α** *in univ. i. q. rixa, altercatio, dissensio – Streit, Zwietracht, Uneinigkeit:* WILLIB. Bonif. 8 p. 51,5 iurgiorum disceptatio exorta est, et tanta -ae demum inimicitia inchoata, ut *eqs.* URSIN. Leod. (MGMer. V p. 328,10) coepit *adversarius* ... inter ipsum *(pontificem)* et regem z i z a n i a m -ae (-am *var. l.*) s e m i n a r e (CAPIT. reg. Franc. 254. *al.; cf. Vulg. Matth. 13,25. prov. 6,19*). ANNAL. Xant. a. 866 p. 24,14 mediante inter illos spiritu -ae separati sunt *duo presbyteri.* CONSUET. Marb. 62 ne qua inter prelatos et subditos maneant fomenta -ę. *saepe. per prosop. (de dea pagana: l.65; alleg. de synagoga: l.70):* ERMENR. ad Grim. 24 p. 562,28 aureo malo a D-a coram exposito Veneris formam iudicavit *Paris* Iunoni pulchriorem. THIETM. chron. 1,24 p. 31,3 ex omnibus de lumbis eiusdem *(sc. filii reginae)* umquam progredientibus numquam deerit mea *(sc. daemonis, i. diaboli)* comes D-a. EKKEH. IV. bened. I 17,63 ut cadat, en, magno D-a (gloss.: synagoga), cęnat in agno. *saepius v. et p. 782,9.* **β** *proelium, motus, perturbatio, seditio – kriegerische Auseinandersetzung, Unruhen, Aufruhr,*

Aufstand: ARBEO Emm. 5 inter Hunorum et gentem Baiuvariorum orta est -a. RUD. FULD. Alex. 3 p. 425,32 cum finitimis suis . . . lites atque -as habebant *Germani*. WIDUK. gest. 1,38 p. 55,6 qui *(sc. populus)* c i v i l i b u s -is (-a *var. l.*) et externis bellis totiens attriti laborabatis (BERTH. [?] annal. a. 1067 p. 273,16. *al.*). THANGM. Bernw. 24 totius -ae rebellione sopita hostes pacem exposcunt. WIPO gest. 1 p. 9,18 -a pene totum regnum invasit, adeo, ut . . . caedes, incendia, rapinae fierent, si non *eqs.* DIPL. Conr. III. 8 -a, quae nuper in Svevia suborta est. *saepe.* **γ** *discissio, schisma – Zerrissenheit, Spaltung:* OTTO FRISING. chron. 7,18 p. 335,8 exercitum . . ., sed propter -am regni parvum . . ., in Italiam duxit *(sc. Lotharius imperator).* CARM. de Frid. I. imp. 170 menti regali gravis est -a regni. **b** *publ., iur., canon. i. q. lis, actio, controversia – Rechtsstreit, Rechtsfall:* DIPL. Karoli M. 89 p. 129,32 si in ipso monasterio aliqua dees-a evenerit, tunc *eqs.* FORM. extrav. I 8 p. 537,36 des-a inter illi et illi. WIDUK. gest. 1,22 p. 31,20 (rec. B) summus . . . pontifex mittitur ad s e d a n d a m tam ingentem -am (BERTH. [?] annal. a. 1079 p. 318,13. DIPL. Loth. III. 8 -a est sedanda. *al. sim.* BERTH. [?] annal. a. 1077 p. 303,2 -as . . . componendas. *al.*). CHART. Bund. 434 p. 317,42 diss-a. CHART. Tirol. notar. I 768[a] si aliquod -ium inter eos *(sc. partes)* fuisset. 768[c] de aliquo -io, quod *eqs. saepe.* **2** *spectat ad discrepantiam, diversitatem:* **a** *gener.:* **α** *contrarietas, repugnantia, diversitas – Gegensätzlichkeit, Unvereinbarkeit, Verschiedenheit:* LEG. Wisig. 3,1,4 p. 125,3 nec . . . poterit in pacis concordia nasci, quod per -am originis noscitur seminari. WIDUK. gest. 3 praef. p. 100,14 hominum voces, vultus ac mores mille modis c o n c o r d i -a variantur (MANEG. c. Wolfh. 8 p. 59,4. URSO element. 3 p. 58,3). ARNULF. SAG. invect. 7 p. 104,27 oculos tuos . . . distorsit enormitas, ut ad idem contuendum mirabili nequeant -a convenire. *al. v. et p.733,18.* **β** *dyscrasia, intemperies – schlechte Mischung, Unausgewogenheit (spectat ad humores corporis):* ECBASIS capt. 145 in gravitate cibi crescit -a morbi. **b** *mus. i. q. dissonantia – Dissonanz:* ANON. IV mus. 5 p. 81,28 hoc est valde mirabile, quomodo talia *(sc. voces discordantes)* possunt ad invicem compati sine -a.

discordiosus, -a, -um. **1** *rixosus, litigiosus – zänkisch, streitsüchtig:* TRAD. Patav. 633 p. 234,24 (a. 1160/63) ut contra oblivionem et -am hominum contentionem presentis pagine notitia scriberetur. CONR. MUR. summ. p. 160,5 mulier deridenda . . . poterit nominari: . . . discors, -a *eqs.* **2** *repugnans, contrarius – widerstrebend, gegensätzlich:* RUP. TUIT. Ioh. 7,436 quod tales *(sc. pisces, i. homines)* admisissent *(sc. mittentes retia)*, quorum -is tumultibus retia rumperentur aliis seditiones facientibus, aliis ebrietates, fornicationes et his similia sectantibus, aliis *eqs.*

discorditer *v.* discors. **discordium** *v.* discordia.

discordo, -avi, -atum, -are. *script.:* -rt(o): *p.732,24. coni. praes.* -ditis: *p.732,38. form.* -diantes: *l.63. usu medial*: *l.61. 69.70.p.732,17*; *trans.: p.732,11.12.14. partic. praes. usu adi.: p.732,19.35.42*; *subst.: l.56.63.*

1 *spectat ad rixam, litem:* **a** *gener.:* **α** *in univ. i. q. rixari, altercari, dissidere – streiten, Streit haben, uneins sein:* HINCM. coll. 2 p. 107,10 ne in suis parrochiis diu -antes sint, . . . provideant *(sc. presbyteri).* SALOM. III. carm. 1,117 rari sint *(sic)* nostrum, quorum mens tendat in unum: -ant omnes. EUPOLEMIUS 1,237 -atis *(sc. Iudas et Ethnis)*, ut olim . . . Ade geniti de semine fratres. ANNALISTA SAXO a. 1135 p. 769,23 inperator et Coloniensis archiepiscopus ab invicem -ti discedunt. GESTA Halb. p. 111,24 non quievit *(sc. episcopus)*, donec ad bonum pacis et concordie -diantes penitus reformavit. CHART. Stir. II 379 p. 491,18 cum . . . sit . . . omnis etas ab adolescencia pronior ad -andum *eqs. al.* **β** *dissentire, discedere – unterschiedlicher Meinung sein, (sich) widersprechen, sich widersetzen, abweichen:* LEX Baiuv. 17,5 hic -ant nostri iudices de pacto, quod *eqs.* HINCM. epist. 200 p. 224,1 ut autumo, non -ari intellectu invenientur *(sc. episcopi).* CONSTANT. AFRIC. theor. 4,20 p. 17b[v] de diffinitione infirmitatis -ti sunt medici. OTTO FRISING. gest. 1,52 p. 74,30 a scientia haut censura morum vitaeque gravitate -ante . . . seriis rebus mentem applicarat *episcopus Gilebertus.* CHART. Osterholt. 6 (ed. H.-H. Jarck, UB Osterholz. 1982; epist. papae) vota, que a rationis tramite non -ant. *saepius.* **γ** *inimicum esse, inimicari – verfeindet sein:* ARBEO Emm. 5 p. 34,4 Baiuvariorum gentis dux se -are cum Avaros praenuntians *eqs.* **δ** *desciscere – abfallen:* WIDUK. gest. 1,9 p. 11,12 legato respondit *Irminfridus* placita sibi placere populi Francorum, ab eorum concordia non -are, pace omnimodis indigere. **ε** *dissociare, discordiam seminare – entzweien, Unfrieden stiften:* EPIST. Bonif. 57 p. 104,23 ut eum *(populum)* ab ęcclesia Dei subtraheret et a christiana lege -ret *pseudopropheta.* RHYTHM. 60,3,2 invidus ille temptator . . . semper cupit -are concordantes fratribus. ALCUIN. epist. 194 p. 322,14 tuum *(sc. archiepiscopi)* est praedicare, non pugnare; pacificare, non -are. **b** *publ., iur., canon. i. q. litigare, controversiam habere – einen Rechtsstreit führen:* TRAD. Frising. 275 (a. 808) Kyppo dolosę delevit . . . cambium, propterea -antur *Kyppo et Atto.* CHART. Traiect. 1393 p. 163,15 (a. 1257) per decanum canonicorum litigantium vel -ancium amicabiliter . . . sopiatur *(sc. rancor).* ACTA civ. Wism. A 359 filii Conradi de Boude composuerunt cum sororio suo pro tali hereditate, super quam -bant. 366 domina Greta . . . emit hereditatem contra prewinnos suos, pro qua -bant. CHART. civ. August. 50 (dipl. Rud. Habsb.) ipsa discordia sive -rtandi materia coram nobis taliter est decisa: *eqs. saepius.* **2** *spectat ad discrepantiam, diversitatem:* **a** *gener.:* **α** *adversari, repugnare – im Widerspruch stehen, zuwider laufen:* DIPL. Otton. III. 260 si rerum eventus vestro voto secundat, . . .; si autem . . . vestris bonis meritis -at, simili vobis tristitia affectamur. COD. Udalr. 233 p. 411,7 cum assensus cleri et populi huic studio *(sc. regis et episcopi)* -verit *eqs.* **β** *differre – sich abheben, unterscheiden:* ALDH. ad Acirc. 112 p. 151,13 quos *(pedes)* nunc arsis, nunc thesis -ante temporum trutina vergunt et inclinant. EPIST. Worm. I 15 p. 32,1 parum amicus ab officio -at medici: sicut enim iste corporis sanat cicatrices, ita *eqs.* PS. ARIST. lap. I p. 191,4 est quidam lapis -ans, s<cilicet> elzebez, et est ex manerie salis. *al.* **γ** *cavere, non sinere – sich dagegen verwahren, nicht zulassen:* FORM. Senon. I 32 p. 199,32 ut . . . vos *(i. vestra, sc. abbatissae)* reverentia -itis, ut debeam *eqs.* **b** *mus. i. q. dissonare – dissonant klingen, nicht harmonieren:* REMIG. ALTISS. mus. 505,18 'congruunt', conveniunt, concordant; 'discrepant', -ant *(sc. soni).* ANON. IV mus. 5 p. 81,26 de necessitate erit una sexta -ans, si ditonus vel semiditonus fuerit a tenore tertia supra. ANON. mus. Sowa 4 p. 260,19 qui (gloss.: illi cantores) si -ent, tunc voces scismata (gloss.: discordantias) mordent. FRANCO COL. cant. mens. 11,34 si -at *triplum* cum tenore, non -et cum discantu, vel e converso. *al.*

discoriatio, -onis *f.* *abrasio, irritatio – Abschürfung, Reizung:* CONSTANT. AFRIC. grad. p. 374,14 succus eius *(sc. virgae pastoris)* . . . vulnerata intestina curat et omnem -em de acumine medicinae factam sanat. p. 381,30 angustiam, tum siccitatem et -em generat *euphorbium.* p. 384,17 -em intestinorum de frigiditate factam sanat *nasturcium.*

discorio, -are *vel* **discorior,** -ari. *abradere, irritare – auf-, abschürfen, reizen:* MAURUS progn. 30 p. 45[a],8 collectio *(sc. materiei furiosae)* operatur, quod est eius, quia -at (*sc. tracheam; cf. antea:* eam excoriando). IORDAN. RUFF. equ. p. 70,15 ne cocturas -ari valeat violenter, eo quod propter pruritum assiduum cocturarum equus avidus fricaret locum decoctum.

discorro *v.* discurro.

discors, -rdis. *script.* -rx: *l.68.* **1** *spectat ad rixam:* **a** *dissociatus, dissidens, non concors, inimicus – zerstritten, entzweit, uneinig, verfeindet:* DHUODA lib. man. epigr. 70 licet sit -s regnum et patria, tu *(sc. Deus)* tamen manes . . . immutabilis. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 289,4 Theutonum gentes omnino inter se scismate non modico -es. RYCCARD. chron. a. 1202 p. 23,25 -rx a comite Gualterio recessit *Dyopuldus.* ANNAL. Plac. a. 1254 p. 507,21 cognito a Saracenis, quod ipse *(Manfredus)* erat -s a domno papa, receperunt ipsum. *al. v. et p.709,3.731,43. usu subst.:* HINCM. divort. 11 p. 175,16 quomodo indulgentiam accipere poterit -s, antequam caritatis glu-

tino uniatur? OTLOH. prov. D 71 -es revoca, fautor merentibus insta. CHART. Tirol. 1019 (epist. papae) nisi prius -es in pacis federa reformentur. *al.* **b** *discordiosus, rixosus – streitsüchtig, Zwietracht säend:* MILO carm. 3,4,1,825 proles avaritia haec multa ex genetrice creatur: . . ., commenta, dolus, fallacia -s. WILLETR. Sus. 342 ne male seduci valeant aut denique vinci demone -i, quis continentia cordi. *al.* **c** *pugnax – unnachgiebig, hartnäckig:* COLUMB. epist. 7 p. 181,10 -s in necessariis, aequalis in veris, severus in suavibus, dulcis in amaritudinibus *(sc. esto).* **2** *spectat ad discrepantiam i. q. contrarius, incongruens, oppositus – (sich) widersprechend, widersprüchlich, gegensätzlich:* FLOR. LUGD. carm. 9,12 te *(sc. Deum)* . . . -es . . . aurae concordi voce resultent. DIPL. Otton. III. 278 p. 702,44 interrogaverunt *iudices* eos *(testes)* singillatim et inventi sunt -es. RAHEW. flosc. 4,21 querunt *philosophi* . . ., quo constet -s orbis compago rotundi. URSO element. 3 p. 57,22sq. unde *(sc. ex lucta elementorum)* nascitur ipsorum concors concordia, -s discordia, concors discordia et -s concordia. *ibid. al.*

adv. **discorditer.** **1** *cum controversiis, per discordiam – unter Streitigkeiten, in Uneinigkeit:* CHART. archiep. Magd. 179 (a. 1101/05) electioni -r facte non duximus aliquatenus consentire. ANNAL. August. II a. 1169 Arnoldus, Maguntinus archiepiscopus, . . . occiditur; Rudolfus et Cristanus -r eliguntur. SABA MALASP. chron. 10,29 p. 372,22 cum tumultu concilio -r dissoluto dicti exules . . . ad palatium regale Messanense . . . incedunt. **2** *modo contrario, insociabili – gegensätzlich, unvereinbar:* SABA MALASP. chron. 10,23 p. 365,28 quas *(gentes)* non minus -r seiungit animus et voluntas, quam pluralis differentia nationis. **3** *modo discrepanti – auf unpassende Weise:* ANON. inst. patr. 11 nullus ante alios aut post incipere in versu vel cantu, verba cantata reiterare vel nimis -r festinare . . . presumat.

discorto *v.* discordo. **discrasia** *v.* dyscrasia.

***discrasio** *v.* *dyscrasio. **discrecio** *v.* discretio.

***discredentia,** -ae *f.* *diffidentia, suspicio – Mißtrauen, Argwohn:* ALBERT. M. pol. 4,10[f] p. 387[b],6 'in parte . . . principari', . . . 'non utique sustinebunt *divites et pauperes* propter -am (*p. 1297[a],4* ἀπιστίαν) ad invicem', id est, quia dives non credit pauperi, nec pauper diviti. 5,4[l] p. 467[b],35sqq. oligarchiae transmutantur in bello propter -am, quia unus non credit alteri, et propter eandem -am dissolvuntur in pace, quia *eqs. ibid. al.*

discredo, -didi, -ere *vel rarius* ***decredo,** -ere. **1** *non credere, dubitare – nicht glauben, (be)zweifeln, in Frage stellen (in figura litotes q. d.: l.45.48):* **a** *in univ.:* COD. Karol. 8 p. 497,37 ut nequaquam amplius dis-as nostras afflicciones. RATHER. testam. (QuellForschItArch. 29. 1938/39. p. 39,6) quidquid supererit, sive sit multum, quod non credo, sive sit parum . . ., quod non dis-o, habeat Martinus. WOLFHER. Godeh. I praef. p. 169,44 me . . . in initio ad istud opus . . . satis idoneum dis-didi, quod *eqs.* SIGEB. GEMBL. decenn. 2,16 quamvis ab incepto dis-endo me dehorteris *eqs.* METELL. exp. Hieros. 4,487 addidit *presbyter*, ut, visis si quis de-ret istis *eqs.* CONST. imp. II 235 p. 323,21 quanquam audita de-ere vereremur nec credere delectaret. *saepius.* **b** *desperare – den Glauben, die Hoffnung verlieren:* FUND. Grat. Dei 7 p. 689,2 cum . . . dolor vehemencius increscerat, et iam redituram salutem de-ret *(sc. archiepiscopus).* **2** *diffidere, non audere – Bedenken haben, sich nicht getrauen:* CHRON. Andag. 70 p. 164,16 dis-bat se illi *(abbati)* Berengerus credere, quem credebat excommunicatis communicasse.

***discredulitas,** -atis *f.* (discredo *et* credulitas) *actio non credendi, reiectio – das Nichtglauben, Ablehnung:* ALBERT. M. sent. 4,4,2 p. 83[b],14 dicendum, quod -s omnium articulorum impedit rem sacramenti *(i. baptismatis).*

***discrementum,** -i *n.* (discresco) *detrimentum, damnum – Nachteil, Schaden:* ARNOLD. O. P. epist. de correct. eccl. (ed. E. Winkelmann. 1865. p. 18,19; a. 1248) ex quo . . . loqui cepit Moyses et Aaron ad Pharaonem, affligitur populus Dei, et ubi sermo Dei facere ceperit cuiusque -um, turbacio magna surgit. *cf.* decrementum.

discrepantia (-cia), -ae *f.* **1** *gener.:* **a** *differentia, varietas – Unterschied, Abweichung, unterschiedliche Art:* MANEG. c. Wolfh. 1 p. 44,11 quin . . . quarundam rerum communitates et -as . . . distinguerent *philosophi.* VITA Serv. 20 p. 81,2 exaudiri ceperunt fremitus equorum, rugitus leonum, . . ., vocum quoque variarum . . . animantium -ę. OTTO FRISING. chron. 7,32 p. 361,9 inter ipsos *(Armenios)* et Grecos quaedam de ritu sacrificii habitudo est in quibusdam, in aliis vero -a. ALBERT. M. animal. 1,16 participando . . . aliquando communicant *quaedam* in membro simili et aliquando communicant in membro dissimili; et similiter est de -a participationis membrorum similium et dissimilium *eqs. saepius.* **b** *discordia, dissensio – Mißhelligkeit, Uneinigkeit:* OTTO FRISING. chron. 8,27 p. 438,15 nulla . . . poterit esse -a, quos divinus spiritus . . . perfecta connectit concordia. **c** *inconcinnitas – Unstimmigkeit:* HUGO TRIMB. registr. 552 si pro concinnancia rithmica cesura fit cum -cia, careat censura. **2** *mus.:* **a** *dissonantia, discordantia – Dissonanz, Disharmonie:* MUS. ENCHIR. 19,16 possumus . . . consonantiae atque -ae quasdam rationes reddere. SCHOL. enchir. 1,381 hactenus de -arum generibus devitandis superius dicta terminata sint. ANON. mus. Sowa 1[b] p. 148,14 saepius inter cantores varios maxima vocum -a posset super hoc *(sc. inaequalitatem temporis et mensurae)* generari *eqs. al.* **b** -ae vocum *i. q. discrimina vocum, intervalla – (Ton-)Stufen, Intervalle:* HUCBALD. mus. 12 non . . . putandum est has *(sc. omnes)* vocum -as reputari inter consonantias. CARM. Cantabr. A 6,1[a],4 ut sunt -e vocum variis chordarum generibus. IOH. AFFLIG. mus. 9,9 quod ab una voce inchoans ad octavum saltum facit *diapason* sicque omnes vocum -as, quae sunt septem, in se continet. *al.* *adde:* IOH. AEGID. mus. 1,4 septem vocum -as et consonantias indagavit *Pythagoras.*

discrepatio, -onis *f.* **1** *differentia – Abweichung:* PETR. DAM. epist. 81 p. 425,19 Nestorius episcopus et Eutiches archimandrita cum Dioscoro hac invicem inter se -e (disceptatione *var. l.*) compugnant, ut *eqs.* **2** *dissensio – Uneinigkeit:* CHART. Turic. 1407 (a. 1269) expedit ad -is materiam in posterum evellendam, ut ea, que dicta vel acta sunt, scripturarum munimine tenaci memorie commendentur.

discrepo, -avi, -atum, -are. *perf.* -ui: *l.42.* *usu refl.: l.60*; *medial.: l.65.* *partic. praes. usu adi.: l.47.50*; *subst.: l.54.* *partic. perf. usu adi.: p.735,6.*

1 *intrans. (medial.: l.65):* **a** *strictius:* **α** *dissilire, frangi – zerspringen, -brechen:* GLOSS. I 114,16 St.-S. -vit (discerpavit *b*), zaprihit. 115,16 -uit, zaprast. IV 244,11 -uit, zeprast. **β** *dissone clamare – mißtönend schreien:* ANNAL. Xant. a. 873 ut malignus spiritus . . . Karolum invasit eumque horribiliter -antibus vocibus agitavit. **γ** *dissonare – dissonant klingen, nicht harmonieren (t. t. mus.):* SCHOL. enchir. 2,142 quare per alias regiones voces ita consonae, per alias vero vel -antes sint vel non adeo consentientes. ANON. mus. Sowa 4 p. 260,27 alias *(sc. consonantias)* apellamus discordantias, eo quod sonos faciant ab invicem discordantes seu etiam -antes. *al.* **b** *latius:* **α** *differe, discedere, adversari – sich unterscheiden, abweichen, im Widerspruch stehen:* TRAD. Patav. 33[a] p. 30,11 (a. 789/91) si . . . a rectitudine norme -are vellet *Sapientia (i. filia sororis).* EINH. Karol. 29 p. 33,6 -antia unire. RUOTG. Brun. 20 p. 19,16 unum nos *(sc. imperatorem et Brunonem)* semper idemque sensisse nec umquam vota nostra . . . -asse. DIPL. Heinr. III. 368 p. 501,4 ut pondere et puritate argenti a Metensi non -et *moneta.* HILDEG. epist. 52[R] l. 45 quis homo congregat omnem gregem suum in unum stabulum, scilicet boves, asinos, oves, hedos, ita quod non -ant (dissipent *var. l.*) se? CONR. MUR. summ. p. 145,25 exordium . . . in finali sillaba convenire debet et penultima -are; exemplum: *'eqs.' saepe.* *excellere – sich auszeichnen, hervorstechen:* VITA Sollemn. 1 (MGMer. VII p. 312,2) cum . . . in extrema aetate mundi . . . ita sanctorum vitae -antur (-ant, -ent *var. l.*) exordia, ut *eqs.* **β** *(sibi invicem) repugnare, contrariari – (einander) zuwiderlaufen, hinderlich sein:* MAURUS progn. 30 p. 43[b],9 licet habeat *apostema phlegmaticum* frigiditatem -antem corruptioni, habet humiditatem, que potissima est, et concordantem corruptioni. *v. et p.735,6.* **γ** *discordare, dissentire – streiten, uneins sein:* OTTO FRISING. chron. 6,18 p. 278,28 dum . . . Heinricus cis Rhenum regnaret et de Belgica cum Karolo -ret. **2** *trans.:* **a** *separare –*

trennen: EPIST. Desid. Cad. 2,1 dum regionum longinquitas nos *(ed.*, non *cod.)* -at, aspectum nisi tantummodo fraudat terrarum interiectionis spacium (*cf. notam ed. et p. 423,62 s. v.* describo). **b** *discernere – (unter)scheiden:* FOLCUIN. Lob. prol. p. 55,1 elementa sibi invicem contraria in unius corporis habitudinem ita grata parilitate conveniunt, ut -ta non -ent. **c** *debilitare, frangere – schwächen, brechen:* CARM. Bur. 43,8,3 ordo principatus <vi *ci. Antony*> mentis -ta volvitur in serie mundo non piata *(in loco corrupto, cf. comm.).*

discreptio *v.* descriptio.

***discrepus,** -a, -um. (discrepare) *discrepans, adversus – (voneinander) abweichend, im Widerspruch stehend:* GESTA Magd. 23 p. 407,34 ut inter catholicos, hereticos et scismaticos vix esset . . . bonis discretio et sine duobus aut tribus episcopis, immo -is, pene nulla vacaret cathedra aut electio. LAMB. LEOD. Matth. I 137 vita . . . resonabat idem, quod sermo docentis, os operi cordique manus non -a.

discresco (-ris-, -rixo), -crevi, -ere. **1** *excrescere, oriri – erwachsen, entstehen:* BALDER. Alber. 3 tanta ex hac re -vit discordia, quod . . . inter regis exercitum et Romanos acriter . . . pugnatum est. **2** *decrescere – abnehmen:* BOTAN. Sangall. 10,1 herba butracion l u n a -ixente . . . si quis secum portaverit *eqs.* (13,6 l. -iscente. 21,1 l. criscente et -iscente. 27,3). *cf.* decresco.

***discretalis,** -e. *discretus, diversus – grundsätzlich verschieden, unterschiedlich:* PAULIN. AQUIL. c. Fel. 2,10 nimirum infamaris unionem individuae personae et dualitatem -ium naturarum per quattuor resecare distinctiones.

***discretat** *v.* *dyscrio. **discrete, discretim** *v.* discerno.

discretio (-cio), -onis *f. script.:* -rit-: *l.41. adde* CAPIT. reg. Franc. 82,1. -ept-: *p.736,32.*

I *de separatione i. q. divisio, scissio – Trennung, Aufspaltung:* GERHOH. epist. 7 p. 499B non . . . locali -e seu corporalis molis distensione seipsum Christus corporaliter in tam diversis locis uno eodemque momento praesentat. *meton. i. q. limes – Trennlinie:* DIPL. Arnulfi 75 p. 113,4 iussimus eandem marcham ad . . . cenobium pertinentem fideles nostros circumducere aequaque -e sequestrare.

dispensativus, -a, -um. **1** *adi.:* **a** *largus, liberalis – großzügig, freigebig:* UFFING. Ida 1,5 quicquid ... de reditibus in matrimonio eius *(sc. mariti defuncti)* annuatim potuit adunari, per -am pauperum ministrationem in caelestes apothecas transtulit. CHART. Osn. I 404 p. 323,15 ex officio pastoralis cure ... incumbit ... providencia ... satagere ... de domus ecclesiastice -a decoracione. *copiosus, varius – reichlich, mannigfaltig:* GERHOH. (?) tract. II 41 flumina -e derivationis rerum cunctarum in matricem ... recurrunt. **b** *ad dispositionem, gubernationem, administrationem pertinens – die Einrichtung, Leitung, Verwaltung betreffend:* **α** *in univ.:* CHART. Rhen. inf. I 352 p. 241,13 (a. 1144) quatenus suis quibusque in causis terminandis talem plerumque -am suscipiant *ecclesiae nobis commissae* sententiam, quę *eqs.* CHART. Mog. A II 627 p. 1025,23 ne ... quispiam temerarius attemptator huic ordinationi -a aliqua presumptione violationem conetur irrogare *eqs.* ALBERT. M. pol. 1,2[b] p. 19[a],39 sic etiam faciendum est in oeconomia, quae est scientia -a domus. **β** *ordinans, perspicax – ordnend, einsichtsvoll:* PETR. DAM. epist. 91 p. 12,3 cum dicit *Christus:* 'mea doctrina non est mea', non parvam mentibus caliginem generat, nisi carnem a spiritu -ae rationis ordo discernat. ALBERT. M. summ. theol. I 20,79 p. 851[a],30 hanc *(sc. consequentem voluntatem)* subdividit *Iohannes Damascenus* in -am (*PG 44,969[A]* οἰκονομική) sive eruditivam ad salutem ... et desperativam. *disponens, administrans – einrichtend, verwaltend (usu subst.: l. 17):* ALBERT. M. eth. I 515 p. 440,8 videtur, quod prudentes non sint -i et politici. 518 p. 443,43. eth. II 6,2,10 p. 418[b],32sqq. existimantur *Pericles et alii prudentes* esse ⌊bene -i⌋ *(p. 1140[b],10* οἰκονομικούς) et bene politici ...; bonum ... personale ad oeconomicum sive -um refertur *eqs. ibid. al.* **γ** *a Deo dispositus, praedestinatus – vorausbestimmt, dem göttlichen Heilsplan entsprechend:* HERIG. Ursm. 2,57 -am Christi cognoscere mortem Petrus promeruit. ALBERT. M. Matth. 2,13 p. 57,65 -a est ista fuga *(sc. in Aegyptum)*, ne divinitatem ante tempus ostenderet *Dominus.* **c** *dispensabilis, iuris relaxationem patiens – einen Dispens, eine Erleichterung des Gesetzes zulassend:* ALBERT. M. sent. 4,33,27 p. 322[b],9 secundum hoc *(tempus)* erat *lex matrimonialis* -a et indultiva. **2** *subst. fem. i. q. administratio – Verwaltung:* TRACT. de divis. phil. p. 43,31 practica ... in tres subdividitur: in ethicam ..., in yconomicam, i. -am, et politicam. ALBERT. M. eth. II 1,3,1 p. 31[b],4 -a *(i. quarta virtus oeconomicae)* ..., quae haec omnia *(sc. bona)* dispensat ad nutum patrisfamilias secundum uniuscuiusque, qui de familia est, dignitatem. pol. 1,2[b] p. 19[b],25 partes oeconomiae sive -ae domus.

adv. **dispensative.** **1** *benigne, liberaliter – in gütiger, großzügiger Weise:* **a** *gener.:* CHRON. Ottenb. p. 625,48 quatenus ... ipsis *(fratribus)* -e et liberaliter ... ecclesiam, in qua ipsi ius habent patronatus, tenendam <concederemus> *(sc. episcopus)*. CHART. Osn. III 571 p. 396,35 idem ius patronatus ex gratia -e dedimus sive reddidimus abbatisse et conventui memoratis. **b** *theol.:* **α** *per distributionem, largitionem – durch Weitergabe, Spendung:* ALBERT. M. Matth. 14,19 p. 431,5 ministrorum manibus commendavit *Christus (sc. panem)* volens eos mereri obsequio et diligentia et statuere ecclesiam in ordinibus graduum suorum, quo unus gratiam Dei -e accipiat ab altero. **β** *clementer – gnädig:* RADBERT. corp. Dom. 20,57 -e satis provisum est, ut ex illo *(Christo)* interdum pascamur, quatinus per hoc cum illo ... unum corpus inveniamur. **2** *administrandi causa, ad administrandum – zur Verwaltung:* INNOC. IV. registr. B 48 ut talentum scientie tibi a Domino -e concessum in eius exercitatus obsequiis multiplicatum sibi restituas *(sc. capellanus; spectat ad Vulg. Matth. 25,15).* **3** *convenienter, apte – in zweckmäßiger, passender Weise:* FORMOS. epist. 2 (MGEpist. VII p. 368,18) ne ... ecclesia iustitiam perderet ..., -e censuimus, quatinus *eqs.* (*sim.* GREG. IX. registr. 554 concedimus). **4** *per iuris relaxationem, exceptionem – durch Dispens, ausnahmsweise:* AMALAR. off. 4,7,5 quamvis non timeret *Christus* infirmitate, sed -e (dispensatione *p. corr. A*). PETR. DAM. epist. 89 p. 553,23 quod Petrus egit compassione misericordiae, hoc Paulus arguit pro magisterio disciplinae; ille quod fecit -e ..., hoc *eqs.* ABSAL. serm. 29 p. 176[C] nisi quantum in voto ultimo, quod est communis vitae, pro necessitate emergente -e toleratur. CHART. Worm. 150 p. 110,17 (epist. papae) recipiantur *moniales simoniacae* in eisdem monasteriis ... -e de novo. ALBERT. M. summ. theol. II 11,65 p. 616[a],32 Christus ... post resurrectionem manducavit ...; tales ... comestiones -e factae sunt. *al. v. et p. 770,48.* *improprie – uneigentlich:* RADBERT. corp. Dom. 22,110 sicut nec hedus dicitur *(sc. peccator)* nisi -e ob mysticam significationem, ita *eqs.*

dispensator, -oris *m. script.:* dissp-: EPIST. Teg. II 56. CHART. Brixin. 166 p. 177,5. -pes-: GLOSS. II 51,52 St.-S. -nssa-: *p.769,31.*

[Mandrin]

1 *distributor, largitor – Aus-, Verteiler, Spender:* RIMB. Anscar. 35 p. 69,19 habebat . . . semper . . . sacellum cum nummis, ut, si quando egens veniret et -r elemosinae suae deesset, ipse sine mora, quid daret, haberet (*item* VITA Rimb. 14). BERTH. (?) annal. a. 1075 p. 279,46 liberalis rerum sibi commissarum in pauperes Christi -r *(sc. Anno)*. a. 1077 p. 304,48 iudex iustus, elemosinarum -r largus *(sc. Romanae urbis praefectus)*. *in imag. de sacerdotibus:* ERMENR. Sval. 2 illi *(discipuli sancti Bonifatii)* in saeculo tritici Domini -es constituti semina ubique centiflua mittentes *eqs*. **2** *administrator, provisor – Verwalter, Versorger:* **a** *in univ.:* PASS. Praeiecti I 4 ad sui auriculam habuit *(sc. Genesius Praeiectum)* consiliatorem seu et pecuniam commissam pauperum efficit -em. HINCM. ord. pal. 280 alii ministeriales . . . ut ostiarius, sacellarius, -r, scapoardus. CHART. eccl. Halb. II 6 p. 299,29 si contentiones inter homines ęcclesię motas -r componere non valeat, preposito terminandas ipse presentet. HIST. de exp. Frid. imp. p. 58,25 nonnunquam . . . ioco economus seu -r exercitus nuncupabatur *dux Alamanniae. persaepe. pro cognomento:* CHART. Argent. I 139 p. 115,6 (a. 1201) testes: . . . Burchardus iuvenis, Fridericus D-r. CHART. Turg. III 286 testes: . . . Ůlricus dictus D-r (*item* CHART. Turic. 824 in manus D-is Ůlrici). CHART. Turic. 973 p. 58,22 obsidum . . . nomina: C. dictus Clotarius . . ., R. dictus D-r, cives in Diessenhoven. 1092 testes . . .: H. D-r et C. senior dictus Clotar. **b** *rector, magister, gubernator – Vorsteher, Leiter, Anführer (de Deo: l. 30. 33):* HUGEB. Wynneb. 13 p. 116,35 eum . . ., quem . . . habuistis doctorem atque -em. CAPIT. reg. Franc. 227,4 p. 114,9 qui -es et pastores ecclesiarum esse debuimus. METELL. exp. Hieros. 3,669 o -r rerum, Deus omnicreator. CONST. imp. II 215,19 illum *(sc. Gregorium)* habere . . . successorem Petri ac -ssatorem animarum fidelium indigne fatemur. ALBERT. M. summ. theol. I 16,63,3,1 p. 649b,19 non esset bonus -r *(sc. Deus)*, si *eqs*. **3** *qui exceptionem praebet, a iure dispensat – einer der eine Ausnahme genehmigt, vom Gesetz dispensiert:* IDUNG. PRUF. dial. 1,353 dispensatio . . . nec debet nec potest fieri nisi aut propter magnam necessitatem . . ., aut propter . . . recompensationem, nec -r esse potest, qui illi precepto, quod dispensandum est, subditus est. ALBERT. M. sacram. 260 p. 170,54 materia . . . potest considerari in proportione ad causas matrimonii vel in comparatione ad -em matrimonii. **4** *investigator – Erforscher:* CARM. de Cunone 36 post hec sidereus -r Phtolomeus supra walzagoram vestigandam dedit horam.

dispensatorius, -a, -um. *script.* -ari(us): *p.770,50*. **1** *adi.:* **a** *ad distributionem pertinens – zur Verteilung gehörig:* **α** *gener. i. q. usitatus, vulgaris – gewöhnlich, üblich:* DIPL. Conr. II. 106 addidit *Gebhardus* . . . huiusmodi ministerium illi *(Hartwico)* . . . impendere: I modium simile, alterum . . . modium polente, IIII modios -i panis. **β** *theol. i. q. gratificans – gnadenbringend, -spendend:* THIOFR. flor. 3,4 l. 45 sicut de incorruptibili carne dominica in . . . sanctorum carnem incorruptionis . . . transfusa est gratia, sic de vestitura eius *(sc. Domini)* -a et mystica in omnia . . . tegmina . . . translata est virtutum affluentia. **b** *ad (idoneam) dispositionem, administrationem pertinens – die (zweckmäßige) Einrichtung, Verwaltung betreffend:* CHART. Argent. I 13 p. 9,5 (epist. papae spur. c. 1123) hanc . . . tam regis quam fratris ac coepiscopi nostri -am constitutionem . . . ratam esse confirmamus. 110 p. 91,5 ut . . . huius -ę venditionis et per me *(sc. episcopum)* et prefatum advocatum factę traditionis inviolabiliter perpetuo duret auctoritas. CHART. Mog. A II 403 p. 657,22 ad . . . corroborandam hanc . . . -am per C annos locationem hanc cartam subscribi . . . precepimus *(sc. abbatissa)*. officina -a, camera -a *i. q. promptuarium – Vorratskammer:* CHRON. Merseb. praef. p. 166,12 ubi nunc fratrum officina -a frequentatur. GESTA Trud. cont. I 10,13 p. 295,27 domus infirmorum habens fumariam . . ., cameram -am, cameram privatam. **c** *a Deo dispositus, praedestinatus – vorausbestimmt, dem göttlichen Heilsplan entsprechend:* ALBERT. M. resurr. 74 p. 282,63 -us fuit labor noctis, idest per dispensationem Domini inutiliter tota nocte laboraverunt *(sc. discipuli Iesu)*. **d** *ad iuris relaxationem pertinens – eine Erleichterung des Gesetzes betreffend:* **α** *exceptionem praebens – einen Dispens gewährend:* PETR. DAM. epist. 40 p. 509,4 ut . . . nec pro remissione clementiae symoniaca pestis in conferendis honorum gradibus vim roboris optineret -o (-ae *var. l.*) quodam iure. BERNOLD. CONST. libell. I 5 p. 21,15 non hanc temporalem et -am sancti Gregorii tolerationem, sed generalia . . . decreta . . . iubemus observare. MANEG. ad Gebeh. 65 p. 390,20 si Gregorius aliqua temporis vel causarum -a ratione funestam legem ad omnium noticiam non distulit insinuare. IDUNG. PRUF. dial. 1,415 quod regula eius *(Benedicti)* sit -a aliarum monasticarum regularum. *al.* litterae -ae *i. q. litterae exceptionem, liberationem legis notantes – Dispensbrief:* FUND. Consecr. Petri p. 290,21 precipiens *rex*, ut littere domini pape -e super causa ducis . . . legerentur. **β** *extra ordinem existens – außerordentlich:* ARNO REICHERSB. apol. p. 67,33 minorationis *(sc. Christi)* -ae circa dicta teneamus. GERHOH. epist. 15 p. 544A dicitis . . . Deum patrem hominis assumpti Deum et Dominum existere, et non id . . . solum de tempore -ae humilitatis, sed *eqs*. **e** *fictus, simulatus – vorgetäuscht, vorgegeben:* BERTH. (?) annal. a. 1080 p. 324,40 illi *(sc. adversarii)* . . . fugam Saxonum veram et non -am arbitrantes *eqs*. **2** *subst. masc. i. q. dispensator, administrator – Verwalter:* BARDO serm. p. 330,30 cuius eiusdem virginis *(i. ecclesiae)* idem ipse *(Iohannes evangelista)* -us *eqs*.

adv. **dispensatorie** (-ae *l.4*). **1** *lucrose, proficue – gewinnbringend, vorteilhaft:* RADBERT. Matth. 11,2674 talento rationis non -e usus est *homo*, ut sciret, quod ad Dei creatus esset imaginem. PETR. DAM. epist. 165 p. 213,1 ut, dum lucrum maius attenditur, bonum, quod in praesenti est, ad tempus quasi -e postponatur. ALBERT. M. summ. theol. II 8,32,1,3 p. 356a,34 invocatio *(sc. nominis Christi)* ibi pro illo tempore in primitiva ecclesia -e fiebat, ut . . . sub invocatione nominis innotesceret Christus esse omnipotens Deus. **2** *more oeconomi – berechnend, auf eigenen Vorteil bedacht (in malam partem):* RATHER. prael. 6,2 l. 51 sunt . . . quidam, . . . qui, ut fruantur seculo, -e serviunt Deo *(cf. Greg. M. moral. 2,9,15)*. **3** *secundum Dei providentiam – nach dem göttlichen Heilsplan:* NOTKER. BALB. serm. 24 quosdam probandos -e reliquit *Deus* in mundo ad tempus, quosdam vero his iuste condemnatos obliviscitur in perpetuum. ALBERT. M. eccl. hier. 4 p. 113,20 'replet *Christus* nos omni sanctificatione perfectionum in se . . . -e' (*PG 3,485A* οἰκονομικῶς), idest divina dispositione. **4** *per iuris relaxationem, exceptionem – durch Dispens, ausnahmsweise:* REGINO syn. caus. app. 2,2 p. 423,14 Gregorius papa . . . requisitus . . ., ad quotam usque generationem fideles debeant copulari, -e sic rescripsit: '*eqs*.' PETR. DAM. epist. 61 p. 208,3 consuetudo . . ., ut . . . de clericorum . . . libidine propter insultationem saecularium -e (dispensative *var. l.*) conticescat *ecclesia*. BRUNO SIGN. Sim. 13 (MG Lib. Lit. II p. 559,31) multa . . . -e (-arie *var l.*) in aeclesia fiunt pro temporis necessitate. ARNOLD. LUB. chron. 5,25 p. 203,4 qui *(marchio)* . . . peregrinationem non peregit, sed per domnum papam -e (dispensatione *var. l.*) eam dimisit. *saepe. v. et l.4*.

dispensatrix, -icis *f.* des-: ALDH. ad Acirc. 126 *(var. l.)*. *usu attrib.: l. 57. 59*. **1** *donatrix – Schenkerin, Spenderin:* WOLFHARD. Waldb. 3,5 p. 268,23 sciebat . . . propinatrix nec quodam casuali more fore dilapsum *vas* nec a manu -i esse direptum. GALB. Karol. 57,43 quantam . . . reverentiam Deus ultro contulisset, cuius -is Dei gratiae, dum eam . . . possideret, penitus non est recordatus *praepositus*. **2** *quae administrat, gubernatrix – Verwalterin, Vorsteherin, Leiterin:* **a** *proprie:* ALCUIN. epist. 101 p. 148,19 saluta . . . dominam et -em domus regiae. VITA Liutb. 10 quia ut rerum suarum *(sc. domini)* fuerat custos atque fidelis -x. GUNZO epist. 13 p. 46,22 ruris magistram, moderatricem siderum atque -em sonorum suo putat *arithmetica* magisterio parere. BERTHA Adelh. 3 p. 758,26 prudens -x constituta in magni patrisfamilias domo cepit augeri omni studio et opere bono. EPIST. Hildeg. 185 humilis -x ministrantium sancte Marie inferioris monasterii Ratisbone . . . Hildegardi. 207,3 Richardus . . . Hildegardi congregationis sancti Ruperti . . . -i . . . superne civitatis recipere consortium. **b** *translate i. q. instigatrix – Veranlasserin:* WOLFHARD. Waldb.

2,3 p. 212,3 curiositas, quae tunc eiusdem negotii *(i. inquisitionis)* -x oculta forte exstiterat. **3** *quae iuris relaxationem, exceptionem praebet – eine die eine Erleichterung des Gesetzes, einen Dispens gewährt:* IDUNG. PRUF. dial. 1,420 quae sunt illae regulae tam austerae . . ., ut nostra regula sit illarum -x?

dispenso, -avi, -atum, -are. *script.* des-: *l.15. usu absol.: l. 47.50.58. adde* CHART. Heinr. Leon. 38ª p. 54,23. *struct. c. praep.:* cum: *l.63.66. p.772,2.4. al.* de: *l.15. adde* CHART. march. Misn. III 220. in *c. abl.:* LIBER diurn. 51. super: *l. 63. 66. partic. praes. usu adi.: l. 47. confunditur c.:* dissipare: *l.23.* dispendere: *l.25.*

1 *distribuere, assignare, largiri – aus-, ver-, zuteilen, spenden, schenken:* **a** *in univ.:* **α** *gener.:* FORM. Senon. I 50 rogo . . ., ut . . . de res meas . . . aelemosina facere vel de-are debeas. TRAD. Ratisb. 7 p. 6,11 cogitavi aliquid pro remedio anime meae . . . -are ad ęclesias sanctorum (*sim.* 20 p. 25,28 ut . . . omnia -rem per loca sancta). CHART. Alsat. B 656,18 unde lanam et linum . . . foeminis operantibus -andum ad vestiendas ipsas sanctimoniales. THIETM. chron. 6 prol. 4 pro variis -ans (-as *cod.,* CHRON. Thietm.; *sc. Christus*) premia factis. CONST. imp. I 140,2 si . . . violator pacis a facie iudicis fugerit, res eius mobiles a iudice in populum publicentur et -entur (dissipentur *var. l.*). *saepius.* **β** *theol. de sacramentis:* WALAHFR. exord. 23 p. 502,21 ut, dum praeparatur ad -andum (dispendendum *var. l.*) corpus dominicum, rogent accepturi, quatenus *eqs.* GERH. AUGUST. Udalr. 1,4 l. 90 ad sacrarium venit chrisma et oleum clericis -andum; his -atis *eqs.* l. 130 corpore . . . Christi -to. THANGM. Bernw. 43 p. 777,32 in aecclesia . . . ipse, cuius parrochia erat, misteria consecrationis fratribus -bat. ALBERT. M. sacram. 8,2 p. 136,82 potestas -andi sacramenta, quae committitur sacerdotibus. **b** *ex-, impendere – aufwenden, verbrauchen, ausgeben:* CAPIT. reg. Franc. 32,55 volumus, ut, quicquid ad nostrum opus iudices dederint . . ., in uno breve conscribi faciant, et quicquid -verint, in alio. *in imag.:* PEREGRINUS 7 viscera -at et texit aranea telas, ut sit pro precio musca laboris ei. **2** *administrare, disponere, gubernare, regere – verwalten, ordnen, lenken, herrschen (über):* **a** *in univ.:* HUGEB. Willib. 2 p. 89,8 omnia . . . prudenter de sua *(Willibaldi)* causa -are disponereque rogabant *(sc. parentes Theodredum).* CHART. Sangall. A 672 ubi *(sc. in monasterio)* . . . Bernhardus abbatis iura -at. ALFAN. premn. phys. 2,95 p. 46 quibus *(legibus)* oporteat ⌞hoc totum⌟ *(i. mundum)* eam *(animam)* -are (*PG 40,581A* διεξάγειν) . . ., dantis *(sc. creatoris)* virtutem sufficientem -are (*PG 40,581A* διέπειν) nos. 6,13 p. 74 haec *(sc. partes animae)* . . . sunt deservientia . . ., haec vero principantia ac -antia (*PG 40,637A* ἡγεμονικά). HIST. de exp. Frid. imp. p. 64,24 ut . . . -et *imperator* cum eis *(galeis)* custodiam exercitus sui. *persaepe. v. et p.768,30. locut.* Deo, Domino -ante *sim.:* WILLIB. Bonif. 5 p. 23,27 cum . . . doctrinae lux D o m i n o D e o -ante claresceret (HUGEB. Wynneb. 11). 8 p. 45,19 Domino -ante (HUGEB. Wynneb. 2 p. 107, 20). DIPL. Ludow. Germ. 15 p. 18,26 constat nos divina -ante gratia ceteris mortalibus supereminere (*sim.* DIPL. Otton. I. 228 clementia). *al.* **b** *?re-, conservare – ?aufbewahren, lagern:* CAPIT. reg. Franc. 128,25 p. 254,9 invenimus . . . curtem tunimo strenue munitam cum porta lapidea, et desuper solarium ad -andum. **3** *rigorem iuris relaxare, exceptionem praebere – eine Erleichterung des Gesetzes, Dispens gewähren:* **a** *in univ.:* WIBALD. epist. 238 p. 358,7 licet decreta sua pro temporum varietate, pro . . . rerum et personarum qualitate -are ac moderari . . . consueverit *ecclesia.* SUMMA dict. Saxon. 7,12 p. 242,16 cum aliquo . . . -atur super obtinendis pluribus beneficiis . . ., que dispensacio conpetit soli pape. CHART. Brem. 323, 14 omnis, qui . . . beneficiorum cum cura pluralitatem retinent, nisi super hoc secum -tum fuisse coram nobis . . . doceant manifeste, aut si cum eis non fuerit -tum, eligant sibi unum de . . . beneficiis retinendum et alia . . . resignent. *al. v. et p.766,30. 767,59. 769,38.* **b** *indulgere, veniam dare – begnadigen, Gnade walten lassen:* CHART. Raitenh. 270 p. 216,29 (epist. papae a. 1264) cum illis *(fratribus)* . . ., qui . . . iuris ignari absolutionis beneficio non obtento receperunt ordines . . ., liceat tibi *(sc. abbati)* de misericordia . . ., prout eorum saluti expedire videris, -are. CHART. Stir. IV 223 ut respiciens ab alto *(sc. Deus)* in die examinationis omnis carnis misericorditer mecum dignetur -are. *Mandrin*

dispenssatio, dispenssator *v.* dispensa-.

[dispera *v.* distempero.] **[disperantia** *v.* distemperantia.]

disperatio *v.* desperatio.

disperditio, -onis *f.* **1** *dissipatio – Zerstreuung, Vertreibung:* GERHOH. novit. 31,6 divisio et dispersio sive -o hec levitarum perversorum . . . per pontifices Romanos tandem consumetur *(spectat ad Vulg. gen. 49,7).* **2** *amissio, perditio – Verlust, Beraubung:* GALB. Karol. 77 captus est Benkin coterellus et in rota malo superinfixa ligatus; -em vitae perpessus omnium spectaculum fuit.

disperdo, -didi, -ditum, -ere. *absol.: l.27.29. confunditur c.* dispendere: *l.38.*

1 *(funditus) perdere, corrumpere, disicere – (gänzlich) zugrunde richten, zunichtemachen, vernichten (pass. i. q. perire, interire – unter-, verloren-, zugrundegehen):* **a** *obi. res (fere corporeae, incorporeae: l. 24. 31):* **α** *in univ.:* DIPL. Karoli III. 26 firmitates de illa emptione -tae sunt *(sim.* DIPL. Arnulfi 131 p. 196,9 precepta . . . -ta esse noscuntur. *al.).* HROTSV. gest. 230 qui *(Deus)* . . . vana . . . mortalis potis est -ere cordis. EPIST. Mog. 15 p. 343,23 terrenum imperium citius quia -endum *(cod.;* dispertiendum *ed.).* CARM. imag. 10,1,20 quisquis in hoc *(sc. vita coenobiali)* faveat, communia premia sumat, si quis -at, Maria vindice solvat. *al. v. et p. p.794,10. c. sensu vituperandi:* GESTA Camer. 1,89 p. 437,18 si laudare *(sc. ludum)* nolueris, ne -as. **β** *amittere – verlieren:* ALFAN. premn. phys. 2,106 p. 48 quia excisis solis digitis manuum plurimas artes -ant (*cf. PG 40,585A* παραπόλλυσθαι) *homines.* **b** *obi. homines:* CAPIT. reg. Franc. 278,7 si iam inde *(sc. artis magicae)* comprobati masculi vel comprobatae feminae sunt, . . . -antur; . . . et . . . complices illorum . . . -antur. THIETM. chron. 8,12 ut non -atur clerus. *al.* **2** *per confusionem c.* dispergere: **a** *obi. res i. q. dilapidare – verschleudern:* LEG. Lang. p. 156,1 ut ipsi *(infantes)* res suas non deveant naufragare aut -ere (dispendere, dispergere *var. l.*). HROTSV. gest. 186 gazas -ens *praeses* innumerosas. DIPL. Otton. II. 24 p. 34,24 res . . . vi rapere, inaniter -ere. DIPL. Conr. III. 233 bona . . . -ere et dissipare. *al.* **b** *obi. homines i. q. dissipare, expellere, fugare – zerstreuen, vertreiben:* ARBEO Emm. 28 de qua *(sc. violatorum templi)* dispersione comprobatur de eorum *(extorquentium)* temporali domno Lantpertho, ut nihilominus -retur *(spectat ad Vulg. I Cor. 3,17);* quam ut suae damnationis in exilio vitam finiret *eqs.* CHART. Sangall. A 619 si quis hanc cartam irritam facere voluerit, -at illum Deus de coetu sanctorum. FLOD. annal. a. 942 p. 84,14 rex Hugo Sarracenos de Fraxinido eorum munitione -ere conabatur. RUP. TUIT. Ioh. 3,379 quo *(signo)* illis *(quaerentibus)* exhibito cunctos eos de domo Patris et regno eius expelleret simulque captivos in omnes gentes -ret *Christus. al.*

dispereo, -ii, -ire. *form.: fut.* -iet: *l. 64. al. inf. perf.* -risse: *l.59. struct. c. praep.:* ab: *l.59.p.773,3.6.* in *c. acc.: p.773,9sqq.*

1 *(funditus) perire, interire, evanescere – (gänzlich) zugrunde gehen, vergehen, verlorengehen, verschwinden:* **a** *subi. res:* RADBERT. Matth. 5,396 puto . . . ut tenebras a facie lucis, ita lepram a facie manus -risse. RIMB. Anscar. capit. 16 p. 15 quomodo . . . populis fuga dispersis omnia . . . igne -ierint. RIMB. Anscar. 16 p. 37,29 biblioteca . . . optime conscripta una cum pluribus aliis libris igni -iit (*sim.* ADAM gest. 1,21 aut praeda aut incendio). CARM. de mus. 34 p. 110b si sustollitur *septima vox,* . . . origo . . . nominis diapason -iet. CHART. Col. I 70 p. 546,9 licet paulo post inter cetera edificia -ierit *hospitale* tempore, quo . . . hec civitas gravissimo incendio conflagrata non ignoratur. *saepe.* **b** *subi. homines:* **α** *in univ.:* EPIST. var. I 33,12 ut aedificia immensa . . . omittantur, quibus fratres ultra modum fatigantur et familiae foris -eunt. PETR. DAM. epist. 92 p. 19,2 ut et tyrannus omnino -eat (pereat *var. l.*) et vero regi creatura se universa substernat. EPIST. Meginh. 28 p. 225,22 satis sibi *(sc. episcopo Bremensi)* visum fuisse causam

[Pörnbacher]

. . . differre quam vos *(sc. episcopum Babenbergensem)* differri et -ire. HONOR. AUGUST. spec. p. 922[B] qui post accepta divina sacramenta perverse vivunt, a daemonibus -bunt. *saepe.* **β** *exstingui – ausgelöscht werden:* HERIG. gest. 26 ubi *(sc. in Pannonia)* . . . a Karolo magno imperatore . . . penitus etiam nomine -iere *Hunni* (*inde* AEG. AUR. gest. 1,29 p. 25,9. *sim.* SIGEB. GEMBL. chron. a. 461 p. 310,64). **2** *dispergi, dissipari – ausgestreut, zerstreut werden:* RADBERT. Matth. 4,90 sine fructu . . . pauca, quae gerimus, in ventum -eunt. 9,76 ne in vacuum -eat census laboris (*sim.* RUP. TUIT. trin. 18,17 l. 864 in vanum. 22,13 l. 1027 in favillas). RUP. TUIT. trin. 42,9 l. 357 nonne, quaquaversum mortuorum cineres -ierunt, omnis caro in terram, de qua sumpta est, redit?

dispergo (-par-), -rsi, -rsum, -ere. *script.:* -ri(o): *l. 44.* -rx(i): *p.774,6. adde* CHRON. Ven. Alt. p. 54,23. -ssisse: *l.58. depon.: l.54. usu medial.: l.67.68.p.774,15.22.23; refl.: l.71.p. 774,28; intrans.: p.774,40. partic. perf. usu adi.: p.774,24.27. 47. al.; subst.: l.23.25.29.30.p.774,30. saepius. confunditur c.:* dispertire: *l.45.p.774,12.* disperdere: *l.46.*

dissipare, diffundere – verteilen, zerstreuen : **I** *obi. res:* **A** *proprie vel in imag.:* **1** *strictius:* **a** *in univ.:* WILLIB. Bonif. 8 p. 51,18 codices . . . per campi planitiem -arserunt (-erunt *var. l.; sc. gentiles).* DIPL. Loth. II. 9 p. 396,31 -sa colligere (COD. Lauresh. 133 [dipl. Heinr. V.]. *sim.* DIPL. Arnulfi 50 p. 72,23 [spur.] -sa recolligenda. *al.*). PS. BOETH. geom. 465 apices ita varie ceu pulverem -ere in multiplicando . . . consuerunt *Pythagorici.* CHART. Turg. II 51 p. 194,18 prepositus . . . cartam ipsam scissam . . . -sit. ALBERT. M. div. nom. 4,55 p. 162,64 dicit . . . de 'bonitate divina' . . ., quod '-sa congregat'. 4,56 p. 163,45 'congregatrix -sorum' (*PG 3,700[A]* τῶν ἐσκεδασμένων). *saepe.* **b** *(pro)fundere, spargere – verströmen, verspritzen, vergießen:* WALAHFR. hort. 87 attactu . . . graves leni -it *ruta* odores. RUOTG. Brun. 24 antiqua pestis non cessavit invidię suę virus per opera pii doctoris . . . -ere. RUODLIEB V 117 quam *(urinam)* dum non poterit -ere *lynx,* vivere claudit. **2** *latius:* **a** *divulgare, dilatare – ver-, ausbreiten:* EINH. Karol. 19 p. 25,11 acsi . . . nulla . . . f a m a -sa fuisset (THIETM. chron. 1,9. THANGM. Bernw. 17 p. 766,2). HRABAN. epist. 14 p. 402,25 sanctorum patrum dicta, quae . . . in pluribus exemplaribus -sa *(corr. ex* -se *A)* sunt. RUOTG. Brun. 46 cum . . . exequie Coloniam adventarent et hoc per omnem regni . . . populum fama nimis odiosa -ret. *al.* **b** *largiri, distribuere – (großzügig, reichlich) geben, austeilen:* IOH. CANAP. Adalb. A 6 p. 11,3 pauperibus . . ., que habuit, large -ens (-iens, distribuens, dispart[c]iens *var. l.*) se . . . Domino commendavit (B 6 -ens [disperdens *var. l.*]. *cf.* C 6 p. 74,4 dispensans; *spectat ad Vulg. psalm. 111,9).* BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 303,36 quicquid . . . de suis habere poterat *imperatrix* patrimoniis . . ., cottidie . . . studiose -erat. OTTO FRISING. gest. 1,62 p. 89,24 multa large -sa pecunia militem, quem . . . poterat, collegit *rex.* ACTA civ. Kil. 165 nullus sine licentia heredum potest -ere suam hereditatem, cui vult. *al.* **c** *dilapidare – verschleudern, verschwenden:* CONC. Karol. A 56[A],48 res eclesie . . . nulli contra fas . . . licet -i. BERTH. (?) annal. a. 1070 omnem aecclesiasticum thesaurum in suos . . . usus . . . praesumptuose -erat *electus simoniacus.* DIPL. Heinr. IV. 282 (spur.) pervenit . . . ad nos quosdam patrum . . . monasterii . . . hereditatem . . . in beneficiorum iura -ssisse. **B** *translate:* **1** *dissolvere – auflösen, zerteilen:* GLOSS. med. p. 69,15 humectat *raphanos* et -argit flegmam austeritate sua (DYNAMID. Hippocr. 2,4 phlegma). ANTIDOT. Augiens. p. 61,5sq. implastrum diarsinico . . . ad omnem apostomam superpositum -arget, . . . carbunculos malos -argit. ALBERT. M. meteor. 1,2,6 p. 497[b],41 si . . . luceret *ignis in sua sphaera,* tunc -argeret umbram terrae et impediret, quod non veniret ad orbem lunae. *medial.:* CONSTANT. AFRIC. coit. prol. 13 ne ex aliqua parte possit *semen* diffundi et -i. 3,15 si . . . ceciderit *semen* in locum non proprium, spiritus ab eo evanescit et liquor diminuitur et -itur. **2** *dividere, separare – (zer)trennen, (auf)teilen:* **a** *in univ.:* EPIST. Worm. I 52 p. 92,14 cum virtus satis magna se huc et illuc in corpore -erit, quasi nulla sit, apparebit. ALFAN. premn. phys. 2,88 p. 44 fatentur *Manichaei* . . . eam *(animam)* immortalem et incorpoream atque unam solam esse omnium animam, -sam (*PG 40,577[A]* κατακερματιζομένην) ac divisam per singula corpora. 2,89 p. 45 ut ⌞aqua -sa⌟ (*PG 40,577[B]* ὕδωρ μεριζόμενον) iterumque collecta. *math.:* PS. BOETH. geom. 764 quod *(sc. LXX)* per basim -sum quinquies ipsam in se retinet. 905 summam si in $\overline{\text{XXVIII}}$DCCC -eris (-rxeris *var. l.*). **b** *subdividere, disponere – ein-, unterteilen:* WALTH. SPIR. Christoph. I epist. ad Haz. in sex . . . libellos -sum *(sc. opus)* . . . in theca reposui. II 1,172 oppositum redigens corpus numerorum in digitos . . . -erat *Geometrica* articulosque. PS. BOETH. geom. 932 cum . . . agros per actus . . ., per semipedes et per palmos -issent (dispertissent *var. l.*) *Pythagorici.* **c** *medial. i. q. findi, (ramorum more) dividi – sich verzweigen:* ALBERT. M. animal. 1,410 a panniculo subtili ad cerebrum descendit *vena* et in ipso -itur, sicut arteriae -untur *(ex Avic.).* **3** *derivare, deducere – ab-, umleiten:* OTTO FRISING. gest. 1 prol. p. 10,33 tuum *(sc. Ludovici regis)* . . . L vertetur in C *(i. Cyrum),* qui -sit aquas fluminis, donec pertransirent illud, qui *eqs.*

II *obi. anim.:* **A** *proprie:* **1** *in univ.:* LEX Baiuv. 4,26 de porcis -sis; si quis liberi porcos . . . sonu . . . -erit (-sis, dispererit *var. l.*). EINH. Karol. 9 p. 12,18 noctis beneficio . . . protecti . . . in diversa -untur *Wascones.* WALTHARIUS 51 ad praedandum cuneus -itur omnis. THIETM. chron. 4,50 quoad exercitus undique tum -sus per internuntios colligeretur. WIPO gest. 36 imperator -so exercitu per regiones ipse . . . secessit propter refrigerium. OTTO FRISING. gest. 2,40 p. 149,27 qui per decliva montium -si iacebant, ut . . . transeuntibus temeritatis suae preberent documenta. 2,41 multis se ad propria -entibus domicilia. VITA Meinw. 6 p. 9,9 intendens commisso gregi in collectione -sorum. *saepe. v. et p.772,60.775,39.66.* **2** *de-, dispellere – vertreiben:* CHART. Sangall. A 727 p. 330,23 (a. 908) si evenerit, ut . . . nostra congregatio . . . ab eodem loco -sa fuerit et ad alium locum subtracta erit. ANNAL. Frising. a. 1098 Meginwardus episcopus obiit in IV. kal. Mai, in qua . . . die prius nos *(sc. abbatem)* -sit. ANNAL. Ven. (MGScript. XIV p. 70,2) Dominicus Silvius dux ducavit annos XII et fecit bellum cum Ruberto Viscardo, unde fuit -sus Petrus Ursiulus. **B** *translate:* **1** *intrans. i. q. conversari – leben, 'wandeln':* ANSCAR. pigm. pag. 39 Deus, concede nobis te diligere . . . et sic ⌞-ere in hoc seculo⌟ (*cf.* ALCUIN. officia per ferias [PL 101,514[D]] despicere hoc saeculum), ut ab auditu malo non timeamus in futuro. **2** *perdere, confundere – verderben, zunichte machen:* THIETM. chron. 8,3 destruat illos *(supplantatores)* adiutor noster Christus . . ., nisi resipiscant, et -et magna illustracione secundi adventus sui. **3** *segregare – spalten, trennen:* DIPL. Heinr. IV. 402 p. 532,19 ut . . . per eum *(marchionem)* regni principes -sos in unitatem cogeremus.

adv. **disperse, dispersim.** **1** *sparsim, diffuse – ver-, zerstreut, vereinzelt:* HRABAN. cruc. D 25,17 disposui eadem *(sc. ex caelestibus odis)* verba in pagina versuum non continuatim, sed -e, et inserui angelicos cantus. AMALAR. ord. antiph. 77,1 inveni quosdam responsorios -e positos per diversa officia nocturnalia, qui non conveniebant cum ceteris. ONULF. rhet. I 4 quae *(traductio),* cum idem verbum saepius in eadem significatione seu in diversis -m ponitur, orationem multo concinniorem reddere videtur. CHART. episc. Wirz. I 354 p. 405,21 pro quibusdam sexaginta agris divisim et -e iacentibus. *al. longe lateque – weit und breit:* CHART. Rhen. med. III 230 p. 191,5 (dipl. Heinr. VII.) ut decime, que cum hactenus -m per vineas . . . dari consuevissent, nunc in exitibus vinearum . . . necesse habeant *parrochiani* deportare. **2** *sine discrimine – ausnahmslos:* IOH. SCOT. carm. 2,3,44 obruitur pelagi cumulis Pharaonicus hostis; armata -m Tethidis ima tegunt.

[disperies *v.* *distemperies.] ***disperio** *v.* *disbrigo.

disperitas *v.* disparitas. **1. *dispero** *v.* despero.

2. dispero *v.* disparo.

dispersio, -onis *f. script.* -sicio: *l.70. dissipatio, diffusio – Zerstreuung :* **I** *spectat ad res:* **A** *proprie:* **1** *strictius:* THEOD. TRUD. Bav. p. 546,18 (ed. Krusch) lapidum sanctuarii in capite omnium platearum -es (dispersiciones *1; spectat ad Vulg. thren. 4,1).* BRUNUS LONG. chirurg. 1,10 p. 109[D] intentio eius *(sc. medicaminis incarnativi)* est facere illud, quod

[Pörnbacher]

colligitur de sanguine nutrimentum . . ., sed abstersio abstergit illum sanguinem, quare fit eius -o. **2** *latius:* **a** *divulgatio – Verbreitung:* VITA Maxim. Trev. II 73 undique diffuse vocat hac -o famę cives Trevericos pastoris morte remissos. **b** *largitio, distributio – Schenkung, Zuteilung:* HUGO FLAV. chron. 2 p. 368,46 Constantii . . . recolenda in pauperes . . . totius patrimonii -o. SABA MALASP. chron. 1,8 p. 114,8 advocavit *Manfredus* . . . largifice -is in sortem quosdam de Sicilia. **c** *dilapidatio, effusio – Zersplitterung, Verschleuderung, Vergeudung:* CONC. Karol. A 47 p. 585,17 patriarcha precum libellos pro -e suae Aquileiensis aecclesiae obtulit, ut suae provintiae aecclesias, quas barbarorum incursus a sua matrice segregaverat, . . . pacis tempore percipere mereretur ad propria. CHRON. Andag. 19 p. 52,6 de librorum -e vel distractione. GREG. CAT. chron. I p. 113,15 refert *liber* . . . veraci . . . stilo cuiuscumque abbatis singulas acquisitiones, iniquas largitiones, detestabiles -es. CHART. Rhen. med. III 53 p. 55,34 cum domus hospitalis in Confluentia in iacturam et -em rerum (verum *ed.*) ire perpenderemus. *al.* **B** *translate:* **1** *excidium – Zerstörung:* CHRON. Ven. Alt. p. 82,3 qui *(Constantinus)* cum audivit et inquisivit -es civitatum, quas sevissima gens paganorum destruxerat. CHART. Livon. A III 399[b] p. 64,2 conventus super confractione aggeris novi molendini et -e piscinae eiusdem aggeris et diminutione proventus molendini. *al.* **2** *frustratio – Vereitelung:* CHRONOGR. Corb. p. 86,10 conatus adversariorum cum congregatione sua -i patuit. **3** *confusio – Verwirrung:* LAND. MEDIOL. hist. 1,2 p. 39,19 quot fuerant varietates gentium per -em linguarum. **4** *vacillatio, inconstantia – Flackern, Unstetigkeit:* HILDEG. epist. 77[R], 220 inter vos *(sc. fratres)* . . . aliquod lumen lucidum et igneum, sed cum quadam vicissitudine adhuc est, lucidum . . . in bona voluntate, igneum . . . in timore Domini cum aliqua stulta . . . -e. **C** *meton. i. q. copia passim dispersa – weithin verstreute Menge:* ALBERT. AQUENS. hist. 8,21 montana . . . Bisantiis, incomputabili auro, argento inaestimabili, denariorum -e . . . operta erant in . . . fuga . . . magni exercitus.

II *spectat ad homines:* **A** *proprie:* **1** *in univ.:* HRABAN. disc. 2 (PL 112,1210[B]) ipsi *(sc. Iudaei conversi)* a Iudaeis carnalibus civibus carnis suae persecutionem passi atque dispersi sunt, ut latius Christus per eorum -em praedicaretur. ACTA imp. Winkelm. II 1041 p. 724,12 qui *(monachi nigri)* . . . in se divisi discordiis -is proprie, desolacionis ecclesie . . . preludia prelibarant. CHART. Brand. A XX 17 p. 188,14 -i Lubucensis ecclesie canonicorum ac fluitioni sedis eiusdem consulere cupientes *(sc. episcopus). saepe. v. et p.772,9.43.* **2** *expressius de missione apostolorum:* EKKEH. URAUG. chron. a. 1099 p. 152,24 (epist.) cum festum de -e apostolorum a multis fidelibus celebratur *(inde* ANNAL. Disib. a. 1100 p. 18,10. *al.).* LAMB. LEOD. Matth. I 165 o siquis mihi forte statum . . . temporis illius referat . . ., cum fuit illa patrum -o. **3** διασπορά, *status dispersionis, exsilium – Zustand der Zerstreuung, Verbannung, 'Diaspora':* UDALSC. Egin. praef. pro Christo positis in -e sancti Uodalrici . . . coenobitis. ALBERT. AQUENS. hist. 1, 12 p. 281[F] adunati et a -e reversi viam iterato insistunt *peregrini. al.* **B** *translate:* **1** *afflictio – Heimsuchung:* RADBERT. Matth. 12,1089 ut consolarentur *discipuli* . . . post fugam et scandalum tanti pavoris et -em nimie trepidationis. HILDEG. scivias 2,5 l. 175 saepe deficiunt *(sc. homines)* in diversitate morum atque in -e adversitatum. 3,1 l. 282 cum ipsi superni angeli inviolabiles sint ulla -e iniustitiae. div. op. 1,4,88 l. 63 ne in -em desperationis decidat *homo.* **2** *condemnatio – Verdammnis:* VITA Hildeg. Bing. I 2,5 l. 42 (CC Cont. Med. CXXVI. 1993. p. 28; c. 1182/87) quid est hoc, quod huic . . . indocte femine tot mysteria revelantur . . .? in -em . . . vertetur. **C** *meton.:* **1** *dispersi – die Versprengten:* SERMO de Const. 2,9 (MGScript. XXX p. 1021,26; a. 991) navalis exercitus . . . dispersus est undique; . . . pars quaedam -is a Lucaniae finibus rediens *eqs.* **2** *segregatio, disgregatio, secta – Sekte (cf. Aug. serm. 71,37 p. 466[A]):* SALIMB. chron. p. 255,1 de congregatione seu potius -e illorum ribaldorum, qui se dicunt apostolos esse et non sunt *(item* p. 265,37. *ibid. al.).*

***dispersor,** -oris *m. usu attrib.: p.776,6.9.* **1** *qui dispergit – einer der zerstreut:* AGOB. 3,374 qui conflictibus . . . merita hominum se putant posse invenire, habeant brachium sicut Deus, . . . et tunc poterunt . . . esse . . . superborum -es. HIST. Aret. 2 (MGScript. XXX p. 1473,5) ne episcopi antecessores . . . viderentur esse gregum suorum -es. RUP. TUIT. Ioh. 9,1919 mercenarius, qui . . . fuga sua lupo perditori, raptori et -i . . . locum facit. **2** *qui nocet, perditor, eversor – Schädiger, Verderber, Verschwender:* DIPL. Otton. III. 340 p. 770,6 quidam abbas prefuit -or monasterii, qui *eqs.* HUGO FARF. opusc. hist. p. 42,12 en habes simul tres non dicam abbates, sed -es. DIPL. Heinr. III. 393 p. 546,13 (spur.) si . . . aecclesia a malis christianis devastetur, solliciti esse debemus eam eripere a -bus atque ab inreligiosis . . . hominibus. CHRON. Noval. 5,21 qui *(marchio)* . . . coequari lupis potest violenter auferens aliena et -or alienarum opum. RUP. TUIT. Ioh. 13,1161 isti pontifices plane -es vel corruptores illi sunt, contra quos *eqs. al.*

***dispertibiliter.** *separabiliter, divisim – auf geteilte Weise, verteilt :* ARNO REICHERSB. apol. p. 165,13 quod increata et creatrix sapientia ubique sit non corporalium spatiorum distentione locis -r diffusa, sed ubique praesentiae suae veritate et virtute essentialiter ipsa tota subsistens.

dispertio (-par-, -cio), -i(v)i, -itum, -ire *vel rarius* **dispertior,** -itus sum, -iri. *script.* des-: *l.53. pendet* per: *l.28.31.35.61. 66. al. usu medial.: l.35. adde* ALBERT. M. veget. 6,82. *al.*

1 *obi. res:* **a** *dividere, dispensare – auf-, aus-, zuteilen :* WILLIB. Bonif. 8 p. 51,2 qualiter . . . argentum inter se *(sc. carnifices)* invicem -artiretur (-retur *var. l.*). HINCM. annal. a. 878 p. 229,24 -tus est *rex* honores . . . markionis per . . . camerarium et . . . comitem. ANNAL. Ved. a. 886 p. 62,23 terram inter Francos -iit *imperator.* CONSUET. Trev. 71 per singulas commemorationes adusque anniversarium psalterio per fratres -to. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 303,22 regiis insignibus depositis et in pauperes Christi . . . -tis vilibus usa est *imperatrix* vestimentis. ALBERT. M. animal. 15,138 cibus talis animalis *(sc. magni corporis)* depuratus a superfluitate . . . digestionis . . . -artitur per totum suum corpus. *saepe.* **b** *subdividere, disponere – ein-, unterteilen:* BEDA temp. rat. 15,25 annum totum in duo tempora, hiemis . . . et aestatis, -bant *Angli.* HRABAN. epist. 28 p. 443,23 quod *(opusculum)* . . . in viginti libros -ire decrevi. Ps. ODO CLUN. mus. p. 277[b] qualiter . . . motus -antur in syllabas, cantorum iudicio et usui praetermitto. FRUTOLF. brev. 6 p. 47 quae *(tetrachorda)* ita in . . . monochordi generibus . . . distributa sunt . . ., ut non amplius quam diatessaron complectantur consonantiam . . . pro generum qualitate -tam. COMM. microl. 92 p. 139 'distributis', id est -artitis, 'regulis' secundum diversos . . . modos. *al.* **c** *partiri, separare – teilen, trennen:* ALFAN. premn. phys. 2,89 p. 45 volunt *Manichaei* . . . -iri (*PG 40,577[B]* συμμερίζεσθαι) *animam* cum ipsis *(elementis)* in ortu corporum. FROWIN. explan. 5,1 l. 698 divisas . . . ex oculis aquas deducimus, quando peccatis singulis -tas lacrimas damus. CHART. Bund. 680 p. 165,11 medietatem tam suam quam . . . sancti Lucii eiusdem *(sc. communiter possessi)* collis in quatuor partes hinc inde de-ciens *nobilis* per transversum. *al. math.:* SCHOL. Boeth. mus. 3,1,221,2 si vis sextas decimas habere XVII, ita facies: -ire sedecim unitates, quae sunt in XVII, et remanet unitas. *ibid. al.* **d** *resolvere – aufheben:* GESTA Trev. 24 p. 161,22 cuius *(episcopi)* infelici tempore de his ecclesiis multa sunt ablata et res ab episcopiis divisae, . . . ecclesiastica disciplina -ta (disperdita, deperdita, dispersa *var. l.*). *v. et p.772,25.* **2** *obi. homines:* **a** *distribuere – verteilen (auf):* CASUS Petrish. 3,32 monachos suos . . . -vit *abbas* . . . per monasteria. **b** *dispergere, sequestrare – zerstreuen, entfernen:* ROD. GLAB. hist. 1,4 p. 10,7 illorum *(caesarum)* stirps . . . a . . . imperio -ta atque evacuata. MANEG. c. Wolfh. 3 p. 49,8 quorum *(philosophorum)* plures diversis errorum spiritibus devii . . . tanquam per quedam abrupta -ti contra se . . . controversas sententias . . . ediderunt.

adi. **dispertitus,** -a, -um. *(in partes) divisus, separatus – (in Stücke) geteilt, abgetrennt:* RADBERT. corp. Dom. app. 333 ne partes facere voluerim et eius *(Christi)* per singulos membra dividere concisa vel -a. Ps. GALEN. anat. 14 p. 191[D] facilior est expulsio faecis in summa quam illius -artitae. RI-

[Pörnbacher]

CHARD. ANGL. anat. I 162 nervus odorabilis, qui -artitus tendit ad carunculas narium. ALBERT. M. animal. 1,597 quae *(venae)* sunt principia earum, quae ramificantur ex ipso *(epate)* -artitae subtus *(ex Avic.). al.*

adv. ***dispertite.** *divise, discriminatim – getrennt, geschieden:* HINCM. epist. 37[b] p. 17,10 catholicus sensus non debet, quae -e dicta sunt, in sua confusione confundere.

dispertitio, -onis *f.* *divisio – Teilung:* RUP. TUIT. trin. 37,6 l. 264 ignis prodigium fuit, -o linguarum prodigium fuit, imo linguarum universitas in ore apostolorum *(spectat ad Vulg. act. 2,3).*

dispertitivus (-rtivus), -a, -um. *distributivus – einteilend, distributiv:* GLOSS. med. cod. Trev. p. 146,21 cardinales numeri I, II, III . . .; ordinales ut primus, . . .; -rtivi ut singuli, bini, trini (*cf. Prisc. gramm. III 413,24* -a).

***dispertitorius,** -a, -um. *distributivus, ad distributionem pertinens – für die Verteilung bestimmt:* VITA Desid. Cad. 16 p. 575,13 multa *(sc. aedificia)* . . . tam in participibus quam -is *(ci. Antony;* disportoriis *ed.,* disportoris *2,* dispertoriis *3)* praesulibus *(i. praesulis)* thesauribus . . . praeparare studuit.

disperxi *v.* dispergo. **dispesator** *v.* dispensator.

dispesco, -ere. *script.* -pec(o): *l.30. intrans.: l.39.*

1 *dividere, separare – teilen, trennen:* SISEB. carm. 23 quippe per aethram, qua citimus limes -it turbida puris, inviolata meat *luna.* HEIRIC. Germ. I 1,56 melius duo *(sc. scire et posse)* iuncta feruntur, quae si -as (gloss.: dividas), perit alterum. 5,183 innocuos si quid -it (gloss.: segregat) amicos. 6,8. ARNULF. delic. 74 alterutrum fratres urbs ut munita iuvantes *(cf. Vulg. prov. 18,19);* discors concordes -ere *(ci. E. Voigt,* dispicere *ed. ex V,* dispecere *H)* mallet amantes. **2** *dimovere – hin- und herreißen, auseinanderziehen:* VITA Gang. I 11 (MGMer. VII p. 165,4; s. IX.[ex.]/X.[in.]) quas *(amitas)* gemina in diversum -bat (disposcebat [*corr. ex* dispiscebat], deposcebat, dispert[c]iebat, despiciebat, respiciebat, distabat, variaverat *var. l.*) affectio.

adi. **dispescens,** -entis. *deficiens, brevior – mangelhaft, zu kurz:* VITA Galli II 1194 accidit . . ., tabulae quod quatuor . . . palmorum brevior cuiusdam meta pateret, quam reliquae *eqs.;* machina -ens *(ex* -enscens *corr. cod.)* dum spernitur ac reprobatur a cunctis operis factoribus *eqs. (cf. Vulg. Matth. 21, 42).* *Pörnbacher*

[dispeticio *v.* dispositio.**]** **dispicabilis** *v.* despicabilis.

dispiceo, dispicio *v.* despicio.

***dispignero** (-noro), -avi, -are. dep-: *l.48.* **1** *de pecudibus propter damnum alicui illatum ab eo retentis i. q. pignore dato liberare – gegen ein Pfand auslösen:* EDICT. Roth. 346 si ex . . . peculio aliquid mortuum fuerit, neglegentiae suae repotit, qui -are (-orare, de-are *var. l.*) neglexit. **2** *de pignore i. q. debito soluto recipere, reluere – nach Begleichung der Schuld zurücknehmen, auslösen:* LEX Raet. Cur. 24,4 si quicumque homo . . . in die placito . . . pignus suum non -oraverit *eqs. ibid. iterum.* 24,5 ille, qui . . . pignus recepit, illum caput habeat . . ., si ipse debitur suum pignus non -oraverit. **3** *de personis i. q. pignus dare recusando contemnere – durch Verweigerung einer Pfandleistung mißachten:* CHART. Ital. Ficker 401 p. 416,22 (a. 1246) si quis -oraverit vicecomitem vel suum nuncium, emendet X soldos den. Ver.

dispitio *v.* despicio. **displaceo** *v.* displiceo.

displicentia (-cia), -ae *f.* **1** *invidia, adversitas, offensio – das Mißfallen, Anstoß:* **a** *in univ.:* HUGO HONAUG. (?) ignor. 36 involuntarium *(sc. apparet esse)* . . ., quod agitur cum afflictione et est in -a et penitudine. HELW. denar. p. 95,34 per culpam displiceo vel de -a hesito ut reus. CHART. Gosl. II 206 p. 245,1 (dipl. Rud. Habsb.) si . . . concessio aliquibus . . . displiceat, . . . in presentia nostra conpareant causam huiusmodi -e precensuri. BURCH. SION. descr. 4,4 terra illa terra Kabul est appellata, quod -ciam sonat *(spectat ad Vulg. III reg. 9,12sq.).* **b** *c. gen.:* ALBERT. M. sacram. 53 p. 38,60 paenitentia illa non est, quae consistit in confessione, contritione . . ., sed tantum -a m a l i (Iob 27,1). HUGO RIPELIN compend. 6,24 p. 223[a],6 unus *(dolor)* est voluntatis, qui non est aliud quam peccati -a. **c** habere -am *i. q. offendere – Anstoß erregen:* ALBERT. M. pol. 7,14 p. 733[b],35 verecundia in foeminis multam habebit -am viri. 7,14[g] 'multam . . . habet -am (*p. 1335[a],2* δυσχέρειαν)', quando . . . minor masculus antiquiori nubit foeminae. **2** *improbatio, molestia – Mißbilligung, Unzufriedenheit, Verdruß:* ACTA pacis Sangerm. 1,4 producto ad imperatoris noticiam et ducis, quod fecerat <Bertholdus> . . ., in utroque -cie signa sunt visa. CONST. imp. III 93 nullo in vestris *(sc. sanctissimi patris)* piis precordiis -cie spiritu excitato.

displiceo, -ui, -itum, -ere. *script. et form.:* dip-: *l. 35.* -lac-: *l.18.31. al.* -io, -it: *l.18.29.43.46. depon.: l.37. refl.: l.46sqq. struct.: impers.: l.28sqq. pendet* de: *l. 34. 35. partic. praes. usu adi.: l.25; subst.: l.20. adde* ARBEO Corb. 20. *partic. fut. usu subst.: l.26. gerundivum pro partic. praes.: l. 27. 33. rhythm.* -lícet: *l. 31. confunditur c.* displicare: *l.23.*

1 *non placere, non beneplacitum esse – mißfallen, nicht wohlgefällig sein:* **a** *in univ.:* CONC. Merov. p. 51,6 quando id agunt *homines,* quod D e o -acit (-it, -et *var. l.*; THIETM. chron. 3,6. ADAM gest. 2,68 p. 129,11. *al.*). ANNAL. Einh. a. 793 p. 95,1 duo valde -entia . . . adlata sunt *(sc. regi).* WALAHFR. carm. 26,8 inter spem dubito atque metum, -am an placeam. GERH. AUGUST. Udalr. 1,1 l. 144 criptae . . . vilitatem sibi nimis -ere (displicare *M3 a. corr.*) conquestus. ALFAN. premn. phys. 29,3 p. 110 hae *(operationes)* quidem sunt placentes operanti, hae vero -entes (*PG 40,720[A]* φευκταί). RAHEW. flosc. 4,186 -tura placent. ACTA imp. Winkelm. II 18 intolleranda et -enda est . . . Deo et hominibus presumptio talis. *persaepe. v. et l.62. impers.:* FORM. Marculfi praef. l. 26 cui libet . . . aliqua exemplando, faciat . . .; si vero -it (-et *var. l.*), nemo cogit invitum. RHYTHM. 147,42 si ruisse nequiter vivendo -et (-acet, dispudet *var. l.*), surge *(sc. anima)* decenter. DIPL. Heinr. II. 321 p. 403,9 si . . . destructis ecclesiis subvenitur . . ., nulli bonorum -endum erit. THIETM. chron. 5,5 multum -ere antistiti de incepto eius *(marchionis)* inconvenienti. ANNAL. Plac. a. 1266 p. 517,4 de quo facto multum dip-uit domno Bosio. a. 1269 p. 535,25 taliter ordinantes *Laudenses,* licet -etur militibus Papie (*sim.* p. 537,37). *al. v. et l.63.* **b** *c. notione offensionis:* GODESC. SAXO gramm. 2 p. 425,21 versus ille propter violationem veritatis totus -et. 447,21 -et . . . iure vocum novitas, ubi regulariter stat antiquitatis veritas. p. 453,12 'ut' . . . -et; coniunctivus enim pendet. **c** *c. notione molestiae:* ELIG. praed. 1 (MGMer. IV p. 751,8) si cui forte -io, quod tam frequenter vobis predicare contendo, rogo *eqs.* **d** *c. notione paenitentiae:* HROTSV. Cal. 9,16 -et omne, quod feci, in tantum, ut . . . nulla voluptas est vivendi. **e** *c. notione despectus (usu refl.):* PIRMIN. (?) scar. 27 p. 63,17 qui sibi -it (dispecit *var. l.*), Deo placet. GODESC. SAXO theol. 22 p. 318, 20 Domine . . ., fac nos ab hodierna die salubriter nobismetipsis -ere et tibi . . . magis ac magis proficienter . . . placere. *adde:* RADBERT. corp. Dom. 12,61 quatinus et nos per hoc, quia in nobis -uimus, acceptabiles in eius *(Dei)* unico filio simus. **2** *person. c. inf. i. q. abnuere, aspernari – ablehnen, verschmähen:* CONR. epitaph. (MGScript. XI p. 51,42; s. XIII.[med.]) Kartago gaudere deo (*i.* de eo) duce -uisti *(sc. Fortuna).*

subst. **displicitum,** -i *n.* *declinatio – Abneigung:* ALFAN. premn. phys. 12,2 p. 87 cuius *(virtutis dinoscibilis)* sunt species generaliter discretio et dispositio, placitum et -um (*PG 40,660[B]* ἀποφυγαί).

1. *displicina, -ae *f.* (disciplina *et* displicere) *fere i. q. disciplina displicens – etwa: ungeliebter Unterricht (in lusu verborum):* HUGO TRIMB. registr. 666 amodo non dicitur a 'disco' disciplina, sed plus a 'displiceo' quasi -a (disciplina *var. l.*), quippe cum displiceat, ut discantur mores.

2. displicina *v.* disciplina.

divus, -a, -um. *confunditur c.:* dirus: *p. 897,17. 900,8 (dub.).* ?clivus: *p.900,62.* **1** *adi. i. q. divinus, dius – göttlich:* **a** *proprie:* **α** *de his, quae Dei sunt, a Deo veniunt:* WALAHFR. imag. Tetr. 156 -i consortia verbi *(cf. Vulg. exod. 34,29).* WALTH. SPIR. Christoph. II 6,90 quibus *(idolis)* ipse decus -umque impendis *(sc. rex)* honorem. ALFAN. premn. phys. prol. 13 illuminabuntur sub quaestionis nube caligantia per -e splendorem doctrine. METELL. exp. Hieros. 4,420 -a Dei pietas ... ni subvenisset Francis. *al.* **β** *de Christo i. q. caelestis – himmlisch:* ALDH. virg. II 1272 -i certius ut quiret *(sc. Iulianus)* Christi cognoscere nutum (*cf.* I 36 p. 281,9 nutum supernae maiestatis). **γ** *?a daemonio effectus – ?von einem Dämon bewirkt:* METELL. Quir. 6,40 septem Sara diebus -o *(an subest* diro?) funere plangitur *(spectat ad Vulg. Tob. 3,8).* **b** *translate i. q. sanctus, sacer, augustus, magnificus, splendidus – heilig, ehrwürdig, erhaben, großartig, herrlich:* **α** *de imperatoribus (usu subst.: l.14):* CONC. Karol. A 47 p. 584,32 imperantibus ... Chlodowico et Chlothario -is imperatoribus. CARM. var. I 26,3,22 Hludowicus ..., eximius princeps -us et orbis apex. CARM. libr. III 38,15 tibi ..., -e *(sc. Heinricus II.)*, libellos ... collegi corpus in unum. EPIST. Mog. 24 p. 360,9 -ae dominae suae Cunigundi divina disponente prudentia Romanorum imperatrici augustae Aribo *eqs.* DIPL. Conr. II. 124 p. 170,10 Arnolfi -i progenitoris nostri inperiale decretum. DIPL. Frid. I. 142 p. 239,31 beneficium ... -a nostra auctoritate confirmamus. CONST. imp. II 223 p. 307,9 -a mens nostra *(sc. Friderici II.). persaepe. adde:* CHART. Bund. 501 p. 13,25 (a. 1203) renuntiando ... epistole -i Adriani (605 p. 98,35. *ibid. persaepe*). **β** -a memoria (recordatio: *l.30*) *i. q. beata memoria, pia recordatio – seliges An-, Eingedenken:* LEG. Wisig. 2,1,5 ab anno secundo -e (diu *var. l.*) memorie ... Chindasvindi regis (DHUODA lib. man. 8,17,2 de anima -ae bonae praedicti *[sc. Theuderici comitis]* memoriae. *persaepe. sim.* DIPL. Karoli III. 152 -a memoria ... Karolus imperator. CHART. Raitenh. 358 [a. 1277] nostri predecessores episcopi Ratisponenses -e recordacionis). DIPL. Arnulfi 136 p. 204,29 pro ... regum antecessorum videlicet nostrorum -a memoria. **γ** *de imperio Romano:* OTTO FRISING. chron. 5 prol. p. 226,30 Romanum imperium, quod ... a paganis aeternum, a nostris pene -um putabatur. DIPL. Frid. I. 163 sacro imperio et -ae r e i p u b l i c a e consulere debemus (OTTO FRISING. gest. 2,29 p. 136,2. 2,30 p. 136,34). **δ** *usu vario:* EPITAPH. var. II 47,3 scit servare fidem -o Gerbirga marito *(sc. s. Megengaudo).* BRUNO QUERF. Adalb. A 17 p. 19,18 -us (divinus *rec. B*) heros *(sc. Adalbertus)* ascendit equos, ... Romam revisit. ANSELM. BIS. rhet. 1,14 p. 127,7 -a Bisatis *(sc. urbs).* METELL. exp. Hieros. 6,652 hec *(phalanx)* plus quam centum fert milia -a clientum. *al. v. et p.897,17.* **2** *subst.:* **a** *masc. de diversis numinibus paganorum i. q. deus – Gott:* WALAHFR. carm. 21,12,2 si forte Deo cupis relicto nos servire tuis, profane, -is. WALTH. SPIR. Christoph. II 5,45 indigetes -i, nostrę succurrite voci! CARM. anon. 1,33 (SBMünch. 1873. p. 696) scripta poetarum -um probra sive dearum ... referunt. *saepe. de imperatoribus Romanis antiquis:* GESTA Bereng. prol. 5 atria tunc -um (gloss.: imperatorum) resonabant carmine vatum. **b** *fem. i. q. dea – Göttin:* CARM. de Frid. I. imp. 2771 -e *(sc. Allecto dictae)* monitis se Brixia Mediolano iungit. GLOSS. II 532,67 St.-S. -a guttin. **c** *neutr.:* **α** *caelum (apertum), apertum – der freie Himmel, das Freie:* ALDH. virg. I 38 p. 288,10 s u b -o et horrido solis caumate (RUD. FULD. mirac. 5 p. 334,12 s. -o [dio *Colv.*] ... missarum solemnia celebravimus. 7 s. -o [dio *Colv.*]. CHART. Sangall. A 640 actum publice in loco, qui Bladherreswilare nominatur, s. -o *eqs. al. sim.* CARM. var. I 21,10 [auctore Dicuil] exta anno integro -o custodit Olympus). GEBEH. AUGUST. Udalr. p. 594,36 sub nocturni ... conticinii -um praevia duce *(sc. s. Afra)* progressus *presbyter eqs.* **β** *?sanctuarium – ?Heiligtum:* CHRONOGR. Corb. p. 66,9 -um *(ni leg.* clivum, *i. gradum [cf. ThLL. III. p. 1357,80])* deseruit et tecto templi se subegit *(sc. species viri, i. angelus).*

divutio *v.* devotio. ***dixios** *v.* *dexius.

***dixis** *subst.* (δείξις) *in prava interpr. per confusionem c.* δόξα *i. q. conceptio, opinio – Auffassung, Meinung:* ALBERT. M. eth. II 9,3,5 p. 596a,30 ἐπιδέξιος ... dicitur ab ἐπί, quod est supra, et δείξις, quod est conceptio vel opinio.

dix(s)pendium *v.* dispendium. ***diydras** *v.* 1. dia *p. 548,72.*

?***dizasma** *subst.* (*orig. et signif. inc., ni subest* dia *et* asthma) *?medicamen faciens ad asthma – ?Heilmittel gegen Asthma:* TRACT. de aegr. cur. p. 214,2 contra asma *eqs.*; ...

[Antony]

contra colericum tumorem precipue diasulphur vel -a dentur.

***dizedo** *subst.* (*a theod. vet.* thiozan) *strepitus, sonitus – das Rauschen, Getöse (de tinnitu q. d.):* HILDEG. phys. 3,6 p. 1223C pestis et mali humores et -o de auribus eius *(sc. patientis)* fugabuntur (*cf.* 1,58).

[dluplus *v.* duplus.**]**

do, dedi, datum, dare. *script. et form.: praes.* dor *inter formas inusitatas affert:* CARM. var. I 21,2,11. *fut.:* daras (*ex* dare habes): *p.903,10.* davis: *l.51. adde* ANTIDOT. Lond. p. 17,14. *ibid. al.* dabiis: *l.56. perf.: indic.:* duit: *p.902, 61. adde* ABBO SANGERM. bell. 1,134. deti: FORM. Andec. 42. dedirunt: *p.903,38. coni.* dediret: LEX Alam. 2,1 *(var. l.). partic.* dactus: ANNAL. Plac. a. 1266 p. 516,46. *fut. II.:* dedierit: *p.908,26.* dedirit: MARIAN. chron. a. Chr. praef. (DtArch. 17. 1961. p. 211,20 *[var. l.]*). *depon.: p.904,11. adde* ARBEO Corb. 9. *usu absol.: p.902,9.905,15.18.906,39.909,61. persaepe; refl.: p.902,66.903,15.904,5.909,42. persaepe; medial.: p.907,60.908,2.39.909,55; intrans.: p.908,26.909,46 (dub.). struct. notabiliores: c. gen. gerundii: p.903,50. partic. praes. pro inf.: l.53. partic. fut. pro gerundivo: p.905, 6. gerundivum pro partic. perf.: p.908,72. acc. pro dat. personae: l.57.p.902,41.903,39.904,13.906,31.908,52. adde* PIRMIN. (?) scar. 31 *(var. l.).* 32 *(var. l.).* LEX Alam. 35,2. *pro dat. rei (vel* in *c. acc.) ponitur acc.: p.902,57.903,49; abl.: p. 902,59.67.903,11.33; nom.: p.903,48;* in *c. abl.: p.903,52.53.904, 4.906,54.909,57. adde* DIPL. Heinr. II. 530 p. 686,7 (spur.). *aliquem aliqua re* (*per analogiam ad* donare): *p.902,39. cf. p. 903,39. metr.:* dāre, dāret: *l.60. adde* CARM. Walahfr. app. 5,6,12 dare. dĕtur: *p.905,25. adde* ECBASIS capt. 131. 270. dēdit: *p.908,18. partic. praes. usu adi.: p.906,39. adde* ALBERT. M. veget. 1,7. animal. 1,72; *subst. masc.: p.902,26. adde* POETA SAXO 3,166. 4,158. 5,102. *partic. perf. usu adi.: p.903, 45.904,17.905,33.909,24. saepe; subst. neutr.: p.902,23.903,44. 906,35.907,1. al.; subst. masc.: p.903,33. gerundivum usu subst. neutr.: p.902,29.30.903,44. adde* DHUODA lib. man. 3,10,58. *al.*

I *praebere, offerre, porrigere – geben, (an-, dar)bieten, (über-, dar)reichen, hinhalten:* **A** *in univ.:* **1** *de rebus corporeis:* **a** *de partibus corporis:* WALAHFR. (?) carm. 52,2 pacis . . . indicium, porrige daque manum. WALTHARIUS 71 dextram det atque resumat. VITA Heinr. IV. 12 p. 39,14 avertisse pectora et vulneribus terga -isse. ALBERT. M. animal. 6,106 cum . . . porca peperit, primo nato filio dat mammam primam *eqs. al. in locut. metaph.:* HROTSV. gest. 613 imperio . . . ˹dare colla (collum *M*)˺ *(i. se subdere).* WIDUK. gest. 3,46 p. 127,18 inimicis ˹manus dare˺ *(i. se dedere).* OTTO FRISING. gest. 1,33 p. 52,37 ˹terga hosti dare˺ *(i. fugere).* CHART. Naumb. I 236 marchio . . . iusticie ˹dans dextras˺ *(i. cedens)* . . . ęcclesię illos *(mansos)* confirmari permisit. *saepe.* **b** *de cibo, potu, medicamine sim.:* ANTIDOT. Lond. p. 19,16 suco bivere davis. VITA Maxim. Trev. I 12 rogavit *rex* . . . custodem, ut sibi ad manducandum daret . . .; qui statim -it ei comedere. VITA Magni Fauc. I 5 usque dum . . . tibi partem ex aliis *(pomis)* dem comedenti. ANTIDOT. Berolin. 14 p. 71,4 dare ad potionem. ANTIDOT. Glasg. p. 111,35 quiatos III da potum. p. 112,14 ventricium galli . . . tritum cum vino potui dabiis. p. 145,36 ieiunum dabis pocionem. PONTIF. Rom.-Germ. 110,11 dabis ei *(catechumeno)* salem benedictum. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 203,30 dare sibi *(sc. falconi)* multotiens abbeccationes. *persaepe. in imag. et alleg.:* VULF. Marc. II 183 populis qui daret pabula legis. WALAHFR. carm. 25a,13,3 p. 382 quo sese dare nuntiaret pascua pastor *(i. Christus).* **c** *usu vario:* WILLIB. Bonif. 5 p. 21,19 ille . . . litteras *(sc. commendaticias)* . . . protulit -itque . . . viro *(sc. papae).* LIUTG. Greg. 2 p. 68,1 datus . . . est ei liber; qui . . . coepit legere. WALTHARIUS 313 pocula plena dabant et inania suscipiebant *pincernae.* ORD. coron. imp. 14,41 det dominus papa sceptrum imperatori. *al.* **2** *de rebus incorporeis:* HRABAN. epist. 20 p. 426,14 quatenus aliquantam intellegentiam in mysteriis prediciti libri *(sc. Sapientiae)* . . . lectori darem. POETA SAXO 4,197 ne . . . quisquam . . . causas rixarum . . . daret. GERB. geom. 2,4 haec interim simplicioribus de praefatis rebus ratiuncula data sufficiet. DIPL. Heinr. II. 34 p. 37,36 prout res sese locusque -erit. *al.* **B** *sacrificare – opfern:* WALAHFR. Mamm. 23,5 libamina divis aut devota dabis . . . aut moriere. carm. 21,14,2 non dant liba diis *(sc. martyres).*

II *tradere, conferre, condonare – (hin-, anheim-, über)geben, überantworten, überlassen, übereignen, schenken (saepius c. dat. rei in periphrasi verbi, e. g. l.55.56.63.64):* **A** *gener.:* **1** *in univ.:* **a** *alicui (saepe et dat. subaudito, e. g. l.26. 33.36):* **α** *absol.:* WIDUK. gest. 2,7 ille *(dux)* . . . erat . . . largus in dando. FROUM. carm. 1,8 omnibus, ut vult, ipse *(Christus)* dabit. ALBERT. M. eth. I 271 p. 236,27 'cimini venditor et omnes tales' . . . 'nominantur ab' hoc, quod 'superabundanter' sunt ˹in non-'dando'˺ (*cf. p. 1121b,28* τῷ μηθενὶ ἂν δοῦναι). *saepius. in lusu verborum:* ALCUIN. epist. 65 p. 107,24sq. (vs.) do do iuxta nomen tuum tibi, tu mihi da da; do tibi me totum, sed tu, Dodo, mihi te da. CARM. Bur. 3,3,2 multum habet oneris do, das, -i, dare; verbum hoc pre ceteris norunt ignorare divites (*sim.* 20,1,2). ARCHIPOETA 6,42 tibi scribam carmen et odas; sit finis verbi verbum laudabile do, das. CAES. HEIST. mirac. I 4,69 p. 237,33 non . . . in domo illa frater Dabitur habitare poterat, de qua germanus eius Date expulsus erat *(cf. Vulg. Luc. 6,38).* **β** *de rebus corporeis (de animalibus: l.26. al.):* ARBEO Corb. 29 ut . . . cuncta sibi data pauperibus . . . distribueret. CAND. FULD. Eigil. I 10 p. 228,20 da fidelibus pauperibus, unde vivant. II 8,10 fratrum congeries . . . grates persolvens . . . munera danti *(sc. regi).* POETA SAXO 4,81 -erat Persarum . . . princeps hunc *(elephantem).* CHRON. Thietm. 4,33 Dei . . . gracia satis *(sc. vini)* nobis poterit dare. STATUT. ord. Teut. p. 45,22 de dandis, permutandis et recipiendis. ALBERT. M. eth. I 265 p. 231,12sq. magis est 'tristandum', si detur non-dandum, quam si retineatur, quod dandum est. *persaepe.* **γ** *de rebus incorporeis (plerumque divinitus collatis):* HRABAN. carm. 9,33 da *(sc. Deus)* . . . fidem plenam, da spem, da pignus amoris. epist. 47 p. 502,32 Dominus . . . det illis *(sc. caritatem servantibus)* in presenti vita idoneam prosperitatem. AGIUS comput. 1,3 <c>um cunctę . . . dentur divinitus artes *eqs.* RUOTG. Brun. 21 p. 22,24 secundum datam sibi sapientiam. *persaepe. c. acc. personae et abl. rei:* LIUTPR. antap. 42 p. 31,3 eum *(Hugonem)* praeter ceteros familiaritatis privilegio -erat (dilexerat *var. l.*) *rex.* **δ** *de hominibus (fere de mulieribus matrimonio iungendis):* PACTUS Alam. 34,1 mulier maritum data. ANNAL. Xant. a. 821 imperator -it filio suo . . . ad coniugium Ermingardam. EINH. Karol. 19 p. 25,6 nullam earum *(filiarum)* cuiquam . . . nuptum (nuptui *var. l.*) dare voluit. WALTHARIUS 139 nec quisquam, qui dat sponsam, post facta pudebit. WIDUK. gest. 1,37 rex -it filio suo . . . coniugem filiam . . . regis Anglorum. CHART. scrin. Col. A I p. 14,7 quando filiam suam -erunt Teoderico (*sc. parentes*). OTTO FRISING. gest. 1,10 Heinricus . . . eam *(Agnetem)* . . . marchioni . . . in uxorem -it. *saepe. adde:* WETT. Gall. 22 p. 269,1 te *(sc. virginem)* dabo *(sc. rex)* ad sponsam . . . Iesu Christo. HRABAN. carm. 16,13 sponsam . . . viro -it Aevam *Deus.* **b** *alicui rei (acc. pro dat.: l.57; abl. pro dat.: l.59.67):* **α** *de rebus:* WALTHARIUS 322 dare moenia flammis. OTTO FRISING. gest. 2,35 p. 144,8 civitas direptioni datur. GESTA Halb. p. 107,20 Damascum . . . cum -isset *rex* obsidioni, sed eam capere non valens *eqs. al.* **β** *de hominibus:* CAPIT. reg. Franc. 3,12 ut . . . detur *(sc. servus fugitivus)* vindictam (vindictae, ad vindictam *var. l.*). HYMN. Hraban. 6 (3),4,3 parvula millia *(sc. innocentium)* strage -it *(sc. Herodes).* ABBO SANGERM. bell. 2,477sq. Sclademarus . . . binos iugulis -it . . .; idem primus primum duit (gloss.: -it) umbris Lutecię torvum. WIDUK. gest. 1,36 p. 53,14 quoscumque a sociis secernebant *legiones*, neci dabant. OTTO FRISING. gest. 2,29 p. 135,36 neglectui dato *(sc. senatu).* CHART. Rhen. inf. II 696 p. 406,38 nos *(sc. comitem)* . . . oppidanos . . . -isse . . . libertati. *al. refl.:* WILLIB. Bonif. 5 p. 18,15 cumque . . . fratrum . . . se societate (societati *var. l.*) -isset. WALAHFR. carm. 21,23,2 epulis -ere sese *carnifices.* VITA Heinr. IV. 5 p. 21,10 sopori se -ere. *al.* **2** *c. colore quodam:* **a** *de pecunia i. q. numerare, solvere – zahlen:* BERTH. chron. B a. 1071 p. 213,11 Roupertus . . . Augiensem abbatiam dato regi multo auro symoniace intravit. CHRON. Thietm. 4,28 Bolizlaus . . .

data . . . pecunia martiris *(sc. Adelberti)* mercatur . . . membra. OTTO FRISING. gest. 2,35 p. 143,24 falsam monetam dando. *saepius.* **b** *credere, commendare – anvertrauen:* BEDA hist. eccl. 5,24 p. 357,8 datus sum educandus . . . Benedicto. ALCUIN. carm. 43,22 talenta sibi multiplicare data. WALAHFR. carm. 14,3,2 puppim . . . dare fluctibus. CAPIT. reg. Franc. 233,18 si quis aliquid -erit ad negociandum. *al.* **c** *dedere, subdere – ausliefern, in die Gewalt geben, unterwerfen:* CHRON. Fred. 2,62 p. 85,32 ille *(rex Persarum)* respondebat: Non dabo *(sc. civitates);* Iustinianus dicebat: Daras. HRABAN. carm. 39,70,3 omnis terra cum sobole . . . data mihi *(sc. Christo)* regimine. THIETM. chron. 4,13 eundem *(sc. dominum urbis)* . . . Liuticis ad decollandum -it *Bolizlavus*. DONIZO Mathild. 2,475 urbem manibus pariterque phalangem ipsius *(regis)* dare. *al. refl. i. q. se dedere – sich ergeben:* PASS. Sigism. 8 (MGMer. II p. 337,12) Burgundiones . . . Francis se . . . -erunt. HROTSV. Bas. 183 me quia per literas hosti *(i. diabolo)* -eram. BERTH. chron. B a. 1076 p. 236,1 cui *(papae)* se reum -erat *Crescentius. al.* **d** *cedere – abtreten, aufgeben:* PONTIF. Rom.-Germ. 111,8 ut exeat et recedat *malignus spiritus* dans locum Deo vero. DIPL. Otton. I. 355 Apuliam et Calabriam provincias . . . dabunt *Constantinopolitani. al. perdere – verlieren:* LEX Alam. 23 si quis . . . in mortem duci consiliatus fuerit . . ., aut vitam det aut *eqs.* **e** *dicare, dedicare – widmen:* WALAHFR. carm. 38,98 dat decies denos . . . tibi . . . versus Strabo. HRABAN. epist. 19 prioris libri *(sc. paralipomenorum)* expositionem Hludowico regi . . . -i. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 174,19 qui *(falconarius)* non potest se semper dare falconi. *al. v. et p.902,15.16. consecrare – weihen:* CARM. var. I 32,10 ego . . . Prudentius . . . pontificis trabeis officioque datus. CHRON. Thietm. 4,36 cui *(Dei genitrici)* se suaque -erat *(sc. Ansfridus).* EKKEH. IV. pict. Mog. 62 frumentum . . . morte datis . . . sudore paratur. **B** *publ., eccl., iur. (saepe accedente determinatione finali, e. g. l.47.66.p.904,2.4.12):* **1** *in univ.:* **a** *de rebus immobilibus:* CHART. Arnstad. 1 p. 1,37 (a. 704) has res omnes . . . tibi . . . damus donatumque esse perhennis temporibus volumus. LEX Alam. 2 capit. p. 36 (cod. 1) de ingenuis, qui res suas ad ecclesias -irunt. ANNAL. Lauresh. a. 764 comis -it . . . archiepiscopo et suos monachos monasterio (monasterium ANNAL. Mosell. a. 764 [MGScript. XVI p. 496,5]). CHART. Rhen. med. I 39 p. 44,22 ita ut . . . *(sc. possessionem)* habendi, tenendi, dandi, vendendi . . . liberam . . . habeatis potestatem. DIPL. Heinr. II. 120 cum omnibus monasterio . . . appendentibus . . ., datis vel dandis (*sim.* DIPL. Heinr. IV. 223 cum omnigenis . . . datis sive . . . dandis utilitatibus). CHART. Heist. 126 p. 212,34 do, confero, tribuo vineam meam. *persaepe. c. determinatione finali:* EPIST. Lang. 6 domum . . . minime debere emptitacio dari, ut domus ipsa . . . Mariano . . . emphiteosin dari deberet. LEX Baiuv. 16,17 tuam terram alteri non do legem faciendi (faciendo, faciendum *var. l.*). TRAD. Frising. 400[a] p. 342,16 (ex Italia) homo, in quem ego ipsis rebus in usufructu -ero. 917 episcopo ad ecclesiam retinendum . . . curtem. DIPL. Ludow. Germ. 138 p. 193,5 (interp.) in usibus canonicorum . . . villam. TRAD. Teg. 40 cuiquam illud *(praedium)* in beneficium. CHART. Bund. 777 p. 236,36 de . . . pecia terre . . . data . . . in vendicionem. CHART. Austr. sup. II 365 mansum . . . fratribus . . . ad vendendum. CHART. Lux. IV 191 feodum . . . libertati *(i. in liberam potestatem)* vidue memorate. *persaepe.* **b** *de rebus mobilibus, animalibus:* TRAD. Patav. 6 (a. 774) qui *(episcopus)* -it . . . duas argenteas vasas et duas palleos et duos cavallos. WETT. Gall. 40 p. 279,19 se ad ecclesiam . . . unum equum ac duos boves daturum. THIETM. chron. 6,102 calicem aureum. CATAL. biblioth. A III 2 p. 16,40 omeliae per totum annum, quas -it *(sc. Embrico episcopus)* ad sanctam Gertrudem. CHART. Raitenh. 164 in huius rei *(sc. traditionis)* testimonium . . . cenobio hanc -imus *(sc. archiepiscopus)* litteram sigilli nostri munimine insignitam. *saepe.* **c** *de hominibus:* LULL. epist. 110 p. 238,11 servum . . . et ancellam, quos Aotrih -it ad aecclesias nostras. WIPO gest. 20 p. 40,14 quin vobis *(sc. duci)* fidem . . . promitteremus *(sc. comites)* contra omnes praeter eum *(sc. imperatorem)*, qui nos vobis -it. TRAD. Ratisb. 680 Adalpreht . . . -it in altare s. E. VIII mancipia. DIPL. Constantiae 66 p. 207,34 numquam eos *(sc. homines Maltae)* deinceps in baroniam vel comitatum alicui daturi *eqs.* CHART. Carniol. II 1 pueros . . . super ecclesiam. TRAD. Patav. 859 que *(ancilla)* quondam data fuit in feodo Eberwino. *saepius. refl.:* BREV. NOTIT. p. A 15 Reginolt . . . -it semetipsum et proprietatem suam. TRAD. Frising. 553 quomodo se in servitium -erunt Frumiperht . . . et Rihpurc. TRAD. Ratisb. 681 quedam mulier . . . -it se . . . in altare s. E. *al.* **2** *de regimine, munere, dignitate, iure sim. i. q. deferre, assignare – übertragen, zuerkennen:* ARBEO Corb. 8 ut . . . ei sacerdotalem . . . daretur *(corr. in* daret *1; sc. apostolicus)* honorem. LIUTG. Greg. 4 p. 71,26 Maguntiae metropolitana sedes data est ei a regibus providenda. ANNAL. Lauresh. a. 763 -it rex Pippinus aliquos ⌞comitatos suos filios⌟ (comptadus filiis suis ANNAL. Mosell. a. 763 [MGScript. XVI p. 496,3]). POETA SAXO 5,182 regnum soli iure datur Carolo. THIETM. chron. 8,13 p. 508,34 culpa gravi . . . innatus honor et datus vilescit. WIPO gest. 36 imperator archiepiscopatum Mediolanensem Ambrosio . . . canonico -it. *persaepe.* **3** *de hereditate i. q. relinquere, legare – hinterlassen, vermachen:* TRAD. Frising. 140 (a. 791) ego -i illam coloniam illo . . . in hereditatem. CHART. Tirol. notar. I 687 p. 337,30 Alhaida . . . -it et iudicavit . . . suo viro in suo ultimo testamento . . . unam peciam terre. CHART. Rhen. med. III 1103 p. 815,23 domum meam . . . do l e g o . . . filiabus fratris mei *eqs.* (1221[I] p. 897,11 do l. ecclesie . . . vineas. *ibid. al.*). *al.*

III *praestare, exhibere, reddere – (zur Verfügung, zur Seite) stellen, (an die Hand) geben, (bei-, auf-, er)bringen, leisten:* **A** *in univ.:* **1** *gener.:* **a** *de hominibus:* LIUTG. Greg. 2 p. 68,33 Addula . . . -it illi pueros et equos et dimisit eum ire *eqs.* VITA Liutg. I 16 si erudiendis eis *(sc. Fresonibus)* aliquis daretur, cuius loquelam intelligere possent. WALAHFR. carm. 9,3[tit.] ad eundem *(sc. Hrabanum)* pro servitore dando. *al.* **b** *de rebus corporeis (de animalibus: l.30.35. al.):* BEDA hist. eccl. 2,13 p. 113,10 rogavit *Coifi* sibi regem arma dare et equum emissarium. LEX Baiuv. 8,18 capit. p. 226 (codd. Mg. Mt) si qua mulier alię ad avorsum faciendum -erit. ARBEO Corb. 16 p. 205,20 ut dentur ei necessitudinis solatia per viam. POETA SAXO 5,440 ad quae *(sc. basilicam condendam)* marmoreas praestabat Roma columnas, quasdam praecipuas . . . Ravenna -it. *saepius.* **c** *de rebus incorporeis:* WALAHFR. Mamm. 26,31 mirabile dantes *(sc. ferae)* doctori obsequium. AGIUS vita Hath. 4 dum . . . bonorum omnium . . . cunctis exemplum -isset. WALTH. SPIR. Christoph. II 4,71 operi . . . suffragia. OTTO FRISING. gest. 2,3 p. 104,35 constantiae suae omnibus nobis . . . -it *(sc. rex)* indicium. *saepe.* **2** *publ., eccl., iur.:* **a** *de hominibus:* CAPIT. reg. Franc. 2 datis fideiussoribus. 3,2 duodecim iuratores . . . dare. THIETM. chron. 2,6 datis . . . ex utraque parte obsidibus. CHART. Rhen. med. I 610 p. 672,33 ęcclesię nostrę dati sunt in testes et obsides: *eqs.* II app. 16 p. 437,2 dat mansus duos messores hiemales et duos estivales. CHART. Tirol. notar. I 106 -it *abbas* eis *(sc. conductoribus)* Iordanum . . ., qui ipsos inde *(sc. de isclis)* ponat in t e n u t a m *(sim.* 779 Guntherium . . . ad dandam t. 790 p. 406,15 Iacobum . . . in t. *ibid. saepe).* CHART. Ital. Ficker 472,9 potestas et eius iudices precones et berroderios dare teneantur cuilibet petenti ad capiendum forbanitum inventum. *persaepe.* **b** *de fide, testimonio sim.:* LEG. Wisig. 2,1,25 testes illi, qui testimonium -erant. LEX Baiuv. 16,17 wadium tibi do, quod *eqs.* CONC. Karol. A 19[G],39 si . . . accusator comprobationem dare non potuerit. WALTHARIUS 81 iusiurandum . . . reges inter se -erant, . . . quod (ut *var. l.*) *eqs.* WIDUK. gest. 3,31 locus . . . rationis dandae et responsionis reddendae. BERTH. chron. B a. 1076 p. 251,20 data sibi in invicem . . . fide adiutoria. CHART. Bund. 840 p. 288,4 prediciti omnes et quilibet eorum -erunt et -it firmam fidanciam seu firmum affidamentum . . . omnibus de Clavenna missis *eqs. persaepe.* **B** *exsolvere, pendere – abstatten, ableisten, abführen, entrichten:* **1** *publ., eccl., iur. de censu, servitio, debito sim.:* LEG. Wisig. 3,3,9 si voluerit pro servum conpositionem dominus dare. TRAD. Frising. 652 villę, qui ad illam basilicam decimam dant. TRAD. Welt. 5 censum . . . dare ad sanctum . . . Georium. REGISTR. abb. Werd. 7,9 p. 218,15 villicus de Mer-

thene . . . dabit domno abbati VI mansiones. p. 219,3 villicus . . . dabit XV servicia et regale integrum. CHART. Bund. 606 p. 101,24 quod *(debitum)* tenetur dare . . . dominus Chunradus illis de Clavenna. CHART. Ticin. 111 p. 66,31 ita ut . . . ospitale et eius . . . aministratores . . . possideant . . . predicta imperialia annuatim prestita et datura. *persaepe. comportare – abliefern:* TRAD. Frising. 1045 p. 788,43 (a. 908) de orientali . . . vino huc allato annuatim carradas duas et de vino Bauzano illic dato carradas III. **2** *in locut. metaph.:* POETA SAXO 3,410 Constantinus . . . nequitię -erat privatus lumine poenas. HROTSV. gest. 1147 grates . . . tibi dentur, . . . fili. THIETM. chron. 1,14 da . . . gratias altissimo. *al.* **C** *addere, contribuere – beitragen, beisteuern:* DIPL. Ludow. Germ. 112 p. 160,37 populus . . . promisit, quod de illorum proprietate ad hanc *(partem)* . . . augendam dare voluissent.

IV *concedere, permittere, consentire – zugestehen, einräumen, gewähren, gestatten, lassen:* **A** *gener.:* **1** *in univ.:* **a** *de rebus (fere incorporeis):* **α** *absol. i. q. assentire, pati – zustimmen, zulassen:* WALTHARIUS 23 foedus debere precari et dextras, si forte darent (gloss. I: consentirent), coniungere dextris. DIPL. Heinr. II. 387[b] p. 494,22 Gerardus . . . Dei gratia annuente et me dante Cameracensis episcopus effectus. WIPO gest. prol. p. 7,16 vulganda sunt tam gesta quam omissa, prout facultas ingenii -erit. *al.* **β** *pendet acc.:* ALDH. carm. eccl. 1,19 quatenus hic scelerum detur indulgentia perpes. POETA SAXO 3,85 militibus . . . -erat requiescere tempus. HROTSV. Pafn. 3,2 quo mihi daretur copia tecum fandi. THIETM. chron. 5,39 dentur mihi . . . quatuor induciae dierum. OTTO FRISING. gest. 1,32 p. 51,2 nulla accusato excusandi licentia datur. CHART. Bund. 485 p. 3,17 partem nec societatem debent *(sc. investiti)* dare allicui de . . . venis metallorum. *persaepe. partic. perf. pro adi. i. q. idoneus – günstig:* WANDALB. mens. 311 cum forte datis licet exercere sub auris terram. **γ** *pendet inf. (interdum praevalente notione faciendi, e. g. l. 40. 42):* CHART. Rhen. inf. I 3 (a. 793) tradidi Liudgero presbitero . . . curtile . . . et -i ei potestatem habere in silvam. WALTHARIUS 766 cui *(genti, sc. Saxonum)* natura -it reliquas ludendo praeire. CARM. Bur. 72,2[a],2 contactu, basio frui virgo -erat. CHART. Babenb. 343 p. 185,31 omnibus . . . tenore presencium protestando scire damus, quod *eqs.* CHART. Sil. D III 2 damus *(sc. episcopus)* . . . militi tabernam et molendinum construere. DAVID (?) inquis. 23 dant *(sc. haeretici)* complicibus suis intellegere *eqs. saepius. impers. pass. vel rarius (e. g. l. 48. 49. 54) nom. c. inf. (c. inf. pass. i. q. potest – man kann, es läßt sich):* WALAHFR. carm. 63,1,4 dum datur te cernere. RIMB. Anscar. 5 ibi . . . ei datum est agnovisse, quod *eqs.* AGIUS vita Hath. 14 unde . . . intelligi datur *eqs.* ANNAL. Fuld. Ratisb. a. 894 p. 123,22 sonitus . . . datur sentiri. VITA Bonif. II 5 quod ex eo . . . conici datur, quia *eqs.* OLIV. hist. reg. 73 p. 134,7 nec . . . procedere nec . . . redire dabatur. *saepe. adde:* ARBEO Emm. 5 ut saltus bestiis in augmentum *(om.* dari *sim., ut vid.)* daretur intellegi. WALAHFR. Wett. 619 qualis *(sc. splendor)* ab humanis cerni agnoscique figuris numquam posse *(abund. positum)* datur. **δ** *pendet* ut *(vel coni. nudus)*, quod: EPIST. Desid. Cad. 13 ut de vestris condicionibus, iuxta quod Deus possem dabat, sollicitudinem gererem. LIUTG. Greg. 11 p. 75,18 quod . . . in discipulorum multiplici benedictione ditatus est . . . Gregorius, nemo dubitat a Deo ei datum (datam *var. l.*) fuisse. WALTH. SPIR. Christoph. I 9 Deus . . ., da, ut . . . huic populo lumen veritatis ostendam. NADDA Cyriac. I 12,8 da, Domine, . . . omnibus, qui ad fontem salutiferę regenerationis . . . veniant, inferni penas evadant. *al.* **b** *de hominibus:* LEX Baiuv. 9,2 sortiant de illis *(campionibus)*, cui Deus fortiorem -erit. ARBEO Emm. 40 oportet . . . Deum . . . deprecare, ut detur *(A 1*, det *rell.)* germen iustum in coniunctione. HRABAN. epist. 57[tit.] domino . . . nobis . . . Dei munere dato . . . regi Lothario. STATUT. ord. Teut. p. 93,8 potest conventus vel illum *(electorem)* dare, qui petitur, vel *eqs. al.* **2** *c. colore quodam:* **a** *accessum permittere (ad) – Zutritt gewähren (zu):* CONSUET. Vird. 17 data tabula ibunt *fratres* in refectorium. COD. Udalr. 233 p. 411,12 uti data mihi curia libere me admitteret *rex* audientiae. **b** *de lumine i. q. trans-, admittere – durch-, einlassen:* CHART. scrin. Col. B 1552 (a. 1279) que *(fenestrae)* lumen dant in cameram. **c** *de frenis i. q. remittere – schießen lassen:* WALTHARIUS 585 qui *(Camalo)* dans frena . . . transcurrit spatium campi. **B** *log. i. q. confiteri, accipere – zugeben, gelten lassen:* ALBERT. M. top. 8,2,2 p. 507[a],1sq. modus dandi (hoc est concedendi) vel non-dandi sive negandi, quod interrogatum est ab opponente. 8,2,4 p. 510[a],15 quando in multis singularibus apparuit sic esse, ut dicitur, et non -erit sive concesserit respondens universale. *ibid. saepe.*

V *(at)tribuere, impertire, (in-, af)ferre – er-, zuteilen, zuweisen, verleihen, 'geben':* **A** *gener.:* **1** *de rebus corporeis:* **a** *in univ.:* CAND. FULD. Eigil. II 14,65 manibus data lympha funditur. HRABAN. univ. 6,1 p. 152[B] copias victuales parcius dari *(sc. inoboedientibus).* AGIUS vita Hath. 5 necdum eis *(sororibus)* ex parte matris spiritalis vestimenta propter rerum insufficientiam dabantur. VITA Mathild. II 21 regalis conventus postremos alterutrum -it amplexus. ORD. coron. imp. 18,43 dato sibi osculo ad invicem. *al. in imag.:* IOH. ELNON. Rictr. app. p. 567,4 claro Hucbaldi studio pedes *(i. formam metricam)* -isti. EKKEH. IV. bened. I 50,13 Elena, ⌞dando pedem (gloss.: auxilium)⌟ *(i. succurrendo)* paradysi prestrue sedem. **b** *in malam partem i. q. infligere, impingere – versetzen, zufügen:* ARBEO Corb. 26 dextro pede trispicii *(i. mensae tripedi)* calcem -it. ALCUIN. carm. 9,94 saepius huic *(nato)* . . . flagella dabit *pater.* AGNELL. lib. pont. 121 p. 358,26 -it sibi alapam in fronte. WALTHARIUS 338 is *(ensis)* . . . ex una tantum dat vulnera parte. *al.* **c** *dispertire – aus-, verteilen:* WALAHFR. Mamm. 15,22 panes . . . quinque -it Dominus quondam per milia quinque. **2** *de rebus incorporeis:* **a** *in univ.:* LIBER diurn. 21 datis ad . . . episcopum iussionibus. LIBER hist. Franc. 36 p. 305,4 consilium -it *Fredegundis* Francos. VITA Goar. 5 p. 416,3 nihil . . . responsis *(A 1*, responsum *rell.)* ei dare. WALTH. SPIR. Christoph. II 3,204 dat convenientia cuique *summus iudex.* THANGM. Bernw. 24 benedictione publice data. EKKEH. IV. bened. I 26,128 his data (gloss.: sorte destinata) temporibus dare (gloss.: propalare) luci. THEOPH. sched. 3,26 p. 77,10 profunditatem dabis ei *(sc. pedi calicis)* cum malleo rotundo. ALBERT. M. animal. 1,70 suscipiens . . . et non dans est secundus modus membrorum animalium. *persaepe.* **b** *in malam partem i. q. imponere, ingerere, irrogare – auferlegen, verhängen (über):* RHYTHM. 148,12,2 iuxta modum delictorum parva datur ultio. WALAHFR. carm. 34,12 praemia certa bonis, poena datur miseris. CARM. cod. Vat. (5330) 11,8 pernitię subita extinguens animantia quęque nuncque repentinum, nunc casum dat *sirius* diuturnum. EPIST. Mog. 25 p. 363,16 super illam *(mulierem)* anathematis vincula dabamus. OTTO FRISING. chron. 7,15 capit. p. 32 de . . . anathemate contra imperatorem dato. *al. c. sensu imputandi:* ACTA civ. Wism. B 2733 (a. 1279/80) nunquam civitati . . . dabunt culpam pro eo, quod *eqs.* **c** *impendere, insumere – ver-, aufwenden (auf, für):* EPIST. Alcuin. 183 p. 308,21 qui *(famulus)* fatigium det *eqs.* WETT. Gall. 20 intentionem dare divinae legi. ANNAL. Xant. a. 850 venationi operam -erunt (WIDUK. gest. 1,35 in quibus *[urbibus]* extruendis . . . o. dabant. *saepe*). *al.* **d** *suggerere, inspirare – eingeben:* HRABAN. carm. 23,4 quae *(carmina)* . . . musa . . . lassa -it. epist. 20 p. 426,20 ut, qui mihi iam -it velle et aliquo modo incipere, ipse *(sc. Deus)* donet omnia . . . perficere. VITA Liutb. 4 cui Deus quod in mentem -erat, . . . adimplevit. **B** *philos., math., geom., comput., mus.:* GERB. epist. math. I 1,1,1 dabis unicuique digito decem et omni articulo centum. geom. 6,3 p. 84,9 novenarii latus, id est III, dabo catheto. GUIDO ARET. microl. 8,6 cui *(litterae)* a gravibus diapente contulit *littera*, eidem a superioribus diatessaron dabit. REINHER. PADERB. comput. 2,6 p. 54,4 ut annis Romanis idem demus principium, quod annis Hebraeorum. ALBERT. M. metaph. 5,4,2 p. 273,49 hunc *(sc. calorem vivificum)* -erunt *Peripatetici* soli. *al.* **C** *publ. et eccl. de praebendis:* REGISTR. Prum. 1 quando . . . fenum colligit et curvadas facit, panem et cervisa et carnem eis datur oportuno tempore, alio tempore nichil. CHART. episc. Halb. 112 l. 11 in nataliciis . . . Petri et Pauli . . . detur . . . simila et sex fercula *eqs.* STATUT. ord. Teut. p. 115,6 singuli fratres . . . vic-

tum recipiant datisque seu receptis communiter sint contenti. REGISTR. Geisenf. 7 intra circumcisionem et purificationem dantur ter salsutia domnabus. *persaepe.*

VI *edere, proferre, producere – von sich geben, (aus sich) hervorbringen:* **A** *strictius:* **1** *de hominibus c. sensu generandi:* EPITAPH. var. I 21,2 quem *(praesulem)* Verona -it. AGIUS epic. Hath. 252 Manasse Ephraimque, uterinos mater quos -erat. WALTHARIUS 1009 Argentina ... decimum dant oppida Trogum, extulit undecimum ... urbs Spira Tanastum. *al.* **2** *de rebus corporeis:* WALAHFR. Gall. 1,30 p. 308,7 lacrimas. AGIUS epic. Hath. 172 ut valeant *sata* frugem post dare multiplicem. BERTH. chron. B a. 1077 p. 290,22 terra fructum suum non -erat. ASINARIUS 130 iam -erant teneros membra pudenda *(sc. virginis)* pilos. *al.* **3** *de rebus incorporeis:* CONVERS. Afrae 5 demus lamentum super istam talem culturam *(sc. Veneris).* HUGEB. Willib. 4 p. 100,29 audiebant ... leonem ... mugitum dare. WALAHFR. carm. 25a,4,1 p. 381 splendidam caeli faculam -ere. AGNELL. lib. pont. 137 p. 368,18 dabant *populi* fremitum usque ad caelum. WALTH. SPIR. Christoph. II 1,191 prima ... tetracolon dat Sesquitertia ptongon. *persaepe.* **B** *latius i. q. dicere, (ore) depromere – sprechen, sagen:* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* AMALAR. epist. 6,16 da, fili, quare *eqs.* WALAHFR. Gall. 1,30 p. 308,28 episcopus cum clero huiuscemodi orationem -it: *'eqs.'* WALTHARIUS 448 talia dicta dedit ...: *'eqs.'* EGBERT. fec. rat. 1,364 da pueris, quod cire vocare, ciere movere (gloss.: da pueris, o magister, i. e. dic discipulis istud et aliud). RUODLIEB I 3 qui *(vir)* dominos plures habuisse datur locupletes. RANGER. carm. 88 det *(sc. pastor)*, unde tulit *(sc. anulum et baculum). al.* *c. sensu monendi:* CAND. FULD. Eigil. II 23,3 consilium subeunt, quidam dant more prioris constitui *(sc. claustrum novum).* **b** *exponere, narrare – schildern, darstellen, erzählen:* HRABAN. carm. 2,2,20 licet haec tota non possim carpere scriptis, plurima complexus hic tamen apte -i. WALAHFR. Wett. 412 quae paucis -imus iam somnia verbis, monstramus per verba viri, qui haec ipse videbat. **c** *(ore) offerre – (mündlich) darbringen:* HUGEB. Wynneb. 11 gloriam Deo. WALAHFR. carm. 64,2,4 mens et lingua ... laudem dando personet: *eqs.* FROUM. carm. 31,16 plebs omnis Christo -it odas. CHRON. Thietm. 5,17 inclita letare Mersburg ..., da iubilum Christo. **d** *designare, indicare – nennen, bezeichnen, angeben:* ALDH. ad Acirc. 112 p. 150,15 da differentiam inter arsin et thesin. AGIUS epic. Hath. 256 quem *(Aaron)* -erat primum lex sacra pontificem. CARM. cod. Vat. (5330) 5,2 stella Boetes nunc datur Arctofilax, Arcturus nunc minor inde. LAMB. mus. quadr. p. 256a (vs.) C naturam dat, F b mollem tibi signat. *al.* **2** *publ. et iur. i. q. promulgare, pronuntiare, notificare, edicere – verkünden, bekanntgeben, erlassen:* LEG. Wisig. 12,3,16 post data hec decreta. WALTH. SPIR. Christoph. I 27 data a rege sententia lictoris gladium prona cervice suscepit. THANGM. Bernw. 27 p. 771,11 quibus *(praesulibus ac comitibus)* legationem imperatoris -it. OTTO FRISING. gest. 2,19 p. 121,25sqq. non solum ... edicto dato ... legem -it, ne quis *eqs.* CARM. de Frid. I. imp. 2601 iura dare in populos et eorum solvere causas. *persaepe.*

VII *facere – machen:* **A** *strictius:* **1** *formare, creare – formen, bilden, (er)schaffen:* **a** *in univ.:* WALAHFR. imag. Tetr. 41 miser ipse iubebat haec simulacra dari. AGNELL. lib. pont. 52 p. 314,6 tu -isti, Domine Deus, animam in corpore isto. POETA SAXO 5,169 australem ... dabant Balearica litora finem *(sc. regni). al.* *medial. i. q. nasci – sich bilden:* COMPOS. Matr. 76,3 lavas ferrum et vide, si vessicas dabuntur. **b** *habere – haben:* CARM. de temp. rat. 182 Mars et Maius, Mavors, Iulius, October ... denas septenas dabunt kalendas (*sim.* CARM. de conc. mens. 2,2 Martius cum Maio, cum Octimbre Iulius sexto nonas dant kalendas et septimo decimo). **2** *parare, (per)agere, exsequi – veranstalten, ins Werk setzen, durchführen:* **a** *in univ.:* WALAHFR. Mamm. 26,20 miracula. BRUNO QUERF. ad Heinr. II. p. 103,18 quod *(bellum)* ... rex pro necessitate -it. CONSUET. Vird. 14 dabitur signum campanae ad vesperas. CHART. Bund. 434 p. 318,5 cantare missas et dare penitentias et sepulturas hominibus. CONR. FAB. Gall. 19 p. 50,3 curia in Cremona data. *al.* *expressius i. q. pulsare – läuten:* CONSUET. Vird. 15 dabuntur omnia signa *(i. omnes campanae)* ad vesperas *(cf. p.907,69).* **b** *medial. i. q. evenire, fieri – sich ergeben, sich ereignen (cf. l. 26):* WALAHFR. Blaithm. 166 multa ... pro meritis dantur miracula sanctis. CHART. Traiect. 393 datum est ... litigium inter capitulum ... et burones *(sic).* **c** *in malam partem i. q. perpetrare, committere – verüben, begehen, anrichten:* ANNAL. Fuld. II a. 876 p. 88,31 quos *(sc. fugientes)* Hludowicus persecutus strages non paucas dabat. LAMB. HERSF. Lull. 15 p. 328,29 cedes hominum et depopulationes agrorum non modicas dabant *Saxones.* CHART. Bund. 605 p. 97,27 causari ... de ... homicidiis et feritis et asaltis et predis et iniuriis et dampnis datis. *al.* **3** *efficere – bewirken, (veran)lassen, bringen (zu):* **a** *pendet acc. (nom.: l. 22) c. inf.:* PAUL. DIAC. carm. 19,6 gliscere dat fructus *(sc. Cynthius).* EPITAPH. Har. (MGScript. X p. 15,6) morbida decidit, crescere viva -it (*inde* CARM. Hraban. app. 19,8). CARM. cod. Vat. (5330) 15,4 densas nubes ... dat *Deus* rarescere. OTLOH. doctr. 14 p. 279B qui *(Deus)* ... iudicio iusto -it me semper inesse. CONSTANT. AFRIC. theor. 7,1 p. 30av quod *(temperamentum)* dat intellegi excoctio in venis. *saepe.* *c. sensu adducendi:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 170,25 ei *(falconi)* proferantur huiusmodi *(sc. blandientes)* soni, et datus intendere sonis cessabit ab inquietationibus. *impers. usu intrans. i. q. accidit – es kommt dazu:* TRAD. Frising. 65 p. 92,23 (a. 774) sin ... nostris impetire *(i. impediri, sc. filium)* -ierit delictis, ut sublimare sacerdotalis neglexerit gratibus. **b** *pendet* ut *vel coni. nudus:* POETA SAXO 1,54 fatigabat ... castra ... sitis; sed vis -it omnipotentis ..., ut ... prorumperet unda. EKKEH. IV. bened. I 59,48 da (*antea:* fac; *sc. Deus*; gloss.: ut) feno et lignis sit purgatorius ignis. **4** *c. acc. dupl.:* **a** *in univ. c. sensu reddendi:* AGNELL. lib. pont. 140 p. 369,30 praeparate ... animus pugnae et date robustissima pectora ac ferrea. SYLL. Sangall. 16,12 insita te nobis bonitas ... -it carum. HEINR. AUGUST. planct. 2031sqq. pneuma solet fortes dare iusticiam sicientes ...; datque Dei natos sapientia pacificatos. WILLETR. Sus. 97 in se sperantes qui *(Dominus)* dat cito congratulantes. *al.* *medial. c. nom. dupl. i. q. succedere – vonstatten gehen, sich fügen:* POETA SAXO 3,70 ut coeptis pius annueret *Christus*, quo cuncta darentur prospera. **b** *instituere – einsetzen (als), ernennen (zu):* STEPH. COL. Maurin. 8 (4) Gero, post datus episcopus. HIST. Hirs. app. p. 263,3 Gebehardus ... ad Constantiam episcopus datur. **B** *latius in locut.:* **1** *in univ.:* ARBEO Emm. 46 ut cunctis palam daretur in terris, quibus honoris fulgeretur in caelis. (REGINO) chron. a. 263 (cod. A) cui *(coenobio)* ... Iohannes abbas ... initia -it. DIPL. Otton. III. 38 p. 437,36 ut nullus ... mansiones ibi *(sc. in villis)* dare vel paratas facere ... audeat. CHART. Gosl. II 61 querimonie ... finem damus. *saepe.* **2** *c. acc. subst. motum designantis in periphrasi (aspectus ingressivi) verbi:* BAUDON. Radeg. 19 (MGMer. II p. 391,4) tamquam si ex ore Dei prolatum audisset verbum, -it volatum *nocturna avis.* VITA Sollemn. 7 (MGMer. VII p. 316,16) occursum -it rex ... gloriosum Solemnem. ARBEO Corb. 17 p. 207,10 qui *(coquus)* dum cursum -isset, aquila evolans *eqs.* BRUNO QUERF. Adalb. A 25 p. 31,5 ex inproviso homines parva nave veniunt; dant saltum ad terras *eqs. al.*

VIII *(con)scribere – schreiben:* **A** *gener. c. sensu dirigendi:* FORM. extrav. I 3 datis ad te litteris praesentibus indicamus, ut *eqs.* **B** *publ. i. q. perscribere, conficere – ausstellen, ausfertigen:* **1** *in univ.:* HUGEB. Willib. 4 p. 100,10 rogaverunt illum presem dare illis epistolam *(i. syngraphum) eqs.* CHART. Ital. Ficker 7 p. 10,20 scripsi ego Vitalis notarius ... et post roborationem omnium complevi et -i. DIPL. HEINR. IV. 341 p. 451,29 scripsi ego Hubertus notarius ..., post traditam complevi et -i. DIPL. Loth. III. 58 data *(sc. auctoritas)* per manum ... archicancellarii. *saepius. v. et p.909,6.* *in struct. contam.:* CHART. Eichsf. 436 (a. 1262) in huius ... rei evidentiam presentem ad paginam -imus. **2** *in formula diei ascribendi:* LEG. Burgund. const. I 76 datum V. kalendas Iulias Probo ... consule. DIPL. Ludow. Germ. 2 p. 3,25 data *(sc. auctoritas)* pridie non. Octobr. anno ... XVII. imperii domni Hludouuici *eqs.* CHART. Sangall. A 371 cartulam scripsi, danda in IIII. non.

[Antony]

Apr. *eqs.* DIPL. Karoli III. 3 dat. non. Iul. anno *eqs.* DIPL. Heinr. III. 12 p. 16,18 datum est tercio kal. Ianuarii indictione octava. CHART. episc. Halb. 622 datum prope Harlingheberech in placito anno Domini MCCXXXI. *persaepe.* *adde:* CHRON. Mart. Opp. cont. III (MGScript. XXX p. 712,39; c. 1280) in suis litteris 'datam (-is *var. l.*) Suriani' fecit *papa* apponi.

IX *ponere, constituere – (ein)setzen, (auf)stellen:* **A** *de hominibus:* CAPIT. reg. Franc. 70,3 semetipsum in wadio ... dare. CARM. var. III 46,1,15 ipsa *(sc. Augia)* ... cum gignas ... natos sorte pares ipsis, quos des super astra, patronis. ACTA imp. Böhmer 179 p. 166,16 consules habeant potestatem ... curatores dare et constituere. CHART. Naumb. I 314 p. 297,30 vivorum Deum videntium domni speculatores dati sumus *(sc. episcopus)* et die noctuque super custodiam nostram stare debemus. *al.* **B** *de rebus:* **1** *in univ. (in imag.):* WALTH. SPIR. Christoph. II 6,156 da sub custode loquelas. **2** *sancire, determinare – festsetzen, bestimmen:* WANDALB. martyr. compr. 27 has leges *(sc. quattuor anni temporum)* natura -it. DIPL. Otton. III. 4 p. 398,22 avus noster ... sua preceptione ... -it, ut *eqs.* CHART. scrin. Col. B 397 sententia scabinorum -it, quod *eqs. al.* **3** *sup-, proponere, sumere – (vor)geben, voraussetzen, annehmen:* ANON. geom. I 4,5 dato trigono oxygonio, cuius lateribus numeri quantitate dissimiles sint distributi *eqs.* Ps. BOETH. geom. 115 ad datum punctum datae rectae lineae aequalem rectam lineam collocare. ALBERT. M. anal. pr. 1,1,9 p. 473[a],10 datum fuit, quod nullum B esset A. anal. post. 1,4,3 p. 96[a],13 si detur, quod A ... sit et in C ... et in B. ANON. IV mus. 15 p. 77,10 sit propositus vel datus discantus ... tam ex parte tenoris quam ex parte discantus. *saepe.* dato quod *i. q. (et)si – wenn(gleich), gesetzt daß:* CONST. imp. II 262,6 (a. 1245) dato, quod ... fuerimus *(sc. imperator)* contumaces, non est ista *(sc. papae)* legittima contumacie pena. ELIAS SAL. mus. 30 p. 57[b] dato, quod essent aeque boni cantores quatuor ..., necesse est, quod regant se per unum (*sim.* p. 58[b]). SABA MALASP. chron. 9,3 p. 311,3 dato, quod hec sint vera. 9,25 p. 334,14 dato, quod *eqs.*, et si *eqs.*

X *mittere – schicken, in Bewegung setzen:* **A** *usu communi:* **1** *iacere – schleudern (in imag.):* VITA Emm. 27 tortores ... contumeliosa verba in faciem dare (ei mittere ARBEO) non timebant. **2** *deicere – stürzen:* WALTH. SPIR. Christoph. II 5,50 Nicea ... colla Iovis *(i. effigiei)* laqueo pessum -it. *cf.* pessumdo. **B** *refl. (medial.: l.55; ?intrans.: l.46):* **1** *de anim.:* **a** *se conferre, se proripere – sich begeben, sich aufmachen, sich stürzen:* WETT. Gall. 30 p. 274,21 qui in tale se periculum ... -it. AGNELL. lib. pont. 163 p. 383,22 in latere sinistro puncta percussus -it <se *suppl. ed.*> in lectum *Iohannes.* STEPH. COL. Maurin. 6 (2) tota ... civitas ad spectaculum ... ruit ..., clerus et sanctimonialium se -it chorus. 13 is *(sc. morbo invasus)* ... confortatus fide de lecto se super baculum -it. LAMB. HERSF. annal. a. 1065 p. 97,37 filius ducis Arabum ... in confertissimos suorum cuneos se -it. *al.* **b** *erumpere, converti – ausbrechen (in), übergehen, sich hinwenden (zu):* WILLIB. Bonif. 8 p. 46,28 cum ... antistes ... se in lacrimas -isset. WALAHFR. imag. Tetr. 5 in flores partusque novos ... arbos datur et genus omne animantum. RUD. FULD. Leob. 5 se una cum eis *(sororibus)* in orationem -it *abbatissa.* AGNELL. lib. pont. 129 p. 362,33 se in maximis -it lamentis (*sim.* 157 p. 379,20 in magnis). **2** *de termino i. q. decurrere, trahi – verlaufen, sich hinziehen:* DIPL. Otton. II. 278 p. 324,8 tercius *(finis)* dat se per Alpium latera et fertur per Iubis colla.

XI *locut.* sine suo dando *(usu publ.; opp.* bona fide *sim., ut vid.; ?ellipt. a locut.* verba dare *i. q. decipere, cf. ThLL. V/1. p. 1675,11sqq.) i. q. simpliciter, incessanter, sine fraude, simulatione, ambagibus – rückhaltlos, ohne nachzulassen, ohne arge List, Täuschung(smanöver), Ausflüchte:* CHART. Traiect. 574,10 (a. 1206) dominus Willehelmus debet ... reddere feodum suum et guerpire ad opus domini comitis de Los ad eum bona fide adheredandum sine suo dando (*inde* HONOR. III. registr. 21 p. 18,17). 574,13 debet illuc *(sc. in Angliam)* ire et bona fide laborare ad hoc, ut eam *(neptem suam)* rehabeat, sine suo dando (op. cit. p. 18,41 dampno). 574,18 pro posse ... suo sine suo dando (op. cit. p. 19,34 dampno) ponet comes de Los ostagium ducem Lovaniensem, quod *eqs.* CHART. Pruss. I 218[a] p. 164,41 fratres ... promiserunt, quod, si qui ex dictis neophitis in expedicionibus ipsorum fratrum a paganis ... fuerint captivati, ipsi fratres sine suo dando ad liberationem illorum fideliter laborabunt. 218[b] p. 164,36 nos sine nostro dando ad liberacionem ipsorum laborabimus bona fide.

subst. **1. dans,** dantis *m.* *dator, donator, largitor – Geber, Schenker, Spender:* LEX Saxon. 47 dos ad -em ... revertatur. BRUNO QUERF. fratr. 13 p. 60,3 latrones decem libras, quas -em seniorem Bolizlaum dedisse noverunt, auferre ... spiravere. DIPL. Frid. I. 192 p. 321,43 equale meritum credimus fore -is et corroborantis. *al.* *Antony*

2. data, -ae *f.: v. s. v.* datum.

3. datum, -i *n.: v. p. 29,63sqq.*

***doana** *vel* ***duana,** -ae *f.* (*pers.-arab.* dīwān; *v. Lokotsch, Etym. Wb. d. Wörter orient. Urspr. nr. 526; cf. ital.* do[g]ana) *script.:* doha-: *l.25.28. adde* DIPL. Constantiae 22 p. 73,31 *(var. l.). al.* duha-: *l.42.* *?form.* -um, -i *n.: l.42.*

procuratio vectigalium – Zollverwaltung, -amt, -behörde (t. t. administrationis in regno Siciliae; cf. LexMA. III. p. 1135sqq. 1423sqq. IV. p. 465sqq.): **1** *proprie:* ACTA imp. Böhmer 197 (a. 1195) vectigalia thermarum, sicut in ... duanarum quaternionibus continetur. DIPL. Constantiae 7 per magistros ... doane nostre. *al.* DIPL. Frid. II. 48 sine aliqua exactione curie seu doane (dohane *var. l.*) nostre. ACTA imp. Winkelm. I 218 p. 202,7 ut de proventibus ... nichil ab ipsis *(fratribus)* ratione portatici ... et iuris doanarum aut portuum ... exigatur. CONST. Melf. 1,37 per ˻doane (duane, dohanarum *var. l.*) de secretis˼ (doanerios secretos *V1*) et questorum magistrum. RYCCARD. chron. a. 1231 p. 176,2 ferrum et es emi non nisi a doana imperiali mandantur. SABA MALASP. chron. 6,4 p. 246,8 preter iura fundicaria et duane. *saepe. v. et l.63.* **2** *meton.:* **a** *de sede doanae i. q. teloneum – Zollhaus, -stelle:* DIPL. Constantiae 62 p. 195,7 ut in doana nostra decime ... portuum computentur portulanis et baiulis. RYCCARD. chron. a. 1220 p. 90[a],31 (statut. imp.) exigi consueverunt *(sc. redditus)* ... in portubus, duanis et aliis locis. **b** *de iure ad doanam spectante i. q. vectigal, portorium – Zoll(gebühr, -abgabe):* RYCCARD. chron. a. 1220 p. 90[a],9 (statut. imp.) evacuamus ... portum novum, duanam. GREG. IX. registr. 394 p. 312,32 consuetudines ... in duana salis ... confirmamus. CONST. Melf. 1,62,2 p. 230,19 doanam (duanam, doanas, duhana *var. l.*) ... tam terre quam maris ... et alia ... iura ... curie nostre nostrorum fidelium fidei committere poterint *magistri camerarii.* ACTA imp. Winkelm. I 505 quod cives mercatores ... civitatis Firmane ... nullum ... pedagii, fundici et doane vel exaccionis alterius ius alicui ... solvere teneantur. *al. v. et vol. II. p. 957,61.*

***doanaticum,** -i *n.* *vectigal, portorium (ad doanam spectans) – Zoll(gebühr, -abgabe):* ACTA imp. Winkelm. I 330 p. 294,1 (a. 1232) de pedagio, passagio, plateatico et -o ... et omni alio exactionis genere.

***doanerius** *vel* ***duanerius,** -i *m.* (*cf. ital.* doganiere) *script.:* doha-: *l.61.71. al.* -arius: *l.64.66.71.*

qui doanae vectigalia ac tributa exigit vel recipit, telonarius – Zollverwalter, Zöllner: ACTA imp. Böhmer 197 (a. 1195) precipimus vobis universis du-is imperialis palatii nostri Panormi ..., quatenus *eqs.* ACTA imp. Winkelm. I 228 p. 211,14 pro quibus *(rebus)* curia nostra singulis annis do-is et portulanis excomputat ad pondus ipsius terre tarenos centum viginti. 758 magistro iusticiario, iusticiariis, ... doh-is, portulanis. ALEX. IV. registr. 358 cum ... predecessor noster mille et quingentas uncias auri de proventibus doanarum ... annuatim per doanarios seu eorundem proventuum collectores ... concesserit ..., ita quod tercia pars ... tibi *(sc. regni Siciliae senescalco)* annis singulis a doanariis et collectoribus ipsis ... persolvatur. *al. v. et l.29.71.72.*

let denti -o. 6,305 caulis . . . inflat . . . et facit -um corpus. animal. 10,12 si . . . matrix -a fuerit et corpus ipsa mulier languens et -um habeat. GUTOLF. Delic. p. 19,26 sanctimonialis . . . caput martiris suo -o subponit capiti. **b** *dolorem efficiens, parans – schmerzhaft, Schmerz bereitend:* Ps. GALEN. puls. 135 (cod. Vr) urina tenuis . . . frenesim paracopem, id est ⌊-am significat sive cardiatiam⌋ (delerosos sive cardiacos significat *cod. S 7*). GLOSS. Roger. I A 2,3 p. 591,26 ligatio extremitatum fortis et -a valet in squinantia. ALBERT. M. veget. 3,90 removet *dulce* impedimentum congelationis linguae . . . absque obviatione laboriosa vel -a. animal. 1,124 ligamentum . . . ossium . . . si sensum haberet, . . . faceret -um et indelectabilem motum animalium. 3,133 quando . . . tela . . . percutitur ictu -o, non sentit. *ibid. al.* **2** *spirit.:* **a** *maerore repletus – leiderfüllt, schmerzensreich:* **α** *patiens – leidend:* ALBERT. STAD. Troil. 1,793 fiat ut inde praedo *(i. Paris)* -us, unde dolosus erat. VITA Mariae rhythm. 5979 o fili amorose, mori tue tribue matri -e. **β** *flebilis – klagend:* VITA Mariae rhythm. 5357 planctu miserabili cum verbis -is dicebat: *'eqs.'* 6000 simul omnes -um et amarum planctum fecerunt super . . . Iesu corpus . . . sanctum. ALBERT. M. animal. 8,72 quidam homines iuxta mare voces -as huius modi audierunt avium *(sc. cycnorum).* **b** *maerorem afferens, tristis – Leid (mit sich) bringend, traurig:* EPIST. Praed. 39 vobis *(sc. cardinalibus)* . . . negotium recommendamus sedentis in tristicia ⌊domine gentium⌋ *(i. sedis apostolicae)* et -a sue viduitatis tempora deplorantis. SALIMB. chron. p. 411,1 alia narratio -a. p. 534,1 -a narratio dominarum de Pisis pro morte karorum suorum. **c** *de (Christi) passione admonens – an (Christi) Leiden erinnernd, 'Schmerzens-':* CHRON. Erf. mod. II a. 1267 p. 258,21 ad portas -as *(sc. venitur)*, ubi Dominus intravit manibus ligatis nocte passionis.

adv. ***dolorose.** **1** *maeste, amare – schmerzerfüllt, betrübt, bitterlich:* VITA Mariae rhythm. 5636 Martha . . . -e flens lamentabatur, quod Iesus . . . sic cruciabatur. URBAN. IV. registr. 553 p. 535,22 multotiens -e suspirat et lacrimatur amare apostolica sedes. **2** *acerbe, dure – schmerzlich, hart:* EPIST. Praed. 20,2 quod tanto -ius tetigit corda fratrum, quanto *eqs.* SABA MALASP. chron. 6,9 p. 258,17 rex -e filii torquetur in obitu.

dolos *v.* dolor. **dolose** *v.* dolosus.

dolositas, -atis *f.* *falsitas, versutia, fraudulentia, malitia – Falschheit, Verschlagenheit, Hinterlistigkeit, Heimtücke:* **1** *in univ.:* ORD. iud. Dei B VIII 6[c] p. 660,24 ut . . . separes *(sc. Deus)* ab . . . homine . . . -em fraudulentam. TRANSL. Eug. Tolet. 33,14 quo mereamur . . . eripi de antiqui hostis subtili -e. CONST. imp. I 413,2 que *(barbarae nationes)* regnum nostrum . . . proditorum nostrorum -e intraverant. VITA Norb. II 41 p. 1285[B] qui *(sc. diabolus)* . . . dispersa morti tradere multiformi -e et multimoda calliditate laboraret. CHART. episc. Misn. 63 (epist. papae) illi, qui tergiversatione ac -e laborant, condigna debent animadversione puniri. HEINR. LETT. chron. 13,1 ne qua Letthonum subtilitas vel Ruthenorum ficta -s eos *(peregrinos)* . . . defraudaret. *saepe.* *in formulis chartarum:* CAPIT. reg. Franc. 245 absque -e aut deceptione . . . illi *(Karolo)* sincerus auxiliator . . . ero *(sc. Hludowicus).* CHART. episc. Spir. 110 (dipl. Heinr. VI.) ut . . . hęc nostra donacio rata permaneat nec alicuius -e cavilletur. CHART. Worm. 117 ne . . . huic facto -s adversantium possit contraire. CHART. Francof. 70 quoniam tum processu temporis, tum eciam fraudulentorum quorundam -e facta . . . sepius solent inmutari. *al.* *usu plur. i. q. fallaciae, machinamenta – Ränke, Machenschaften:* LIBRI Karol. 2,3 p. 242,21 propter -es (-is *var. l.*) . . . eorum *(impiorum)* adposita eis in superioribus dixerat *(sc. scriptura)* mala. ALBERT. AQUENS. hist. 3,47 Turci . . . -es suas . . . populum Ihesu Christi praecavere videntes . . . invigilabant perditioni peregrinorum. HILDEG. vit. mer. 4,1099 quia plurimas adversitates -um in se collegerant *(sc. animae impiorum)*, a . . . vermibus torquebantur. *al.* **2** *infidelitas, perfidia – Treulosigkeit, Wortbrüchigkeit:* ADALB. MAGD. chron. a. 963 p. 172,34 Iohannes papa promissiones imperatori factas oblivioni tradens ab eo deficit . . .; quas -is (-es *var. l.*) eius fraudes imperator audiens *eqs.* CONST. imp. I 99 p. 148,16 cum . . . illis *(sc. familiaribus regi adversantibus)* apostolica et canonica capitula obicerentur, illi tamen in -e sua et pertinacia permanebant. **3** *(dis)simulatio – Verstellung, Unaufrichtigkeit:* IONAS BOB. Columb. 2,12 p. 261,27 sodales . . . vocat *Gibitrudis*, adversum quas motus *(sic)* animos deportarat, veniamque deposcit, ne de tacita -e damna incurrat vitae aeternae. CAES. HEIST. mirac. II 1,14 p. 35,16 ubi *(sc. in villa Polizdorf)* ⌊peccatum -is sue⌋ *(i. caecitatem simulatoriam)* luit *Hermannus*.

dolosus, -a, -um. *compar.* -ozius: CHART. Steinf. 39. **1** *de hominibus eorumve membris vel animis i. q. versutus, fraudulentus, insidiosus – verschlagen, hinterlistig, ränkevoll (de diabolo: l.13):* **a** *in univ.:* HRABAN. cruc. 2,21 p. 286[A] quod . . . ⌊fur -issimus⌋ *(i. diabolus)* sibi dominatum in alieno opere usurpaverat. VITA Corb. 24 mulier -a (invida ARBEO Corb. 29) quendam . . . principis sobolem quibusdam inlusionibus daemonum adserens esse commotum. THIETM. chron. 7,47 ut, qui per vim numquam capi potuit, -i saltim retibus ingenii vinceretur. MANEG. ad Gebeh. 4 p. 318,5 ut . . . legentibus tanto reprehensibilior, quanto -ior innoteas. COSMAS chron. 1,34 p. 60,21 dux Poloniensis Mesco, quo non fuit alter -ior homo, . . . urbem Kracov abstulit dolo. ARCHIPOETA 16,6 quamvis exosa mihi sit gens illa *(sc. Salerni)* -a. *saepe.* *adde:* CARM. Bur. 9*,8,1 nostris temporibus emersit -a novitas *(i. fratres minores).* *usu subst.:* RICHER. REM. hist. 4,26 vos *(sc. cives)* . . . aut suffecti doli falsam opinionem cum -o subibitis aut *eqs.* THIETM. chron. 5,10 -us ille *(sc. Bolizlavus)* legatum obviam misit, qui se protestaretur cum gratia Heinrici ducis . . . haec incepisse. YSENGRIMUS 5,809 non bene conveniunt stultus simul atque -us. 5,811 dum cadit in laqueum stultus ducente -o *eqs.* **b** *de lingua vel labiis i. q. mendax, falsus – verlogen, falsch:* RUOTG. Brun. 17 nec labiis -is cuiquam occasionem prebens aut dissimulare, quod vellet, aut simulare, quod nollet. WIPO prov. 80 lingua -a semper est odiosa. HILDEB. epist. (MG Lib. Lit. II p. 672,22) satius . . . erit tibi, lingua -a, iugi silentio contorpere quam viri sancti conscientiam . . . accusare. CARM. Bur. 117,1,1 lingua mendax et -a . . ., que me dicit deceptorem. *al.* **2** *de animalibus i. q. callidus, astutus – listig, schlau, gerissen:* WANDALB. mens. 243 hoc *(mense)* . . . vinetis custodes ponere tempus, qui . . . valeant . . . laqueo et nodis vulpes prensare -as. *in imag. et alleg.:* HROTSV. gest. 752 sunt qui decepti serpentis fraude -i *(seq. lacuna).* THIETM. chron. 7,21 ille *(abbas)*, monachus habitu, sed -a vulpis in actu et ob hoc amatus a domino, rediit. HUMB. Sim. 2,23 p. 167,20 Samson . . . ab ovili ecclesiae suae . . . -as et immundas vulpes hereseon venatus separavit. **3** *de rebus:* **a** *corporeis:* **α** *perniciosus – verderblich:* WALAHFR. hort. 205 si quando infensae . . . venena novercae potibus inmiscent dapibusve aconita -is tristia confundunt. **β** *fallax, infidus – trügerisch, unzuverlässig:* BERNH. CONST. can. 38 p. 508,3 occultante . . . flammam sub -o cinere Adalgiso imperator nihil ex versuti ducis parte metuens exercitum dimisit. **γ** *dolo impetratus – durch List erwirkt, erschlichen:* HROTSV. Bas. 254 de summo cecidit scriptura -a *(sc. deditionis in manus diaboli)* ante pedes sancti . . . pastoris. **b** *incorporeis:* **α** *subdolus, malitiosus – hinterhältig, heimtückisch:* POETA SAXO 3,151 Saxonum periere *legiones* -is insidiis captae Wisure prope litora. HROTSV. Theoph. 251 nonne David . . . non timet insidiis circumveniendo -is insontem vita fraudare virum? BERTH. chron. B a. 1075 p. 225,5 Thoringi comperto iam dudum hoc invasionis tam -e consilio . . . occurrere regi deliberabant. SIGEB. GEMBL. apol. 2 (MG Lib. Lit. II p. 438,9) quid . . . aliud . . . opificum officinae iam ubique personant quam . . . -as in ordinatam a Deo potestatem machinationes. *al.* **β** *improbus – unredlich, betrügerisch:* BERTH. chron. B a. 1077 p. 258,22 nescio quos . . . -os, simulatorios pollicitationum amfractus suspicioso . . . exploratu . . . notaverant *interventores.* MANEG. ad Gebeh. 1 p. 314,42 -is assercionibus tuis divinis auctoritatibus evacuatis *eqs.* VOLQUIN. serm. 279 (StudMediev. III/3. 1962. p. 330) qui *(inquieti)* ad instar piscis 'perambulant semitas maris', id est subtiliores et -iores negotiationes mundi huius. STATUT. ord. Teut. p. 31,5 statuimus observandum, ut fratres in suis causis . . . ab aliis conventi non -a vel capciosa querant subterfugia. *al.* **γ** *falsatus, adulteratus –*

[Wellhausen]

verfälscht, manipuliert: HRABAN. hom. I 44 p. 82C ipse Christus in illo habitat, qui stateras -as et mensuras duplices velut gladium diaboli pertimescit *(cf. e. g. Vulg. prov. 20,23).* CONC. Karol. A 50D,51 p. 644,7 quidam ... stateras minores atque -as in mutuando atque vendendo maioresque in recipiendo habentes. p. 645,5 consuetudo inaequalium modiorum et iniustorum sestariorum atque ponderum -orum necesse est ut ... ocius corrigatur. *al.* **δ** *praetextus, simulatus – vorgeschützt, erheuchelt:* EPIST. Camer. (MG Lib. Lit. III p. 575,29) sub praetextu religionis et -a imagine sanctitatis quaerunt *(sc. inimici catholicae religionis)* pervertere *(sc. sacramenta).* LEO MARS. chron. 2,66 (rec. II) huius tante iniurie *(sc. sublationis equi)* Arduinus -a patientia ... aptum retributionis tempus expectans *eqs.*

adv. **dolose** (-ę: *l. 38*). *versute, simulate – auf (hinter-, arg)listige, heuchlerische Weise:* **1** *in univ.:* CAPIT. reg. Franc. 197 p. 53,39 ne ... interius aliquid tegeret *Lodewicus* aut in conspectu Dei quippiam -e a g e r e t (ANNAL. Altah. a. 1038 p. 22,20. *al.*). CONC. Karol. B I 11,14 si quis contra regiam dignitatem -e ac callide ac pernitiose satagere comprobatus fuerit. RICHER. REM. hist. 2,59 p. 141,11 in eius *(episcopi)* mortem venenum parare meditatur *medicus* multam -e benivolentiam simulans. CHRON. Thietm. 5,21 egressi sunt *urbani* -e quasi ad colloquium, sed revera ad explorandum. DIPL. Frid. I. 351 p. 191,30 summota omni simulatione fraudis, qua in prima deditione -e nos circumvenerant *Mediolanenses. saepe.* **2** *malitiose, insidiose – auf heimtückische Weise, hinterrücks:* PRUD. TREC. annal. a. 850 Guilhelmus ... comites dolo capit; sed ipse -ius captus et ... interfectus est. THIETM. chron. 4,5 Ricdagus ... civitatis custos ... ab hiis *(habitatoribus)* -e occiditur. ANNAL. Quedl. a. 1016 Wigman comes ... insidiis pessimorum in itinere -e peremptus occubuit. BERTH. chron. B a. 1077 p. 312,5 Dei tyronem ... per insidias -e quinque simul lanceis perfossum interfecerunt *quidam Mediolanenses.* **3** *improbe, fraudulenter – auf unredliche, betrügerische Weise:* LEG. Wisig. 7,5,7 quicumque aliquem -e aut fraudulenter in quocumque decipiat. LEX Saxon. 39 qui alteri -e per sacramentum res proprias tollere vult. TRAD. Frising. 275 Kyppo -ę delevit hoc cambium. CAPIT. reg. Franc. 62,27 ut nullus conparationem faciat cum paupere -e nisi per iusticia. DIPL. Frid. I. 31 p. 54,12 venditiones feudorum ... -e et contra decreta ... imperatorum ad detrimentum ecclesie factas ... cassamus. CHART. Traiect. 309 p. 284,31 (dipl. Heinr. V.) quicumque ... de hoc convictus fuerit, quod iustum theloneum -e detulerit, tria talenta ... solvat. *al.* **4** *perfide – in verräterischer Absicht:* SABA MALASP. chron. 2,21 p. 157,19 futuri casus premeditatione perterriti tractatum per nuncios ... cum apostolica sede -ius ineunt *comites.*

dolsa, -ae *f.* *de parte plantae i. q. siliqua, nucleus – Schote, Zehe:* FRAGM. mul. II 6 ad concipiendam rem probatissimam: ... de milmorbia -as III, ruta agreste cocl. III (*item* III 6). PS. HIPPOCR. phleb. 140 capita de alio VII, qui faciunt -as CXXVII, ... coquatur in unum cum vino vetere.

dolubra *v.* dolabra.

1. dolus, -i *m.* **1** *proprie i. q. machinatio, falsitas, fraus – (Hinter-, Arg-)List, Falschheit, Betrug (usu plur. i. q. fallaciae, machinamenta – Ränke, Machenschaften):* **a** *in univ.:* **α** *usu communi:* LEG. Wisig. 2,1,22 quod si -o aut calliditate aliqua ... videtur iudex differre negotium. WETT. Gall. 12 iterum innovatur -us hostis antiqui. CAND. FULD. Eigil. I 20 nullum zeli vel livoris -o persequebatur. THIETM. chron. 7,2 p. 400,14 omne, quod ibi *(sc. in Romania)* hospites exigunt, venale est, et hoc cum -o. EPIST. Reinh. 23tit. S. *(sc. Sindold)* ... secundum nominis interpretationem sine -o *eqs.* OTTO FRISING. gest. 1,3 virtute, -o, arte ignavi populi victor existens *Robertus.* ALBERT. M. summ. theol. II 18,120,2 p. 384b,14 si in acquirendo *(sc. fit avaritia)*, aut est in machinatione cordis aut in machinatione oris; si cordis, est '-us' sive 'proditio'. *persaepe. v. et p.934,21.25.* *usu plur.:* WALAHFR. Mamm. 18,28 nunc arbitror *(sc. praeses)* ... nos magicos superare -os. carm. 5,28 promissa ad rura vocavit *(sc. Dominus)* post latebras odiique -os et proelia David. WALTH. SPIR. Christoph. II 1,69 reparavit multa Silenus: ... Martis furta, -os Vulcani, iurgia Phoebi. BERTH. chron. B a. 1079 p. 348,14 quamvis ... se ... solitis ... fallaciis et -is delusos esse persensissent *Saxones.* AMARC. serm. 2,544 officium ... tibi *(sc. discordiae)* ... suadere -os, convicia, sediciones. OTTO FRISING. gest. 1,34 p. 53,21 quod *(castrum)* dum nulla capere vi prevalerent *duces*, ad -os et ingenia se vertunt. *persaepe.* **β** *in formulis chartarum:* CAPIT. reg. Franc. 6 p. 14,36 iurant partes ... se omnia absque ullo -o m a l o vel fraudis ingenio inviolabiliter servaturos (LEX Thuring. 52. *al.*). FORM. Wisig. 1 vi -oque secluso (24. 33). CHART. Solod. I 265 p. 151,14 (a. 1208) maledicto se noverit traditum, qui hec aliquo -o vel machinatione infringere temptaverit. CHART. civ. Halb. 25 p. 34,14 quod *(argentum)* sine -o suum *(sc. maioris advocati)* fuerit. CHART. Brixin. 104 p. 112,3 omni remota fraude et -o. CHART. Salem. 479 p. 74,9 quod sine omni exceptione, -o, cavillatione et fraude fecerunt *fratres. persaepe.* *per prosop.:* CHART. Basil. C I 388 p. 291,24 (a. 1260) in hoc statuto -us absit penitus cum sorore fraude. *usu plur.:* CHART. Rhen. med. I 107 (epist. papae c. 867) ut nullus episcoporum ... prę̨sumat de redditibus ... monasteriorum ... minuere nec -os nec inmissiones aliquas facere. CHART. Babenb. 262 p. 91,41 quoniam ... multiplicatis undique -is hominum habundans etiam necessaria est cautela *eqs.* CHART. march. Misn. III 451 quia presens etas -os cudit in gestis hominum *eqs.* CHART. Salem. 443 p. 25,6 future litis actioni et -is renunciatur, cum acta res memorie litterarum conmendatur. *al.* **b** *c. colore quodam:* **α** *malitia, insidiae – Heimtükke, Hinterhalt:* LEG. Wisig. 6,1,2 p. 249,15 si, ... qui tormentis subditur, mortuus fuerit ex malitia iudicis vel alico -o. WIDUK. gest. 2,20 barbari ... Geronem ... cum -o perimere cogitant; ipse -um -o preoccupans *eqs.* THIETM. chron. 7,57 Bolizlavi milites magnam Bawariorum catervam -o circumvenientes incautam occidunt. VITA Heinr. IV. 7 p. 25,13 minister -i sursum in nocte scandens desuper observabat, dum imperator staret ... in loco, quo consueverat. OTTO FRISING. gest. 1,20 p. 33,30 fugae presidium non invenit *dux*; -um itaque cognoscens ad divinae ... gratiae se vertit adiutorium. *saepe. v. et p.935,28.* *per prosop.:* LAMB. LEOD. Matth. I 1676 -us in foveam, quam fecerit, incidet. **β** *versutia, astutia – Verschlagenheit, Gerissenheit:* ANNAL. Fuld. Ratisb. a. 884 p. 111,24 Zwentibaldus ..., plenum -i et astutiae cerebrum, ... ad hoc vindicare proficiscitur. THIETM. chron. 3,22 qui *(Danai)* ... -o omnes semper vicerant naciones. OTTO FRISING. gest. 1,33 p. 52,10 frustra exploratores, qui aut -o aut pigricia tardabant, expectans *dux.* 2,31 paulisper deliberantes in -o responderunt *(sc. missi Romani)* se prius ea, quae audierant, concivibus suis referre ... velle. *al.* **γ** *simulatio – Verstellung, Heuchelei:* IDUNG. PRUF. dial. 3,262 -us ... est, quando aliud est in ore et aliud in corde. **δ** *opinio, fictio, species – Einbildung, Trug, Schein:* ALBERT. M. Iob 31,5 concupiscentia urget in -o, quia amantes -is se consueverunt decipere. **2** *meton.:* **a** *agitatio malitiosa, inceptum, consilium subdolum – schlimmes Treiben, Vorhaben, heimtückischer Plan:* **α** *gener.:* ARBEO Corb. 11 quomodo a -o *(sc. suspensionis)* ministris deposcebatur *(sc. latro)*, et his negantibus sub qua merore decedisset, exponans. HROTSV. Pel. 101 -o *(sc. debellationis Galliciorum)* cunctis ... retecto affatur *(sc. rex sacrilegus)* proceres ... heriles. 114. WIDUK. gest. 1,22 p. 32,32 (rec. A) que *(insidiae)* ... ab aurifice torquem auream ad usus -i fabricante deteguntur. THIETM. chron. 2,5 Dudo ... ad nostrates properavit locisque ... abditis -oque idoneis occultavit. **β** *t. t. iur.* -us nocturnus *i. q. incursus, impetus nocturnus – nächtlicher Anschlag, Überfall, 'Nachtschach' (de re v. Dt. Rechtswb. IX. p. 1298sq.):* CHART. Babenb. 163 p. 213,9 (a. 1208) ut ... omnia iudicia tam de -is nocturnis, sive haimsůch sive schach dicantur, quam de violentiis raptuum ... coram ... ecclesie <abbate dif>finitive ... ventilentur. *al.* CHART. Austr. sup. I 386a p. 565,11 nocturnos -os in personis suis et prediis officiales ecclesie iuditiali ordine exequantur. II 215 p. 210,23 ipse abbas ... iudicet omnia secularia ..., sive sint iudicia de -is nocturnis sive heimsuch sive schach. **b** *temptatio – Versuchung:* EKKEH. IV. pict. Sangall. 60 temptantur *(sc. Gallus sociique)* nudis mulierum

[Wellhausen]

scęmate larvis; ⌞hic -us⌟ (Hic satan [vel Hoc opus] *B*) invicti certaminis est Benedicti. **c** *mendacium – Lüge:* ALBERT. M. Iob 13,7 -um loquitur, qui contra veritatem loquens alicui blanditur. **d** *praetextus (dolosus) – (listiger) Vorwand:* THIETM. chron. 4,1 huic consilio maxima pars procerum hoc -o consensit, quod *eqs.*

2. dolus, -i *m.* *dolor, maeror, luctus – Schmerz, Leid, Trauer:* RHYTHM. 63,6,1 morte *(sc. Alexandri)* -us magnus luctusque miserabilis. CHRON. Salern. 29 p. 33,2 quam longinquo fuerat *Grimoald* dignissimus evo, de quo tantus erit tempus in omne -us *(ed.,* -um *V,* dolor *edd. priores).* *in locut.:* CHRON. Fred. cont. 2 p. 169,6 Bodilo . . . una cum regina eius praegnante . . ., quod dici -us (dolor LIBER hist. Franc. 45 p. 318,18) est, interfecit *(sc. regem).* 53 rex Pippinus . . ., ut -us est ad dicendum, ultimum diem et vitam simul caruit. *cf.* dolor. *Wellhausen*

dom *v.* dum.

1. doma, -atis *n.* (δῶμα) *script.* docm(a): *l.22.* *form. acc. sg. f.* domam: *l.48.*

I *strictius:* **A** *proprie i. q. tectum – Dach:* GLOSS. psalt. Lunaelac. 128,5 qui *(Iudaei)* sunt sine fructu quasi faenum -um. 128,8 metentibus . . . doc-um *(sc. fenum)* nemo benedicit. FORMA mon. Sangall. 17,1 hic sine -bus paradisi plana parantur. GERH. AUGUST. Udalr. 1,25 l. 25 ut . . . eadem *(sc. parentum)* corpora in illam *(ecclesiam)* includerent *(sc. nepotes),* ne ultra a pluviis -um infunderentur. AMARC. serm. 3,14 sepe . . . ducantur nostrum sub -a carentes pastu. LEO MARS. chron. 3,28 p. 397,1 plumbeis . . . -bus illam *(basilicam)* totam . . . decenter operiens *(sc. Desiderius). al.* *cooperculum, ciborium – Überdachung, Ziborium:* CAND. FULD. Eigil. II 24,19 tumuli sub -e condunt *(sc. fratres cadaver).* **B** *meton.:* **1** *solarium, cenaculum (eminens) – Söller, Dachgeschoß, (herausragendes) Stockwerk:* **a** *in univ.:* SUMM. Heinr. B 5,102 -ta: sal vel ufhusi, quae latine meniana vel solaria . . . dicuntur. LEO MARS. chron. 3,10 p. 372,10 ut et contiguo viderentur omnes *(officinae)* -e coopertae et egressus unius ingressui connexus esset alterius. CHRON. Sigeb. auct. a. 1153 (MGScript. VI p. 396,33) artatus angustiis platearum, maceriis cinctus et superimminentibus tectorum -bus et . . . turba circumventus opprimitur *cuneus.* MENKO chron. 37 p. 388,8 iuxta turrim in superiori -e in trunco sunt reclusi *milites.* *spectat ad parietem:* ARNOLD. RATISB. Emm. 2 p. 1081^{C} -e et tecto per fissuram seiuncto fur . . . exivit. **b** *porticus – Vorhalle, Galerie:* GLOSS. I 414,23 St.-S. -um: obaso. 416,43 -um: umpihuso, opasono. **2** *domus – Haus:* **a** *in univ.:* WALAHFR. Wett. 932 adveniunt fratres sistuntque in -e multi. HRABAN. carm. 11,2 salutatum -ta patris adi *(sc. charta).* UNIBOS 24,4 massam videt *praepositus* argenteam, fumosam dum lustrat -am *(edd.,* domum *cod.).* EPIST. Teg. II 151 locus -is vestri *(sc. abbatis)* Ratispone omnino vobis ad hospitandum incongruus est. ALBERT. STAD. Troil. 3,824 ut . . . pugnantes redeant, -ta grata petant. *al.* *de sepulcro:* HRABAN. epitaph. 1 (MGPoet. II p. 117) ingrediens, lector, perparvi -is antrum, cerne legens titulum *eqs.* **b** *stabulum – Stall:* ALBERT. M. pol. 7,9^{e} p. 692^{b},44 multa habentes *(sc. communes habitationes)* -ta ad equos et ad alia animalia stabulanda *eqs. v. et p.938,38.* **c** *cavea – Käfig:* RUODLIEB XI (IX) 2 cum per aperturas in -e quis sibi *(pullis)* micas prebet *eqs.* 9 -a sua sponte certatim mox subierunt *pulli.*

II *latius:* **A** *mansio, cortis – Hof(stelle), Gehöft:* DIPL. Heinr. III. 212 cum omnibus appenditiis iure ad eosdem *(sc. regales)* mansos pertinentibus, id est -bus, agris, silvis *eqs.* VITA Bonif. III 28 matrona quedam . . . in proprio -e sancto Bonifatio . . . hospicium prebuit (*cf.* VITA Pirmin. I 9 p. 29,21 in suo proprio praedio). CHART. Heinr. Leon. 4 p. 6,24 cum agris, cum domibus, cum -bus, cum pascuis *eqs.* CHART. Sangall. A 850 domum cum -e . . . contradidit *Gerungus.* REGISTR. Patav. I p. 71,13 de -bus Ratispone sitis solvuntur XII solidi. *al.* **B** *dominium – Grund(besitz), Land:* DIPL. Heinr. II. 533 (spur. s. XI.$^{med.}$) princeps Dagobertus . . . monasterium in p r o p r i o -e construxit (DIPL. Karoli M. 293 p. 437,21 [spur.]. CHRON. Ottenb. p. 611,37 in -e p. *al.*). Ps. ADALB. BAMB. Heinr. 1,6 episcopatum Babenbergensem ex integro in s u o -e fundavit (ANNAL. Reichersb. a. 1004 p. 445,15). HERBORD. Ott. 1,17 p. 16,17 secunda *(cellula)* est in loco Babenbergensi in -e (monte *var. l.*) sancti Michahelis sita.

2. doma *v.* dogma.

[3. doma *v.* cardamum. *adde ad vol. II. p. 272,63sqq.:* GLOSS. III 583,7 St.-S. doma: gressi *(cf. notam ed.).* *per confusionem i. q. pentaphyllon – Gänsefingerkraut:* GLOSS. III 585,3 St.-S. doma: grensich *(cf. W. F. Daems, Nomina simplicium medicinarum. 1993. nr. 402*).*]

domabilis, -e. **1** *qui domari potest – zähmbar:* ALBERT. M. animal. 2,49 'hoc *(sc. Indicum)* animal' . . . 'est agreste', vix -e, 'comedens homines'. *translate i. q. superabilis – überwindbar:* MARB. RED. lap. 1,6 cuius *(adamantis)* durities solidissima cedere nescit, ferrum contemnens nulloque -is igne. **2** *mansuetus – zahm (alleg.):* RUP. TUIT. trin. 29,530 malunt *onagri (i. Iudaei)* . . . fame et siti perire quam -i cervice ad praesepia Christi venire.

***domalis,** -e. (domare) *mansuetus, domitus – zahm, abgerichtet, dressiert (de re v. A.-M. Bautier, BullPhilHist. Année 1976. p. 217):* CHART. Sangall. A 191 (a. 808) trado ad monasterium, quicquid . . . reliquerim, id est caballis -bus cum cetero troppo, caballis cunctis.

***doman(n)ium** *v.* *demanium.

***domatio,** -onis *f.* (domare) **1** *domitus – Zähmung, Dressur:* IORDAN. RUFF. equ. p. 4,12 videndum est de captione et -e eiusdem *(equi).* *translate i. q. coercitio, moderatio – Bezwingung, Mäßigung:* ALBERT. M. bon. 197 p. 121,85 temperantia domat carnem per modum naturae, ratio autem domat per modum imperii et artis, et ideo -o temperantiae certior est. sent. 4,17 p. 667^{b},27 licet valeat *poena* ad petulantiae -em. **2** *domesticitas – Zahmheit:* ALBERT. M. animal. 1,44 non omnia naturae suae opera referunt *lupi capti* ad mansuetudinem et -em, et ideo numquam perfecte domesticantur.

***domativum,** -i *n.* (doma) *per pravam interpr. i. q. stabulum – Stall:* ALBERT. M. pol. 7,9^{f} p. 693^{a},42 'si bene penetrabilis sit' *habitatio* . . ., et multa penetrabilia habeat pro habitaculis servorum et patrisfamiliae et uxorum, 'et -um equorum', id est, habeat multa domata pro equis et aliis animalibus stabulandis, 'secundum modum iuniorem' *(sed cf. p. 1330^{b},23* κατὰ τὸν νεώτερον καὶ τὸν 'Ιπποδάμειον τρόπον; *de re v. RE VIII. p. 1731sqq.).*

domator *v.* domitor. **[domatum** *v.* dominatus.]

domaturus *v.* domo. **1. domatus** *v.* *maiordomatus.

2. domatus *v.* domo. **domebus** *v.* domus.

***domecham** *subst.* *(arab.* demalachochen; *cf. P. Guigues, Les noms arabes. 1905. nr. 149)* *sanguis draconis – Harz vom Drachenblutbaum (cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. II. p. 164):* GLOSS. Salern. p. 9^{b},33 sanguis drachonis: -am, multodivem.

***domega,** -ae *f.* (*raetoroman.* dumega *sim., cf. R. v. Planta, Ch. Pult, F. Giger, Dicziunari Rumantsch Grischun. V. 1968/72. p. 488^{b} s. v.* dumiec) *hordeum – Gerste:* CHART. Bund. 957 (a. 1261) dabit *Petrus* . . . eis *(sc. capitulo)* omni anno . . . stairas septem -e bona et pulcra et sicha. 1453 p. 208,1 quantitate bllave sicallis et -e, furmenti, melii et panici.

***domegeratus** *v.* *dommegeratus. **domen-** *v.* domin-.

domesco *v.* dumesco. **domestecus** *v.* domesticus.

domestica *v.* domesticus.

***domesticabilis,** -e. (*domesticare) *domabilis, qui domari potest – zähmbar, domestizierbar:* ALBERT. M. animal. 1,50 quaedam *(animalia)* . . . sunt mansueta, cito -ia (*p. 488^{b}, 22* τιθασσευτικά). 2,9 quoniam est *elephas* animal multum -e. 22,115 est *lupus* . . . animal audax, dolosum, -e, et tunc ludit sicut catulus.

domesticatio, -onis *f.* **1** *de animalibus i. q. domitus – Zähmung, Domestizierung:* ALBERT. M. animal. 23,74$^{tit.}$ de regimento -is . . . falconum. 23,74 -is . . . regimen duos habet fines, quorum unus est, ut assuescat *falco* manum hominis. *sim.* 23,100$^{tit.}$. **2** *de plantis:* **a** *cultura – Kultivierung, Veredelung:* ALBERT. M. veget. 5,68 iste *(sc. per insitionem)* est praecipuus modus -is. 7,67 non potest *ager uliginosus* . . . per arationes . . . ad hoc redigi, ut in eo fiat aliqua -o plantarum. 7,127

ut melius sciatur plantarum -o. *ibid. al.* **b** *status cultus – kultivierter Zustand:* ALBERT. M. veget. 7tit. de mutatione plantae ex silvestritate in -em. 7,16 laetamen est unum eorum, quae praecipue plantam mutant a silvestritate in -em. *ibid. al.*

domesticatus, -us *m.* **1** *munus domestici palatii – Amt des Hofdomestikus (de re cf. p.941,51):* VITA Arnulfi 7 sic . . . episcopales gestans infulas, ut eciam -us (domesticis *a. corr. B1*, domesticus factus *B2*) sollicitudine adque primatum palacii . . . teneret. **2** *ministerium regale – königlicher Hofstaat:* ANON. Has. 20 abstractum *(sc. servientem regalem)* de mensa loris aggredi iussit et oblito -us consortio mendacium oris dorso infligi praecepit *episcopus*.

domestice *v.* domesticus.

domesticitas, -atis *f.* **1** *mansuetudo, fiducia – Zahmheit, Zutrauen, Vertrautheit:* FRID. II. IMP. art. ven. 6 p. 197,7 oblivisceretur . . . illius -is, quam prius habebat, et exinde factus agrestior vix . . . recuperari posset *falco*. p. 207,13 hoc *(sc. vadere ad sedendum)* . . . facit aut, quia fatigatus fuit, . . . aut propter -em multam, quam habet cum homine. p. 212,19 propter -em, quam habet in homine. *ibid. al.* **2** *familiaritas, benevolentia – Vertraulichkeit, Wohlwollen:* SALIMB. chron. p. 321,6 mirati sunt . . . fratres . . . de tanta familiaritate et -e, quam michi ostendit *frater Hugo*.

***domestico,** -avi, -atum, -are. (domesticus) *script.:* dem-: *l.29.* dumm-: *l.29. mediopass.: l.38.39. partic. perf. usu adi.: l.31.*

1 *de animalibus:* **a** *domare – zähmen, domestizieren:* LEX Baiuv. 21,6 de his avibus, quae de silvaticis per documenta humana -entur (de-, dumm-, domesti centum *var. l.*) industria. EKKEH. IV. cas. 136 p. 266,4 spicarium ille *(Notkerus)* novum . . . avibusque domesticis et -tis . . . condi fecit. ALBERT. M. animal. 1,44 'quaedam *(animalia)* . . . sunt silvestria omni tempore', nec -antur ad plenum. 2,30 -atur *bufletus* et ponitur circulus in naribus suis. 21,30 videmus etiam pisces -ari ita, quod ad sonum campanae conveniunt et annonam accipiunt. *ibid. al.* **b** *mediopass. i. q. animal domesticum cohabitare – als Haustier (zusammen)leben:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 5,9 non conversantur *aves rapaces* cum hominibus, nec per se -antur cum eis. 5 p. 125,2 assuescit *airo* -ari inter homines et recipere cibum (*sim.* p. 125,5). **2** *de plantis i. q. excolere, mitigare – kultivieren, veredeln:* ALBERT. M. veget. 5,65 omnis *(planta)* silvestris -atur, quando cultus adhibetur. 5,58 quando fit insitio, si debeat silvestris *(sc. planta)* -ari, oportet, quod *eqs.* 7,33 non . . . omnis ager, in quo planta -atur (-ta *var. l.*), foditur vel aratur. 7,117 illae . . . plantae, quae sunt de genere granorum et olerum, ex solo cultu et cibo -antur. *ibid. al.*

domesticus, -a, -um. *script.:* demis-: *p.941,67.* -tec-: *p. 941,66. nom. sg.* -os: *p.941,56. nom. pl.:* -esti: *p.942,44.* -cii: *p.942,3.*

I *adi.:* **A** *sensu originario:* **1** *strictius i. q. ad domum pertinens,* οἰκεῖος *– zum Haus gehörig, häuslich, hauseigen, Haus-:* **a** *in univ.:* WILLIB. Bonif. 8 p. 51,27 domum reversi maiorem -arum r e r u m . . . damnum . . . perceperunt *carnifices* (THIETM. chron. 6,21 in rebus -is . . . lucrandis. HERM. IUD. conv. 10 p. 98,19 -e rei curam gerere. *al.*). VITA Radbodi p. 162,23 infra cuius *(regis)* parietes -os . . . philosophie viguit exercitium. EPIST. Hann. 63 p. 110,4 ut . . . -am . . . vobis *(sc. episcopo)* tragediam decantandam proponerem *(sc. Meginhardus)*. CHART. Babenb. 124 p. 161,9 ortum . . . -um, qui haimgort . . . nuncupatur. ANNAL. Mell. Sancr. II a. 1244 multe civitates igne -o consumpte sunt propter siccitatem. *saepe.* **b** *coenobialis, monasticus – klösterlich, mönchisch:* WALAHFR. carm. 18,40 bona . . . operemur ad omnes, sed magis in sanctos, quos vita -a nutrit *(spectat ad Vulg. Gal. 6,10)*. EPIST. Worm. I 6 p. 22,23 quid sint secularia, quid res -a, quę quantave in se habeant utilia. **c** herba -a *i. q. sempervivum, aizoon – Hauswurz:* GLOSS. III 587,35 St.-S. herbam -am: huswrz. **2** *latius:* **a** *privatus – privat, persönlich:* EINH. Karol. 18 p. 21,23 cuius animi dotes . . . et constantiam ceteraque ad interiorem atque -am vitam pertinentia . . . dicere exordiar. EPIST. Hann. 17 p. 39,21 quasi quibusdam quęstionibus -am eorum conversationem ab illis *(subditis episcoporum)* extorquere. RAHEW. gest. 4,59 p. 297,15 nec utique sanum esset corpus . . . hystoriae, si hanc partem *(sc. expositionem schismatis)* velut principale membrum -i favoris morbus haberet. GUNTH. PAR. orat. 9,1 p. 171B forma orationis: alia Dominica, alia -a, alia canonica sive ecclesiastica, alia monastica. *al.* **b** *proprius, suus – zugehörig, (sein) eigen:* THIOFR. Liutw. praef. p. 1,10 ut in nobis *(sc. fratribus Mediolacensibus)*, vestra -a ecclesia, Domini Dei nostri . . . sequamini *(sc. archipraesul)* vestigia. EPIST. Hann. 8 non quin me sciam . . . tua dilectione indignum, sed quod me animet pietas tibi -a. 52 p. 98,14 vivit *(sc. filius mortuus)* apud patrem in memoria -ę sibi antea virtutis. LAMB. HERSF. annal. a. 1074 p. 192,13 caetera . . . iam privata ac -a *(sc. archiepiscopi)* manu posse confici. HIST. de exp. Frid. imp. p. 39,23 ipsam *(Philippolim)* . . . velut propriam et -am incolere cepimus. *al. pertinens – hörig:* CHART. Sangall. A 12 p. 15,6 (a. 743/47) loca supernominata con servis et ancillis peculiaribus, cum domibus, aedificiis et mancipiis -is . . . Autmaro abbati trado. TRAD. Lunaelac. 27,2 dabo uxorem meam . . . unum colonem et II homines -os ad pastores et ad opus. **c** *intestinus, civilis – intern, Bürger-:* ANNAL. Mett. a. 759 hoc anno preter -as regni sui causas corrigendas Pippinus nullum iter exercuit. RUOTG. Brun. 40 -a seditione. WIDUK. gest. 3,72 viros eminentes, -is et externis rebus iam saepe claros factos. DIPL. Heinr. IV. 49 p. 64,1 que *(ecclesiae)* . . . -is sue gentis tumultibus vel extraneis alieni regis incursibus laborant. HIST. de exp. Frid. imp. p. 22,11 diversis occasionibus bellorum -orum. *al. in imag.:* LAMB. LEOD. Matth. I 2208 caro nostra, -us hostis. **d** *vernaculus, indigenus – (ein)heimisch, ansässig:* CAPIT. reg. Franc. 291,1 exemplo . . . esse possunt David et Ezechias; sed est -um lumen imperator Karolus, qui *eqs.* DIPL. Otton. II. 148 p. 166,35 nobilibus viris, extraneis videlicet et -is, nostrarum rerum administratoribus innotescentibus *eqs.* OLIV. epist. 5 p. 300,16 duo testes alieni . . ., Iudeus et Sarracenus, nostram legem extollunt, tue *(sc. regis Babylonis)* legis non invenitur nisi -us. ANNAL. Basil. a. 1277 p. 202,8 in Sultz quaedam meretrices -ae a meretricibus sylvestribus baculis expulsae. *avitus – ererbt, ursprünglich:* THIETM. chron. 7,69 habitatores . . . raro ad aecclesiam venientes . . . -os colunt deos. BERNO serm. 3,11 (EphemerMariol. 14. 1964. p. 52) dum linguae . . . dividerentur, tu *(sc. Maria)* sola in -a permansisti, id est Hebraea. **e** *familiaris, intimus, consuetus – vertraut, vertraulich, eng verbunden, bekannt:* ALDH. ad Acirc. 5 aliquantula metrorum munuscula -ae familiaritatis fiducia fretus subiunxi. THEOD. TREV. mirac. Celsi 12 p. 409B de his egimus, quae -a et familiari relatione de sancti virtutibus viri comperimus. EPIST. Meginh. 31 difficilem . . . fidem . . . meretur Spire quemquam -e febris immunem solenne canicularium declinare posse periculum. SOLIMARIUS 48 recedentes *(sc. proceres nostros)* . . . equora suscipiunt multumque -a tellus (*sim.* LIGURINUS 10,110). *al. in imag. i. q. usitatus – üblich:* ARIBO mus. p. 34,26 quadratum . . . ♭ non solum in deutero *(sc. tropo)*, qui suus -us est, sed etiam in proto, in tetrardo, in ipso quoque trito conversatur assidue: quamvis *eqs.* **f** *domitus, mansuetus – zahm, domestiziert (in imag.: l.56):* LEX Baiuv. 21,6 capit. p. 257 (codd. Mg. Mt) de aliis -is avibus. LIUTPR. leg. 38 ipsi *(inferiores)* non onagri, sed -i *(sc. asini)*, non vacui, sed onerati procedunt. CHART. episc. Hild. I 271 p. 251,1 isti sunt reditus: . . . ad tercium annum aprum I -um, L scultellas, C ova. CHART. Port. 164 p. 182,33 cum pastu animalium, sive -a vel inter feras etiam censeantur. ALBERT. M. animal. 2,23 inter agrestia . . . animalia et -a in genere boum diversitas est talis, qualis *eqs. saepius. de hominibus i. q. mitis, comis – sanft, höflich, zivilisiert:* AETHICUS p. 184,15 conlaudat feminas purporarias, terra fructifera -isque habitatoribus. THEGAN. Ludow. 20 p. 206,12 postquam illi *(servi)* . . . culmen regiminis arripiunt, numquam sunt antea tam mansueti et sic -i, ut non *eqs.* **g** *sativus, hortensis – veredelt, Kultur-, Garten-:* LEX Sal. Merov. 7,11 si quis pomarium -um . . . capulaverit aut involaverit. PAUL. AEGIN. cur. 86 piganum -um (*3,22,11* ἥμερον) . . . superpositum . . . destruit egilopas. DYASC. p. 149b paluirus ab aliis acus palearis vel cicer -um vocatur. ALBERT. M. veget. 4,117 cum fuerit *(sc. malus aut pirus)* -a, spinas amittit. 7,78tit. de insiti-

one, per quam plantae mutantur ad -arum plantarum dispositiones. *saepe.* **h** *cultus – bebaut, kultiviert:* CHART. ord. Teut. 84 (a. 1236) cum . . . terris laboratis et non laboratis, plenis, vacuis, forestis, bosquis, -is et salvaticis. *de exstirpatione ignibus effecta i. q. cultioni expediens, cultionem praeparans – urbar, kultivierbar machend:* CHART. Walkenr. 303 l. 14 (a. 1254) asserens *(sc. abbas)* loca, quae de se -i fumi vaporem exalarent et vomere sulcarentur, . . . nullo prorsus foresti iure debere ligari (*postea:* libertatem . . . arbores succidendi et novalia faciendi). **B** *sensu ex lingua arab. transumpto i. q. interior – innerer, Innen- (cf. p. 942,63):* Ps. GALEN. anat. 6 p. 185C unus *(sc. musculus movet oculum)* ad angulum -um sive lachrymalem, alius ad angulum sylvestrem. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 88,13 inter omnes aves . . . habent unguem medii digiti anterioris serratilem a parte -a *(v. comm. p. 124sq.;* WILH. SALIC. chirurg. 2,10 p. 333G. *al.).* ALBERT. M. animal. 1,395 duae *(arteriae)* . . . in duos dividuntur ramos magnos, silvestrem scilicet et -um. *al.*

II *subst.:* **A** *masc.:* **1** *strictius:* **a** *qui in eadem domo vivit, ad familiam pertinet, cohabitator, servus – Mitglied der Hausgemeinschaft, Familienangehöriger, Hausgenosse, (Haus-)Diener:* WETT. Gall. 18 ubi *(sc. in cubiculo)* . . . -orum multitudo aderat. ALTFR. Liutg. 1,2 Wrssingus una cum coniuge . . . et filio . . . et cum paucis -is suis occulte fugiens. EPIST. Teg. I 34 p. 39,2 de -is compaciendo tractamus, qui nos . . . perturbant, . . . sartores videlicet, . . . ędificiorum instauratores, . . . coci *eqs.* OLBERT. Veron. 6 redeunt *mulieres* propriis haec *(sc. miracula)* nuntiaturae -is. EPIST. Worm. I 16 p. 34,3 quia -us meus *(sc. R.)* H. . . . tibi *(sc. episcopo)* . . . sano redituro . . . dignus et presens extiterit. *saepe. alleg., in imag., per compar.:* ERMENR. ad Grim. 24 p. 562,3 fantasma ipsius *(sc. Maronis)* terrens me, ferens tridentem, nescio, utrum Plutonis, -i eius, an alicuius alterius. EPIST. Meginh. 1 p. 192,17 generosa virtutum familia te . . . in curie suę principatum vocat et quasi -um vendicat. VITA Otton. Bamb. II 10,3 concivis et -us vester *(sc. patriarcharum)* sit Otto beatus. *al.* **b** *maritus – Ehemann:* ACTA civ. Kil. 87 (a. 1267) ego Alheddis portio, que me tangit, post mortem meam resigno meo -o Hinrico *(antea:* ego Hinricus . . . resigno uxori mee *eqs.).* **c** *stipator, dux scholarium – Leibwächter, Vorsteher der Leibgarde:* **α** *in univ.:* CHRON. Thietm. 5,19 -i regis exeunt, indigene cum adventiciis preveniunt et subsequuntur. **β** *spectat ad Byzantinos (de re v. LexMA. III. p. 1182sq.):* ANNAL. regni Franc. a. 821 p. 155,21 quod conspiratione quorundam optimatum . . . et praecipue Michahelis, comitis -orum, . . . sit interemptus *Leo imperator.* LIUTPR. antap. 3,26 l. 443 Focás -us, terrestris dux exercitus contra Simeonem, Bulgariorum regem, copias duxerat. *in cognomine:* CHRON. Ven. Alt. p. 110,18 defunctus est Michael -us imperator. *al.* **d** *procurator, domus praepositus – Verwalter, Hausvorsteher (strictius de officiali Merowingico, Karolingico; v. Waitz, Verf.-Gesch. II/2. 1882. p. 45sqq. 93sq.; Brunner, Rechtsgesch. II. p. 161sqq.):* **α** *de procuratore villae, curiae sim.:* FORM. Marculfi 1,39 ut per omnes villas nostras, qui in vestra vel in . . . aliorum -orum sunt accionibus, tres homines servientes . . . relaxare faciatis *(sc. comes).* 2,52 qualiter . . . -os (-us *var. l.*) de villa regis per sua epistola relaxat ingenuos. DIPL. Frid. I. 1077 p. 422,30 (spur. a. 1234/77) ut sine equitatura et absque omni lesione et incommodo -i *(sc. curiae claustralis)* decenter in eadem domo maneat *princeps.* TRAD. Scheftl. 455 testes sunt: domnus Wolfhardus plebanus . . ., domnus Rugerus, -us suus. *al.* **β** *de procuratore provinciae, officiali aulico:* LEG. Burgund. const. I 1 p. 31,13 obtimates, consiliarii, -i et maiores domus nostrae. VITA Arnulfi 4 ut sex provinciae, quas ex tunc et nunc totidem agunt -i, sub illius ministratione solius regerentur arbitrio. CHRON. Fred. 4,87 p. 165,17 Fredulfus -ecus. VITA Lamb. Traiect. 24 (MGMer. VI p. 378,5) cum Dodono -o (demi-o *var. l.*). TRANSL. Tib. 2 (MGScript. XV p. 393,35) dum . . . moraretur *Deusdona* cum Einardo abbate, palatii regalis scilicet -o. *saepe. remissius i. q. aulicus, satelles – Höfling, Gefolgsmann (de heroibus: l.72):* HIST. Daret. p. 198,30 Eneas et Olixis Priamo -i dixerunt: '*eqs.*' VITA Heinr. IV. 1 p. 12,13 cum inter -os suos et raram turbam vultu placidus et statura aequalis appareret. **e** *proprietarius, dominus domus – Hausherr, -besitzer, -wirt:* **α** *in univ.:* CHRON. Pol. 1,2 erant . . . hospitii -i (-cii *var. l.*) Pazt . . . et uxor eius Repca. **β** *civis, urbanus – (Stadt-)Bürger (de re v. P. Csendes, Das Wiener Stadtrechtsprivileg von 1221. 1987. p. 18sq.):* CHART. select. Keutgen 139,3 (s. XII.1) cui *(synodo)* interesse tenentur omnes, qui -i sunt infra oppidum. CHART. Babenb. 183 p. 250,42 probet *(sc. accusatus)* hoc cum septem -is, qui credibiles homines esse dicantur. p. 252,22 -us inde *(sc. de invasione domus)* querimoniam deponens. 237 si . . . quis alicui -o (gloss.: wirt), qui tamen non est de honestioribus et divitibus unus, percusserit alapam. p. 61,33 det *(sc. invasor)* . . . -o, cuius domum invaserit, duo talenta. *ibid. al.* **f** *monachus ad eandem domum pertinens, confrater – Mönch desselben Hauses, Mitbruder:* CAND. FULD. Eigil. I 5 p. 225,12 ut . . . efficiaris *(sc. abbas eligendus)* ut leo . . . in domo tua evertens -os tuos et opprimens subiectos tibi. EPIST. Teg. I 2 omnibus -is interius commorantibus . . . serviturus *(sc. monasterii provisor).* GESTA Camer. 2,35 p. 463,30 per crebras seditiones -orum subripiente inopia ordo monachalis ad canonicalem redactus. ADAM gest. 1,33 beatus Ansgarius . . . erudiendo -os, barbaris euangelizando, foris apostolus, intus monachus nunquam legitur ociosus. *saepius.* **g** -us fidei *i. q. eiusdem fidei cultor – Glaubensgenosse:* ARBEO Corb. 14 vir Dei venerabatur . . . a -isticis fidei. LIUTG. Greg. praef. p. 66,12 quamvis omnibus -is catholicae fidei . . . exhibenda est *caritas.* TRANSL. Godeh. 1 p. 639,31 ut gloria ipsius non tantum ad -os fidei attingeret, sed *eqs. saepius.* **2** *latius:* **a** *homo pertinens, proprius, ministerialis – Höriger, Eigenmann, Ministeriale:* CONST. imp. I 447,6 (spur. a. 1160) de ecclesiarum filiis vel -is, id est ministerialibus, . . . statuimus, ut *eqs.* DIPL. Constantiae 32 p. 104,13 hec sunt nomina villanorum, quos ego comes . . . Rogerius concesseram sancto Matheo . . .: filii Gregorii -i *eqs.* CHART. Neocell. Brixin. 117 p. 161,28 -i Novecellensis ecclesie . . . ius hereditarie successionis . . . vendicare presumunt. **b** *indigena – Einheimischer:* RUOTG. Brun. 3 tantus timor . . . invasit extraneos *(i. Ungaros)*, ut nihil umquam eis esset formidabilius *(sc. rege Heinrico)*, tantus amor colligavit -os, ut *eqs.* **c** *vicinus – Nachbar:* ANNAL. Fuld. Ratisb. a. 894 p. 125,16 cum omnes regiones sibi affines . . . circumiret *Zwentibaldus dux* ultimum hortando suos, ne pacis amatores, sed pocius inimici -is persisterent. **d** *familiaris, amicus – Vertrauter, Freund:* DIPL. Conr. III. 109 p. 196,15 ad serviendum pronptiores fiunt -sti et in bonam spem certius eriguntur alieni. ABSAL. serm. 27 p. 158C -um solemus appellare eum, qui per affectum praecordialem, habitationem communem, vitam socialem coniunctus est; sic et in ecclesia -um recte vocamus illum, qui charitate omnibus est devotus *eqs. al.*

B *fem.:* **1** *quae ad familiam pertinet, serva – Mitglied der Hausgemeinschaft, Dienerin:* WOLFHARD. Waldb. 3,1 p. 258,6 cur . . . furvis . . . quiescis *(sc. puella excaecata)* in tenebris et non magis blandae lugubrationis -a de salute tecum ruminando conquiris . . . sospitatis? LAMB. TUIT. Herib. 2,32 p. 258,28 quam *(sc. puellam)* et . . . psalmos edocuit et clavigeram et -am eam per longum tempus habuit *materfamilias.* **2** *uxor – Ehefrau:* TRAD. Ratisb. 257 (a. 996/1000) tradidit *Timo* pariter cum sua familiari -a Ruodheida *eqs.* (*sim.* 795 p. 375,10). CHART. Old. II 32 haec *(sc. venditio)* . . . facta sunt cum -e nostre et filii et puerorum nostrorum . . . consensu voluntario. ACTA civ. Kil. 52 ego Iohannes . . . omnem meam substantiam . . . mee -e Abele libere resigno. CHART. Lub. III 12 p. 17,7 si vir premoritur . . . et -am contingerit nubere alteri viro. *al.*

C *neutr.:* **1** *pars interior, latus interius – Inneres, Innenseite (cf. p. 941,10):* ALBERT. M. veget. 2,72 tertius arcus *(sc. figurae triangularis)*, qui est ad -um plantae, concavum habet in exteriori superficie. 6,59 grana . . . pomi cypressini . . . cotyledones . . . semper convertunt ad -um pomi sui. animal. 1,280 spatula latum suum et tenue convertit versus spinam dorsi ad -um corporis. 1,297 est *(sc. basis cruris)* directe in medio pedis, licet quidam dicant, quod vergit ad -um pedis *(ex Avic. canon. 1,1,5,1,30). ibid. al.* **2** *usu plur.:* **a** *administratio, dispensatio domus – häusliche Verwaltung, Haushaltung:* WALAHFR.

[Niederer]

exord. 32 p. 516,10 habent et potentes saeculi consiliarios in -is. **b** *interiora aedium – Hausinneres:* PETR. DAM. epist. 149 p. 552,16 oculos meos tanta caligo verecundi pudoris obduxit, ut, cum intra domum consisterem, -a vix viderem. **c** *sedes propria, domicilium proprium – eigenes Heim:* LAMB. TUIT. Herib. 2,23 p. 249,19 egrediebantur *(sc. parentes puellae paralyticae)* confusi conversoque gradu repetebant -a ruris sui. **d** *terra nostra – eigenes Land, Inland:* COMPOS. Luc. H 31 omnia, que germinantur et -is et marinis *(i.* transmarinis, *cf. Svennung p. 54).* **e** *res intestinae – interne Angelegenheiten:* HELM. chron. 40 p. 82,33 quorum *(sc. Slavorum)* . . . conversionem Heinriciani cesares non modice retardaverunt -is videlicet semper pregravati.

adv. **domestice.** **1** *domi, in vita domestica – im häuslichen Leben:* DUNGAL. epist. 7 p. 582,18 sequi Christum eiusque vestigiis privatim ac -e inhaerere. **2** *oeconomice – hinsichtlich der Wirtschaft:* ALBERT. M. animal. 7,2 propter yconomicam et regnum, quod custodiunt *apes* -e et civiliter collaborantes. **3** *familiariter, intime – in vertraulicher, familiärer Weise:* EKKEH. IV. cas. 53 p. 118,16 Heribaldus inter eos *(hostes)* iam -e versatus: 'Sine', inquit, '*eqs.*' HERM. IUD. conv. 21 p. 124,20 in his *(clericis)* . . . Christus propter vite castitatem et religiosam conversationem -e quodammodo et familiariter velut rex in suo palatio creditur . . . inhabitare. **4** *privatim – privat, persönlich:* CHART. Mog. A I 451 p. 359,16 (dipl. Heinr. V.) tocius pene civitatis cives in nos armaverat *archiepiscopus* . . .; tamen periculis (periculos *ed.*) periculose me cum paucis opponens ipsum ad nos -e vocavi. *ad usum privatum – für den privaten Gebrauch:* HERBORD. Ott. 1,27 tempore quodam in domo episcopali -e habens renonem forte nuper emptum vestiebatur. *Niederer*

domi *v.* domus. **domicalis** *v.* dominicalis.

1. *domicella, -ae *f.* (dom(i)na, *francog. vet.* donzele; *cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. III. p. 133sqq.*) *script. et form.:* don(n)i-: *l.70.72.* -ise-: ACTA civ. Wism. B 34. -ize-: *l.40. dat. vel abl. pl.* -abus: *l.53.56. al.*

1 *puella, virgo (nobilis) – (Edel-)Fräulein, junge Frau, Jungfrau, 'Dame':* **a** *in univ.:* VINC. PRAG. annal. a. 1153 p. 664,44 dux Wladislaus . . . domnam Iuditam . . . litteris et Latino optime eruditam eloquio, quod maxime -zellarum nobilium exornat decorem, sibi iungit matrimonio. VITA Hildeg. Schon. 7 (ASBoll.[3] Apr. II p. 781[B]) fugam arripuit *vernaculus* et non domicellum, quod putabat, sed -am in exilio solum dereliquit. ROLAND. PATAV. chron. 6,5 p. 90,30 data est -a iuvenis, nobilis et decora viro potenti et nobili, alto et magnifico, set annoso. SALIMB. chron. p. 170,2 omnes mulieres, tam iuvencule sive -e quam maritate et vidue. *saepe. v. et p.944,20.* **b** *de puellis nobilibus servientibus:* CAES. HEIST. mirac. I 6,5 p. 353,26 sequebantur -ae et pedissequae. CHART. Mekl. 879 de duabus -is secularibus, quas de nostris procuramus expensis *eqs.* ANNAL. Prag. III a. 1279 p. 200,8 curia dominae reginae et familia eius, quae ad magnam numerositatem creverat tam in domicellis nobilium quam in -abus et aliorum militum servorum officialium, imminuta est. *al.* **c** *de sanctimonialibus:* EPIST. Hildeg. 324,1 Philippus . . . comes -e Hildegardi, ancille Christi, salutem. REGISTR. Geisenf. 9 -abus (*theod. vet.:* 'iunkvrowen') dantur ad carnisprivium a nativitate Domini cottidie carnes . . .; uno die in ebdomada dantur -e pro carne prebendaria duo verua *eqs. al.* **d** *de virgine Maria:* HUGO TRIMB. sols. 1,30 p. 146,15 respondit *miles* se pulcherrimam diligere -am (puellam *var. l.*). p. 147,9 benedicta sit semper tua *(sc. militis)* dulcissima -a, benedictus sis et tu, qui tam excellentis -e graciam meruisti. **e** *nom. propr.:* CHART. Rhen. med. III 433 (a. 1231) testes sunt: . . . Walterus de Fonte, Ludowicus D-a. CHART. Friberg. 14 p. 11,20 testes . . . sunt . . . Winandus Snudelmester, Cv̊nradus D-a. SALIMB. chron. p. 316,21 imperator Fridericus dederat . . . filio suo non legitimo uxorem in Sardinia quandam dominam, que appellabatur D-a. *al.* **2** *domina, mulier nobilis – Edelfrau, Herrin:* HONOR. III. registr. 261 p. 187,21 ego Benedicta doni-a, marchisana Masse et iudicissa Kalaritana. GREG. IX. registr. 726 p. 624,36 nobili mulieri Agneti donni-e, domine Turritane. CHART. Traiect. 1569 p. 320,4 illustris domina Rycardis, -a Hollandie. *al.* *de mulieribus nuptis:* VINC. PRAG. annal. a. 1158 p. 668,27 hic rumor dum ad aures -arum, quae viros suos tenero diligebant amore, pervenit *eqs.* p. 668,34. *cf.* *damicella, *dominella.

II *translate:* **A** *validus, perseverans, invictus – stark, ausdauernd, unbeugsam:* WANDALB. martyr. invoc. 22 tuo nulla renititur, nulla est imperio -a potentia. mens. 317 apros silvis cura est quam maxima -os quaerere. NOTKER. BALB. Gall. 1^{e} -a *(sc. Alamannia)* viris et -a fide, -issima gleba. HROTSV. Pel. 25 Saracenorum gens indomitorum urbis marte petit -os . . . colonos. WIDUK. gest. 1,10 quam -i et insuperabiles existerent Saxones. WALTH. SPIR. Christoph. II praef. 26 hic *(Regulus)* certus iaculo -os cum sterneret hostes. EGBERT. fec. rat. 1,273 -a valetudo certissima mortis imago. *al. v. et p.1064,27.* **B** *obduratus, obtusus – abgestumpft, unempfindlich:* FRID. II. IMP. art. ven. 4 p. 77,22 non sit *equus falconarii* effrenis neque -e boce (*'hartes Maul'*). **C** *pertinax, obstinatus, offirmati animi, contumax – stur, starrsinnig, verstockt, hartnäckig, widerspenstig:* **1** *in univ.:* LEX Baiuv. 13,1 si . . . est aliquis homo tam -us vel inobediens . . ., qui non vult recte respondere. WALAHFR. Mamm. 4,23 habet mens -a reatum. 20,27 postquam colla animo subrexit *primus homo* -a superbo. RUOTG. Brun. 20 p. 21,10 nosti . . . eos mihi frequenter -iores et magis infidos fuisse, quos amplius fovi. AMARC. serm. 2,1 incipe amare deum, Iude stirps -a! IDUNG. PRUF. dial. 1,430 sermo -us et nos -i auditores eius, quia nichil capit in nobis. HELM. chron. 6 p. 15,18 Slavorum provincia remansit ceteris -ior atque ad credendum tardior. *saepius. usu subst.:* OTLOH. prov. I 57 improbi et -i in ipso initio peccati sunt graviter corripiendi. DIPL. Constantiae 4 p. 14,43 -os (p. 15,35 τοὺς σκληρούς) et cervicosos digna cohercione castigando. **2** *tardus, cunctans – schwerfällig, zögernd:* CHART. eccl. Erf. 234 (a. 1233) dummodo emptores ad solvendum pensionem debitam non inveniantur venditoribus -iores. **D** *rudis, asper, ingratus, iniucundus – roh, rauh, derb, ungefällig:* **1** *gener.:* WANDALB. mens. 117 herbis -um prodest mollire lieum. WALTH. SPIR. Christoph. II praef. 120 hęc eadem, quae scriptori satis arta probabis, auditu -a, sed gustu suavia sentis. FROUM. carm. 3, 13 moribus . . . -os facit ipse *(Hartvvicus)* benigne benignos. CARM. de mus. 235sqq. p. 113^{a} cui . . . nimis -a manet *vox* vel mollissima, certa loca terminorum nequit fari congrue; nec sat -a neque mollis debet esse vocula. IOH. AFFLIG. mus. 21,28 -ae hominum voces et incompositae. CONR. MUR. summ. p. 102,7 altus stilus habet vitium scilicet turgidum et inflatum, quando quis utitur -is translationibus et verbis nimium ampullosis. *al. insipiens, stultus – töricht, dumm:* GEBER. summ. 5 p. 257 sunt multi, qui -am habent cervicem, in omni perspicatione vacuam ingeniosa, qui vix communem intelligere sermonem queunt. *v. et p.1058,22.* **2** *mus.:* **a** *spectat ad genus diatonicum:* REMIG. ALTISS. mus. 510,3 diatonon genus duobus tonis et semitonio constat; quod genus est -issimum atque minutissimum. WALTH. SPIR. Christoph. II 1,185 edidit . . . graves -asque Diatona voces. FRUTOLF. brev. 11,5 diatonicum . . . genus meli fortius et -ius comprobatur. 11,9 hoc genus quasi medietatis locum possidet, ut nec -um valde vel molle sit, sed ex utrisque compositum dulcescit. *al.* **b** *spectat ad discernendos tonos per b litteram significatos:* IOH. GARL. introd. mus. 114 in b fa ♭ mi sunt duo signa, b molle vel rotundum et ♭ -um sive quadrum. LAMB. mus. quadr. p. 255^{b} sunt tres species differentiarum, scilicet b -um, b molle et natura; unde b -um dicitur esse tonus ante ♭ quadratum; b molle dicitur esse semitonium ante b rotundum. p. 256^{a} omne ut incipiens in C cantatur per naturam cum suis sequentibus; in F per b molle; in G per ♭ -um; unde versus: C naturam dat, F b mollem tibi signat; G quoque ♭ -um tu semper habes cani tantum. *adde:* LAMB. mus. quadr. p. 258^{a} hoc *(sc. musica mutata)* . . . cognoscitur per signum ♭ quadrati vel b rotundi in loco mutato locatum, ita quod dicamus mi -um in fa acutam *(sic?)* cum signo ♭ quadrati; vel b rotundum ponamus in ♭ fa mi, vel in consimilibus. **c** *usu vario:* MUS. ENCHIR. 19,22sq. quae -a (-ae *var. l.*) sint dicta vel facta, -is neumis exprimi *(sc. oportet).* GUIDO ARET. microl. 18,15 superior . . . diaphoniae modus -us est, noster vero mollis. LAMB. mus. quadr. p. 260^{a} discordantia est duorum sonorum sibimet permixtorum -a collisio. ANON. mus. Sowa 3 p. 244,18 pausa inventa fuit . . . propter -am vocum collisionem seu discordantiam evitandam. **E** *difficilis (perpessu), artus, gravis, atrox – schwer (zu ertragen), schwierig, mißlich, schlimm, gräßlich:* **1** *in univ.:* LEX. Sal. Pipp. prol. 4 Romanorum iugum -issimum de suis

cervicibus excusserunt *(sc. Franci)*. LIUTG. Greg. 2 p. 69,6 -um . . . erat et valde asperum, ut *eqs*. WALAHFR. carm. 24,44 assertio firmat tristari nimium tolerantem pondera -a non debere. VITA Liutg. II 2,23 -issimo demonio invasa *vicina*. HROTSV. Mar. 532 dolorem. Dion. 234 transiliens . . . viae citius duo milia -ae. THIETM. chron. 8,2 -a eleccio sibi *(fornicatori)* datur. CONSTANT. AFRIC. eleph. 1 -us (-a, -ior *var. l.*) est . . . morbus ad curandum. RAHEW. flosc. 4,218 -a pericla latronum. *saepius. v. et p. 700,14. usu subst.:* WALAHFR. Mamm. 18,20 reddis *(sc. Deus)* post omnia -a quietem. RUOTG. Brun. 24 p. 25,14 contra eum -a quęque fraudulenter . . . temptavit *Cüno*. OTLOH. prov. B 21 bonorum mens quo -iora pro veritate tolerat, eo certius aeternitatis praemia sperat. *al.* **2** *arduus – steil:* CHART. Sind. 4 p. 91,9 (a. 1146) silvula curię contigua et assita a molendino . . . usque -am viam in longitudine *(v. notam ed.)*. **3** *malus – schlecht:* CHART. Mog. A II 237 p. 429,24 (a. 1153/8) ut famam vestram, quę -a satis est, ne dicam fetida, non negligatis. **4** *adversus, acer – widrig, beißend:* WALAHFR. hort. 12 si . . . non tua cura . . . callosas . . . ⌊aere -o⌋ (gloss. L: in ungeuuitere) detrectat fuscare manus. carm. 74,9 cernit *(sc. mus)* ecce -o sale caseum peresum. **5** *obscurus, perplexus – schwer verständlich, unverständlich:* NICOL. BIBER. carm. 40 non est obscurus Oratius aut tibi -us Persius et Plautus. **6** -um gerere *i. q. aegre ferre – Unwillen empfinden:* CHRON. Salern. 143 dum . . . urbem Greci dominarent, et licet dona plurima Langobardi ditarent, illi tamen valde etenim -um gerebant de moris Grecorum. **F** *strictus, severus, acerbus, ferreus – (ge)streng, unerbittlich, scharf, hart(herzig):* **1** *de hominibus:* BEDA hist. eccl. 3,5 p. 137,15 videtur mihi, frater, quia -ior iusto indoctis auditoribus fuisti. HROTSV. Pel. 157 ego . . . validis dominabor . . . lacertis ad tempusque potens dominis succumbere -is. prim. 134 papa, tuis ne sis -us peregrinis. ARNULF. HALB. ad Heinr. p. 474,25 vide . . . ne rigor iste non fortitudo, sed duricia magis habenda sit; aliud est autem -um esse, aliud fortem; -us nec in bonam partem flectitur. AMARC. serm. 4,8 si fratri -us sua viscera claudit *dives* egenti. EPIST. Mog. 56 p. 406,12 necessarium . . . vobis essent -i argutores, non blandi adulatores. *al.* **2** *de rebus:* WETT. Gall. 14 exinde habitus est ab eis sicut unus ex patribus antiquis; erat enim vita eius -a atque nimia ariditate consumpta. CAND. FULD. Eigil. II 10,15 quem pars una cupit, refugit pars altera, longe compellare senem iuvenis, audetque virum vir vocibus infestis -oque lacessere v e r b o (HROTSV. Dion. 62. *al.*). HROTSV. Mar. 353 sibi normam statuens ipsissima -am omnibus . . . vivebat *puella* strictius . . . virginibus reliquis. IDUNG. PRUF. dial. 2,830 reprehendit *Cluniacensis* Romani pontificis iudicium -issima reprehensione. *al.* **G** *vehemens – heftig:* HROTSV. gest. 1489 invicti -o luctamine belli obtinuit . . . castella. WIDUK. gest. 3, 35 -ius certamen . . . nemo umquam viderat mortalium. BERTH. chron. B a. 1078 p. 335,10 qui *(Alemanni)* . . . cum Francorum coniuratis centenariis bello -issimo omnino profligatis . . . dimicabant. *al.*

adv. **1. dure.** **1** *proprie:* **a** *firme, solide – hart, fest:* THEOPH. sched. 3,21 in urina . . . rufi pueri parvuli temperantur ferramenta -ius quam in aqua simplici. **b** *rigide – steif, ungelenk:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 160,22 si -e portabit *(sc. homo falconem)* aut mobilem manum habuerit, falco inquietabit . . . se ex malo portamento. WILH. RUBRUQU. itin. 20,6 nec . . . audebam conqueri, si -e portaret *equus*. **2** *translate:* **a** *aspere – rauh, derb:* AUREL. REOM. mus. 13,28 -ius . . . modulatio incoat et ita ut superior perseverat. **b** *graviter – schwer, schlimm:* RYCCARD. chron. a. 1213 p. 47ᵃ,45 (epist. papae) sciat . . . se culpabiliter durum et -e culpabilem, quicumque . . . suum negavit obsequium redemptori. LEX Baiuv. 1,6 quantum -ius solverit *(sc. fur)*, tantum firmior erit pax ecclesiae. STATUT. ord. Teut. p. 33,19 si qui . . . neglexerint . . . necessaria ministrare . . ., secundum quod maior est eorum negligencia, -ius puniantur. *al.* **c** *arte, male – mißlich, schlecht:* WETT. Gall. 14 quod *(sc. propositum)* conviator eius -e a c c e p i t (ANNAL. Fuld. II a. 871 p. 72,34). CARM. Cantabr. A 44 quid est hoc, tam -e quod in vestro manet pectore, amarumque ducitis animum? de Iesu nobis est, -e manet in nos mors eius, et ipsa mors est incognita. RAHEW. flosc. 1,23,3 est *Pater*, quod generat, quod sonabit -e, et est seminarium heresis futurę. *obscure, perplexe – schwierig, unverständlich:* SIMON sacram. p. 36,1 cum in scripturis sanctis aliquid -ius positum invenitur. **c** *stricte, severe, acerbe – streng, unerbittlich, scharf:* HRABAN. carm. 39,39,6 regnabat mors . . . super omnes -issime. THEGAN. Ludow. 54 p. 246,21 postquam Hlutharius locutus fuit cum . . . missis, legationem eorum grave ac -e suscepit. WIDUK. gest. 1,34 p. 47,11 illi *(sic; sc. Vito)* . . . -ius imperatori respondente bestiis proicitur. DIPL. Arnulfi 137 p. 207,41 (interp.) manu Domini -e . . . tacti . . . diucius contra stimulum calcitare non presumpsimus. BERTH. RATISB. serm. 19 p. 99,7 etiamsi aliquando -e sive verbis sive factis se habeat *maritus* ad uxorem, non tamen -e respondeat haec. **e** *vehementer, acriter – heftig:* WIDUK. gest. 3,36 satis -e . . . ab utrisque pugnatum pro muris. BERTH. chron. B a. 1075 p. 226,10 bellum . . . -issime ab utrisque in alterutrum permixtis aliquamdiu duraverat. **f** *difficulter, aegre, vix – (nur) schwerlich, mit Mühe, kaum:* PETR. TREV. David 29 sanctos pro te rogavi et eos -e inveni, eo quod iram Domini merebaris.

2. duriter. **1** *proprie (in imag.: l. 25):* **a** *rigide, aspere – hart, ungelenk:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 202,8 sternutare contra falconem et ambulare -r cum strepitu pedum sunt de causis in homine, propter quas falco . . . inquietat se. **b** *forte, valide – kräftig, kraftvoll:* METELL. peripar. 9,25 enses -r in se collidunt gemini se, presul spiritualem, rex fert materialem, hic animę iudex, hic durus corpore vindex. VITA Eberh. Commed. 16 p. 68,34 iuvencula . . . pulsavit ad ostium -r. **2** *translate:* **a** *graviter – schwer, schlimm:* HROTSV. Pel. 211 -r ut puerum mandes punire decorum. BALTH. Fridol. 20 -r flagellis c e s u m expulerunt *incolae* (WALTH. SPIR. Christoph. I 22). EPIST. Worm. I 38 p. 73,8 delatus sum nolle pati secundo illos puniri, in quos semel verberibus -r animadversum est. AMARC. serm. 1,126 -r ille *(sc. sacerdos avarus)* stolam calicemque miser luiturus. HUGO FLOR. act. 4 p. 382,17 Willelmus . . . terram illorum *(Britonum)* hostiliter intrans -r devastavit. **b** *acerbe, inhumane – scharf, unfreundlich:* HRABAN. carm. 39,29,5 quem *(Adam)* . . . -r increpavit *excelsus*. TRANSL. Eug. Tolet. add. 4,22 hos *(Algisum et aedituum)* -r est *Dodo* allocutus. **c** *vehementer, acriter – heftig:* POETA SAXO 4,122 quos *(Saxones)* per ter denos et tres tam -r annos linquere protracti . . . conamina belli . . . regis pietas . . . fecit. DONIZO Mathild. 1,528 quos *(inimicos)* superant isti *(duces)* bellando -r ipsis. IOH. CODAGN. annal. a. 1229 p. 97,4 cum astantibus . . . -r et iniquissime preliaverunt *Bononienses*. **d** *difficulter, aegre, vix – (nur) schwerlich, mit Mühe, kaum:* AGNELL. lib. pont. 26 p. 291,12 vidimus sepulcrum . . . et elavavimus -r atque modice cooperculum. EGBERT. fec. rat. 1,828 vix ab anu pressum lac extorquetur avara; -r et durum canibus dispensat edendum.

***duruscule** *adv.* *difficulter, aegre, vix – (nur) schwer-(lich), mit Mühe, kaum:* TRANSL. Pus. 1 haec *(gens Saxonum)* primo . . . -e ad divinam fidem accessit.

dus *v.* 1. dux.

***dusaticus,** -i *m.* *incubus – (Alp-)Drücken:* BOTAN. Sangall. 2,2 qui -um habet: . . . facis inplastro, inunguis eum, fantasia et inflacionum non patitur.

dusius, -i *m.* *nom. pl.* -si: *l. 59.* *incubus – Alp:* VITA Richar. 2 (MGMer. VII p. 445,4) malefacere adfirmabant *gentiles* stulti, ⌊quod essent *sacerdotes peregrini* -si; hemaones⌋ (quos esse -e manes 2) vocitabant, qui Deum non credebant *(v. notam ed.)*; eis reputabant, quod segetes tollebant. HINCM. divort. 15 p. 206,20 quaedam . . . feminae a -is in specie virorum, quorum amore ardebant, concubitum pertulisse inventae sunt. ARNO REICHERSB. apol. p. 127,16 unus ex daemonibus, quos Galli -os vocant, sub mariti specie ad eam *(mulierem)* . . . advenit.

***dusmus,** -i *m.* *daemon, diabolus – Dämon, Teufel:* LIOS MON. 25 monitis trinis securum lividus esse decipiens hortatur homonem -us iniquus. 320 Scriptura refert . . .: 'inflati, tumidi, discordes atque superbi . . ., hi sunt animalia -i, corpus et illorum requies est demoniorum'. 358 -us . . . raptor penetrans precordia vestra . . . molimina discipat arte. 393 quę *(poenae)* sunt

preparatę -is quorumque ministris.

dussis *indecl. duo asses, pondus duarum librarum, dupondius – (Gewicht von) zwei As (Pfund):* DICUIL. epist. cens. 113 (cod. Paris. N. A. 1645 f. 10r; c. 818) ex uno numero veniunt at quattuor usque libra dupla, ut -is, tressis, quadrassis adhaerent, inde novem libris pariter nonusis aenis.

***dustrum** *v.* *drustum. **dut** *v.* dos. **dutio** *v.* ductio.

dutor *v.* tutor. ***dutum** *v.* *dotum.

***duva,** -ae *f.* (doga; *cf. francog. vet.* douve *[v. Wartburg, Frz. etym. Wb. III. p. 114sq.])* *dolii lamina – Daube:* TRAD. Westph. IV p. 51,1 (s. XII.ex.) quilibet litonum . . . dabit tres -as et V funes. p. 57,16 de XV mansis unusquisque *(sc. solvit)* dimidium fundum et IV -as VII pedum et IV aspe.

duum, duus *v.* duo.

duumvir, -viri *m. per pravam interpr. i. qui duobus (vel paucis) praeest – Vorsteher von zweien (oder wenigen):* WALAHFR. exord. 32 p. 516,3sqq. sub . . . ministris centenariorum sunt adhuc minores, qui collectarii, quaterniones vel -i possunt appellari, quia colligunt populum et ipso numero ostendunt se decanis esse minores; sunt autem ipsa vocabula ab antiqua consuetudine mutuata, in qua officia praelatorum dicebantur ex numero subiectorum, ut sunt . . . centenarii vel centuriones . . ., decani vel decuriones, quaterniones, -i. *Staub*

1. dux, ducis *m. et f. script. et form.:* doc(is): *l.60.p.1066, 45. al. nom. sg.* dus: *p.1067,10. gen.: sg.* -i: *p.1067,5.6. saepe. plur.:* -orum: *l.42.* -uum: *p.1066,45. usu attrib. sensu adi.: p.1066,38.*

I *ductor (-trix), rector (-trix), gubernator (-trix) – (An-, Heer-)Führer(in), Befehlshaber(in), Vorsteher(in), Leiter(in), Lenker(in):* **A** *de hominibus (de Deo: l.40. al.; de sanctis: l.43.64. al.):* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* **α** *de iter monstrantibus:* BEDA hist. eccl. 5,19 p. 324,17 antistes misit eum *(iuvenem)* Romam dato -e itineris *(sim.* WALTH. SPIR. Christoph. I 28. *al.).* WIDUK. gest. 3,30 acceptis . . . -bus . . . omnem Franciam pervagati sunt *Avares.* EKKEH. IV. pict. Mog. 774 ut eum *(Iesum)* -is (gloss.: Iudę ductoris hostium) oscula tradunt. *saepe. de praedium circumeuntibus (usu publ.):* SIGEH. Maxim. 15 ille *(comes)* . . . ad conspectionem . . . terminorum . . . advenit suosque praeire iubet -es. **β** *de praepositis:* FORM. Marculfi 1,1 l. 60 quatinus monachi . . . valeant -i (iudici *var. l.*) Domino per tempora exultare. AMALAR. off. 2,15capit. de habitu sacrorum *(sc. officiorum)* -um (-orum *var. l.*). PASS. Ursulae 12 virgineae concionis. THIETM. chron. 7,41 piratarum. DONIZO Mathild. 2,1041 o Petre, Paule, -es orbis. OTTO FRISING. gest. 1,34 p. 53,16 prefectis eis *(navibus)* -bus strenuis. CARM. Bur. 61,3,1 ne miretur -is tante quis sublimitatem. *persaepe.* **b** *c. colore quodam:* **α** *magister, praeceptor – (Lehr-)Meister, Lehrer:* EGBERT. fec. rat. 1,1111 prodocet altilia effari -x famina verbi. ANSELM. BIS. rhet. praef. p. 97,14 antiquis . . . philosophie -bus suis factis et officiis illorum fuerat commendare principibus. p. 99,9. **β** *auctor (-trix), instigator (-trix) – Anstifter(in), Urheber(in):* BRUNO QUERF. Adalb. B 23 que *(sc. uxor senioris Ungarorum)* totum regnum manu tenuit viri . . ., qua (quo *var. l.*) -e erat christianitas cepta. DIPL. Heinr. II. 501a p. 640,45 illi, qui huius audatie et invasionis -x et princeps fuerit, tollantur corium et capilli (*item* 507 p. 649,21). EKKEH. IV. bened. I 33,67 tristius exacti numquam -x femina facti *(spectat ad Verg. Aen. 1,364).* **2** *milit. (in lusu lapillorum: l.61):* CHRON. Fred. 4,78 p. 160,5 exceptis comitebus plurimis, qui docem super se non habebant *eqs.* CARM. Scot. II 1 sol. 1,11 -x niger excubias solus . . . pervigil ingratus duxit. WALTH. SPIR. Christoph. II epist. ad coll. p. 10,9 quę perempto -e victoria? THIETM. chron. 2,30 p. 76,20 tradidit *(sc. imperator)* . . . ineffabilia Deo munera invictissimoque eius -i Mauricio. ALBERT. M. metaph. 1,2,5 p. 22,69 bonum est in causa prima sicut victoria totius exercitus est in -e exercitus. *persaepe. meton. de signis et paganis et christianis:* THIETM. chron. 6,26 inde mox inparibus -bus inequales turmae . . . fixerunt tentoria. **3** *publ., iur., canon.:* **a** *in univ.:* ORIGO Lang. 6 iudicaverunt -es (iudices *G*) Langobardorum annos duodecim (*sim.* PAUL. DIAC. Lang. 2,32). POETA SAXO 1,43 plebs omnis *(sc. Saxonum)* habebat quot pagos, tot pęne -es *eqs.* VITA Magni Fauc. I 15 p. 136,22 Otwinus pessimus -x (*cf.* WETT. Gall. 2,35 Otwinus praeses. WALAHFR. Gall. 2,1 p. 276,21 Otwinus partium . . . potestate praeditus). REGINO chron. a. 809 p. 68,38 rex Danorum . . . mandavit -i, qui Fresiam previdebat, audisse se *eqs. al. de (archi)episcopis (de papa: l.6):* DONIZO Mathild. 2,757 -x bonus Urbanus. LIBER pont. Eichst. (MGScript. VII p. 250,26) post hos -x gentis Egelolf fuit Aureatensis. CHART. Basil. C I 378 p. 283,18 (epist. papae) ut . . . per -es perspicuos in suis gregibus dirigantur *ecclesiae. saepe.* **b** *de officialibus sedis apostolicae:* COD. Karol. 9 p. 498,21 (a. 756) dominis excellentissimis . . . regibus . . . papa et omnes episcopi, . . . diacones seu -es, cartularii. LEO III. epist. 2 p. 89,35 quod solebat -x, qui a nobis erat constitutus, per districtionem diversarum causarum tollere et nobis . . . annue tribuere. CAPIT. reg. Franc. 161,1 ut domno apostolico . . . ipsi *(sc. sub defensione papae suscepti)* iustam observent oboedientiam seu -bus ac iudicibus suis ad iustitiam faciendam. *al.* **c** *de procuratoribus Byzantinis:* LUP. PROT. chron. a. 1038 descendit Michael patricius et -x . . . et transfretavit . . . in Sicilia. **B** *de animalibus:* GLOSS. II 722,6 St.-S. -em reinun. REGINO chron. a. 873 p. 105,12 -es *(sc. locustarum)* cum paucis exercitum itinere unius diei preibant. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 39,26 relique *(aves)* . . . in tutela illius, que precedit, que dicitur -x, assecurantur. ALBERT. M. animal. 6,108 animalium . . . quaedam genera -es et rectores sibi datos sequuntur. 8,159 interficiunt *bonae apes* . . . illos, qui sunt loco -um apum malarum. *al.* **C** *de rebus:* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* REGINO chron. a. 1 stella -e a magis adoratur *Iesus* (*sim.* THIETM. chron. 6,100 stella nautarum -e). WALTH. SPIR. Christoph. I 4 prudentis animi vigilantia -e. BERNO ton. prol. 10,4 ipse finalis quasi quidam -x ac princeps moderatorque in medio residens. YSENGRIMUS 1,340 tollitur *vulpes* ex oculis ut -e pluma notho. *al. in titulo libri:* ALBERT. M. probl. 5 p. 37,19 hoc . . . improbat Moyses Aegyptius *(i. Maimonides)* in libro, qui -x neutrorum vocatur. **b** *usu attrib. sensu adi. fere i. q. rectus, iustus – etwa: richtig, recht:* VITA Godefr. Cap. II 282 quod *(iter)* si sectari non vult *posteritas,* nobis reputari pro culpa nequeat, cum via -x pateat *eqs.* **2** *mus. de modis authenticis:* RUD. TRUD. (?) mus. 2,26 p. 94,8 quisque modus duplici modulamine caesus autentum plagam sedem componit in unam, ut -x autentus, comes ut sit plaga vocatus. *ibid. al.*

II *qui (quae) ducatum obtinet, princeps – Herzog(in), Fürst(in), Herrscher(in), König(in):* **A** *gener. (fere de hominibus; de Christo: l.48; in fabula de animalibus: l.47):* **1** *in univ.:* CHRON. Fred. 2,6 capit. p. 42 de initium docum (-uum *var. l.*) Francorum. CARM. Paul. Diac. app. I 6,1,41 cum . . . ante ora -um constaret *vulpes,* rex *(i. leo)* prior inquit: '*eqs.*' HYMN. Hraban. 5,2,1 -x de Iuda, quem propheta . . . praedixerat. ANNAL. Fuld. II a. 819 Sclaomir, -x Abodritorum (*cf.* ANNAL. regni Franc. a. 819 p. 149,20 rex). ADAM gest. 2,8 nondum enim post tempora Karoli . . . Saxonia -em accepit nisi cesarem. CHART. Brand. C I 2 p. 3,14 in ducatu transalbino *(i. civitate Magdeburgensi)* ad bancos fuimus constituti *(sc. marchio et comes),* ubi -x loci, videlicet archiepiscopus, . . . Wolterum . . . fecit iudicio presidere. *persaepe.* **2** *in nom. propr. vel pro cognomine:* **a** *hominum:* TRAD. Neocell. Frising. 12 (c. 1147/56) sub testibus subscriptis: . . . Heinrico, cognomine Dux. CHART. eccl. Erf. 246 p. 132,26 Theoderico, agnomento Duci, civi Erphordiensi. REGISTR. Xant. p. 67,41 pertinent ad . . . curtim homines isti, qui sequuntur: Hermannus Dux et soror sua. *al.* **b** *avium:* GLOSS. I 559,26 St.-S. -x ortigiarum i. coturnicum, quattula. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 19,19 alie *(aves)* sunt boni gressus et mali volatus, ut . . . modus rallorum terrestrium, qui dicuntur -es coturnicum. **c** *locorum:* DIPL. Heinr. II. 349 cum medietate castelli et . . . ˹Campi -is˺ *('Campodoso').* CHART. scrin. Col. A I p. 360,24 que *(domus)* est in vicu -is. CHART. Lux. VIII 144 p. 168,8 Gozwino, civi de ˹Busco -is˺ *('Herzogenbusch';* p. 168,19. 31). **d** *medicaminis:* MATTH. PLATEAR. (?) gloss. p. 381A electarium -is dicitur a -e inventore vel ad opus -um compositum (*sim.* Ps. OTHO med. 301a). **B** *math. de maioribus numeris proportionum:* RHYTHMIMACH. 12,9 ex parte parium sunt hi *(sc. multiplices*

[Gansweidt]

numeri) pedites; superparticulares isti, id est medii, qui et comites; ... superparcientes dicuntur maximi, qui et -es *eqs. (spectat ad Boeth. arithm. 1,24,4; de re v. ed. p. 168).* **C** *publ. et iur. pro titulo dignitatis:* **1** *strictius:* TRAD. Frising. 8 p. 35,31 (a. 755) anno VIII. regni Tassilonis -i venerabilis. CHART. Hersf. 37 p. 67,32 loca ... sunt in potestate -i Otdonis *(sc. Saxoniae).* DIPL. Otton. I. 279 per interventum dilectę -is domineque Iuditę *(sc. Bavariae; sim.* RATHER. coni. 9,266. *al.).* CHART. Ital. Ficker 78 p. 105,2 dum ... in iudicio resideret domnus Litaldo dus *(sc. Carinthiae) eqs.* NECROL. I Febr. 22 p. 224,5 Iudita -x *(sc. Sueviae),* mater Friderici imperatoris. CHRON. Reinh. a. 1198 p. 560,17 lantgravius Ottoni -i regi ... cum tota miseracione occurrit *eqs. persaepe. de archiepiscopis:* ANNAL. Prum. a. 965 (MGScript. XV p. 1292,36) Bruno, ... Coloniensis episcopus, <qui> erat -x Francorum (*sim.* FLOD. annal. a. 957 inter Brunonem, ex praesule -em, ... ceterosque Lotharienses. WIDUK. gest. 1,30 quem *[Brunonem]* pontificis summi ac -is magni vidimus officium gerentem). DIPL. Frid. I. 546 p. 6,6 ne aliqua ęcclesiastica secularisve persona ... iudiciariam potestatem ... exerceat nisi solus Wirzeburgensis ępiscopus et -x. **2** *latius:* **a** *de maioribus domus Francorum:* CONC. Karol. A 1 praef. p. 2,14 ego Karlmannus, -x et princeps Francorum. ANNAL. Fuld. I a. 742 Karolus -x (rex *var. l.; sc. obiit*) Francorum. ALTFR. Liutg. 1,2 Wrssingus ... ad -em Francorum nomine Grimoldum pervenit. *saepe.* **b** *de marchionibus (de marchionissa: l.33):* EINH. Karol. 13 p. 16,17 Ericus -x Foroiulanus (*sim.* POETA SAXO 3,531 Italici ... fuerat -x limitis alter nomen habens Erichus). ANNAL. Fuld. II a. 849 p. 38,16 erat *Thachulfus* ... -x Sorabici limitis (*sim.* a. 873 p. 81,17). THIETM. chron. 2,6 Thiedricum ... -em ... amovere temptans *rex* (*v. notam ed.; cf.* 4,2 cum ... Thiedrico marchione). PETR. DAM. epist. 114 p. 296,15 Adalaidi excellentissimae -i *(sc. marcae Taurinensis)* Petrus peccator. *al.* **c** *de comitibus:* THEGAN. Ludow. 4 Hludowicus ... desponsavit sibi filiam ... -is Ingrammi (*cf.* VITA Ludow. Pii 8 Ingrammi comitis). *al.* ANNAL. Fuld. II a. 845 Hlutharius Folcratum -em Arelatensem et reliquos comites illarum partium ... in deditionem accepit (*sim.* ROD. GLAB. hist. 1,9 p. 22,11 ab exercitu Wilelmi Arelatensis -is). THIETM. chron. 6,29 Balwinum -em Wlandariorum ... mala iniquorum inflacio adversus regem armavit. ADALB. SAMAR. praec. dict. p. 39,15 Heinricus ... imperator augustus Firmensi -i ... gratiam *(v. notam ed.).* TRAD. Frising. 1554 p. 385,11 Conradus iunior -x de Dachowe. *de comite palatii:* CHART. Rhen. med. III 224 p. 187,13 (dipl. a. 1224) ne quis ... -x palantinus, marchio, comes ... sibi usurpare presumat. **d** *de principibus Veneticorum ('Doge'):* CAPIT. reg. Franc. 233 praef. p. 130,26 supplicante Petro gloriosissimo -e Veneticorum. IOH. VEN. chron. p. 91,8 determinaverunt *Venetici,* quod ... honorabilius esse sub -bus quam sub tribunis manere. *saepe.*

2. *dux, ducis *m.* *(Meyer-Lübke, REW*[3] *nr. 2810*[a] *et Wartburg, Frz. etym. Wb. III. p. 197*[a]*) obturamentum, obturaculum – Zapfen, Spund, Stöpsel:* ARDO Bened. 31 p. 214,19 abstracto -e (vase *var. l.*) egreditur vinum.

***duxatrix** *v.* *ducatrix. ***dux(c)issa** *v.* *ducissa.

duxti *v.* duco.

[duxtrigum *v.* *colostricum. *adde ad vol. II. p. 891, 41sqq.:* TRACT. de caus. mul. 77 si os matricis ulcerat, inicium ex cluxtrigo (clus-go *var. l.;* duxtrigo *ed.*) curabis; ... farmacum sic facis: clo-go (glus-go *var. l.;* olostrigo *ed.*), rasina, myrra, litargiro conficis.]

***dwerstrata,** -ae *f.* (*theod. vet.* dwer *et* strata) *platea, via transversa – Querstraße, -gasse, -weg:* ACTA civ. Rost. C 810 p. 170 (c. 1254/73) Wolter ... posuit Iohanni ... hereditatem apud hereditatem Engelberti ... in -a. *Gansweidt*

dya *v.* 1. dia. **dyab-** *v.* diab- *praeter:*

***dyaborraginatum** *v. p. 547,23.*

***dyacameron** *v. p. 551,31.* **dyaceraseon** *v. p. 547,58.*

dyacignes *v. p. 548,43.* ***dyacitoniten** *v. p. 548,37.*

dyacodes *v.* diadochos. **dyacon(us)** *v.* diaconus.

***dyacori** *v. p. 546,60.* **dyacquilon** *v. p. 547,71.*

***dyacurcuma** *v. p. 548,31.* ***dyacusmon** *v. p. 551,68.*

dyadema *sim. v.* diad-. ***dyadragagantum** *v. p. 551,16.*

dyaf- *v.* diaf-. ***dyagalanga** *v. p. 548,57.*

dyagridium *v.* dacrydium. ***dyaiceos** *v. p. 549,6.*

***dyalacha, *dyalacon** *v. p. 549,8.*

***dyalapideon** *v. p. 551,69.* **dyalecticus** *v.* dialecticus.

dyalipides *v.* dialipon. ***dyaltea** *v. p. 546,67.*

[dyamaracia *v.* tamarix: HILDEG. phys. 3[capit.] (cod. G p. 533).]

***dyamargariton** *v. p. 549,22.* ***dyamas** *v.* *diamas.

***dyameda,** -ae *f.* *(corrupt. ex* Diomedeus, *v. ThLL. Onomasticon III. p. 172,3sqq.) ardea, herodius – Reiher:* ARNOLD. SAXO fin. 2,6 p. 61,43 avis -a, cum viderit sibi similes et amicos, applaudit eis *eqs.* (*cf.* ALBERT. M. animal. 23,42).

dyametrum *v.* diameter. ***dyamiconium** *v. p. 549,26.*

[dyamisagria *v.* drimyphagia.] **dyamoron** *v. p. 549,40.*

***dyamuscus** *v. p. 549,45.*

***dyan** *subst.* *(corrupt. ex* Δία, *ut vid.; cf. ThLL. V/1. p. 1021,71sqq.) per pravam interpr. i. q. claritas – Helligkeit:* CAES. HEIST. hom. I p. 86[b] dies dicitur a -n, quod est claritas (*item* p. 133[a]. II p. 90[b]).

[dyanicolabon *v.* *iatricolabon.] ***dyanthos** *v. p. 547,10.*

***dyapapaver** *v. p. 549,66.* ***dyapareos** *v. p. 552,1.*

dyapason, dyapente, dyaphonia *v.* dia-.

***dyapistis** *v.* *diasprus. **dyapsalma** *v.* diapsalma.

***dyarcha** (dia-), -ae *et* ***dyarchus** (dia-), -i *m.* (*cf.* τετράρχης, μόναρχος) *qui principatus dimidium tenet – Herrscher über die Hälfte, Teilfürst:* COSMAS chron. 2,35 p. 131,11 inimicicie inter Lupoldum et Conradum di-am (-am *var. l.*) Moravię. SICARD. chron. a. 47 factus est ... Archelaus di-us (-us *var. l.; inde* ALBERT. MIL. chron. 4 p. 587,40 di-us). CAES. HEIST. hom. I p. 100[b] Archelaus non rex, sed di-us fuit, duas videlicet habens tetrarchias.

***dyarchia,** -ae *f.* (δυαρχία, *v. Lexicon Athanasianum. 1952. p. 353) imperium duorum, principium duplex – Herrschaft von zweien, zweifaches Prinzip:* GERHOH. Antichr. 2 app. 8 p. 350,14sq. non, sicut tu dicis, -a monarchiam, sed monarchia -am expellit. p. 349,7.

dyarria *v.* diarrhoea.

dyas (dias), -adis *f.* *(m.: l. 58)* (δυάς) *script. et form.:* byas: *l.57.58.* bias: *l.54.* diadium: *l.55.*

duitas, dualitas, binarius (numerus) – Zweiheit, Zweizahl, die (Zahl) Zwei: **1** *gener.:* CARM. de conc. mens. 7,2 capit *(sc. pro numero regulari)* ... solus quattuor Augustus Octimberque -em. CONR. MUR. lib. ord. 1180 quere novam lunam post Ianuarii, Februarii ... nonas: quinque bis, inde -s (*sim.* 1003). *meton. i. q. par – Paar:* ABBO SANGERM. bell. 1,216 monade necata obiit saevissima dias (gloss.: i. dualitas Norm. *[i. duo Normanni]).* **2** *philos. et theol.:* SYLL. Bern. 5,20 unitas ... parit diadem ..., quę nuncupatur 'prima procreatio' *(cf. Mart. Cap. 7,732).* HUMB. Sim. 3,24 p. 229,29sqq. docemur Deum ... diligere monadem et ... odisse a se quodlibet abscidentem diadem ...; dias ... dividua ... etiam individuum dividere quaerit *eqs.* ODO CAMER. (?) rhythmimach. 13 propter vitandam numerositatem monadum, diadum (biadum *E p. corr.*, diadii *G*), triadum *eqs.* ALBERT. M. metaph. 1,5,6 p. 77,37 post monadem luminis causae primae primum, quod constituitur, est -s (b- *var. l.*) intelligentiae. p. 77,59 prima unitas et primus -s (b- *var. l.*). *al.*

***dyasenna** *v. p. 550,52.* **[dyaserticus** *v.* diastematicus.]

dyastema, dyastole *v.* dia-. ***dyatalon** *v. 551,13.*

dyat(h)esseron *v.* diatessaron. ***dyaysopum** *v. p. 549,1.*

dyca *v.* theca. **dycothomis** *v.* dichotomus.

dydascalicon, dydascalos *v.* did-. **dydimus** *v.* didymus.

dygamia *v.* digamia. **dyiambus** *v.* diiambus.

***dycus** *v.* *dicus. **dymetrum** *v.* dimeter.

dynamidium (din-), -i *n. et* **dynamidia** (din-), -ae *f.* **1** *liber de viribus medicis – Buch von den Heilkräften:* AESCULAPIUS 19 p. 25,30 alia, secundum vires quae scripta sunt in di-is ad empyicorum curas. RICHER. REM. hist. 4,50 p. 266,2 cum eum *(Herbrandum)* in arte peritissimum di-a farmaceutica, butanica atque cirurgica non laterent. **2** *vis medica, medendi facultas – Heilkraft, Heilmittel:* RICHER. REM. hist. 2,59 p.

[Antony]

171,7 de di-arum differentiis disputatum est *eqs.*

dynamis, *acc.* -in *f.* (δύναμις) *gen. pl.* dermanon, dennamon: *l.7.* **1** *potentia, vis, virtus – Vermögen, Kraft, Macht:* GOSB. carm. 5 (MGPoet. I p. 620) qui *(crucis soter)* . . . dedit tibi *(sc. Guillelmus)* . . . rectoris -in. FROUM. (?) carm. p. XII,18 chere . . . Sophya . . ., -is (gloss.: virtus) praeclara theosi. ALPHITA I p. 307,6 ˹perisicon dermanon (dennamon *var. l.*)˺ (*i. liber Galeni* περὶ φυσικῶν δυνάμεων), id est de naturalibus virtutibus. COD. Udalr. 283,6. **2** *potestas, facultas – Möglichkeit, Potentialität* (*opp.* energia): HROTSV. lib. 2 praef. 2,7 per -in me artes scire . . ., sed per energian . . . omnino nescire.

dynastia (din-), -ae *f.* (δυναστεία) *potestas – Herrschaft, Macht:* CHRON. Albr. a. 1215 p. 903,6 a tempore, quo Franci vel Teuthonici optinuerunt di-am imperii *eqs. (ex Wilh. Brett.) de potestatum serie ('Dynastie'):* BURCH. URSB. chron. p. 1,26 Egiptii reges non habuerunt, sed quasi in regno potestates illorum, quas illi di-as apellabant.

***dyndra** *v.* dendrum.

***dyo** (dio) *et* (*per confusionem c.* dia) ***dya** (dia) *numer.* (δύο) *?dat.* dyosi: *l.30. duo – zwei:* CARM. de temp. rat. 224 ex ordine haec *(sc. regulares kalendarum)* discerne: . . . dia, penta, ebda (*cf.* BEDA temp. rat. 21 October II, November V, December VII). CHRIST. STAB. Matth. 56 p. 1471^{D} biduum compositum nomen est ex adverbio bis et Graeco dio, id est duo. COMM. microl. 70 p. 114 diaphonia . . ., dia, id est dualis, phonia, id est sonus. IOH. GARL. introd. mus. 135 dicitur *ditonus* a dya, quod est duo, et tonus (*sim.* 161 duo [de *var. l.*]). *fort. huc spectat:* CARM. cod. Paris. 14089 f. 98^{r} dum te mathiten (gloss.: discipulum) cupias me cernere sennem (gloss.: salvum), ne facias, cura, que sint inimica dyosi (gloss.: doctori; *?per pravam interpr.*).

dyoc- *v.* dioec-. **[dyometrius** *v.* geometricus.**]**

dyonisia *v.* dionysia. **dyoptori** *v.* dryopteris.

dyp- *v.* dip-. **dyrus** *v.* dirus.

***dyscolia** (dis-), -ae *f.* (δυσκολία) *morositas, importunitas, difficultas – mürrisches, schwieriges Wesen, Widerborstigkeit, Unleidlichkeit:* FORM. Sangall. II 47 nullis apud me convitiis . . . efficere poteritis, ut vicem di-ae vestrae retribuam. ALBERT. M. phys. 4,1,8 p. 215,12 'di-ae' (*p. 211^{a},10* δυσκολίας) . . ., 'idest' contradictionis et 'difficultatis'. eth. II 4,3,1 p. 317^{b},16 medio . . . habitui opponitur magis di-a quam placiditas.

dyscolus (dis-), -a, -um. (δύσκολος) *script.* -culus: *l.56. pro subst. masc. passim; fem.: l.52.*

1 *strictius:* **a** *de hominibus i. q. morosus, importunus, natura difficili praeditus – mürrisch, unleidlich, krittelig:* AMALAR. off. 4,37,18 ut omnis disceptatio di-is absit. PETR. DAM. epist. 96 p. 47,1 di-o quodam deferente *(sc. litteras)* presbytero. ALBERT. M. eth. I 145 p. 129,68 'deficiens' *(sc. amicitiae)* dicitur 'litigiosus et -us (*p. 1108^{a},30* δύσκολος)', qui cum nullo potest convenire. CONR. MUR. summ. p. 160,5 mulier deridenda . . . poterit nominari: . . . dissoluta, di-a. *al.* **b** *de rebus i. q. difficilis, molestus, anceps – schwierig, mühsam, mißlich:* ALDH. epist. 3 per di-os philosophorum anfractus iter carpere. COMPOS. Luc. S 24 alium metalum indicamus vobis cocendum, sed plus vero disculum erit quam <m>etallum auri. **2** *latius:* **a** *fere quasi a* schola *ductum sit:* **α** *rudis, indoctus – ungebildet, unbedarft:* HRABAN. hom. II 27 p. 195^{C} scholastici sunt . . . eruditi; -i indocti et agrestes (*item de Vulg. I Petr. per pravam interpr.:* epist. 16 p. 418,7). COSMAS chron. 1 praef. p. 3,9 idiotis . . . et di-is displicere non pertimesco. **β** *indisciplinatus, contumax, dissidens – zuchtlos, aufsässig, widerspenstig:* TRANSL. sang. Dom. in Aug. 14 ut . . . ex di-is fratribus modestos obedientiae sectatores commutaret. GERHOH. vigil. 7 p. 505,30 cum . . . illic *(sc. in Francia)* in scolis di-is indisciplinatis disputationibus resuscitarentur olim sepulti heretici (epist. 17 p. 565^{D}. ARNO REICHERSB. apol. p. 13,37). HEINR. TREV. gest. 28 p. 429,45 (epist. papae) Wilhelmum, <monachum> . . . infamem, diu-m et perversum. SALIMB. chron. p. 325,38 qui *(Benedictus)* deseruit aliquos monachos, eo quod ipsos di-os invenisset et malos. *al.* **b** *fere quasi a* colere *ductum sit i. q. dissonus (a recto), discrepans – abweichend (vom Rechten), nicht im Einklang stehend:* **α** *in univ.:* DIPL. Frid. I. 833 ut unicuique fidelium nostrorum, non solum christianae relligionis cultoribus, verum etiam a fide nostra di-is . . ., quod suum est, . . . conservemus. ALBERT. M. eth. II 4,3,1 p. 315^{b},23 di-i . . ., quia contrariantur ad cultum virtutis. HUGO TRIMB. registr. 760 si qua sint hic di-a. **β** *infidelis, incredulus – ungläubig:* CHRON. Pol. 1,21 superatis tot falsis christicolis iam securi pugnate cum di-is. HUGO TRIMB. registr. 223 quod lingwa loquitur, cor di-um remordet. *fort. huc spectat:* CARM. Bur. 53^{a},2,4 qui *(anguis)* disseminavit di-um virus, quod infrigidavit igniculum fidei.

***dyscrasia** (dis-), -ae *f.* (δυσκρασία) *script.* -ssia: *l.16. adde* PAUL. AEGIN. cur. 207 *(A). ibid. al. t. t. medic. i. q. crasis vitiata, temperamentum disturbatum – gestörte, unausgewogene (Säfte-)Mischung:* PAUL. AEGIN. cur. 162 p. 91,4 propter di-am (di-ssiam *A; 3,28,1* δυσκρασίαν) . . . tussis fit. MATTH. PLATEAR. (?) gloss. p. 366^{C} una . . . medicina . . . diversos effectus consequi non potest in -is diversis. URSO anat. 74 calvicies fit . . . ex calida cerebri di-a. MAURUS urin. II p. 10,16 propter febrilem di-am. ALBERT. M. nat. anim. 2,2 p. 20,38 di-a corporis. *saepe.*

***dyscrasior** (dis-), -atum, -ari. *ab aequali crasi deficere, morbum contrahere – von der ausgewogenen (Säfte-)Mischung abweichen, erkranken:* ALBERT. M. animal. 7,93 non omnia animalia pinguescunt et proficiunt neque di-antur a temperantia exeuntia secundum unum modum. eth. II 8,1,1 p. 519^{a},9 multum . . . turbata et di-ta petit *complexio* contrarium.

*?****dyscrio** (dis-), -ire. (*?retrograde a* *dyscritus) *ad malam crisim convertere – zu einer schlimmen Krisis hinwenden:* MAURUS urin. I p. 4,30 si . . . appareat *urina* multa . . . cum fortitudine egri, significat morbum prolixum et eucritum, sicut ˹debilitate egri prolixit et di-itur˺ *(ni corrupt. ex* <cum> debilitate egri <non> prolixum et discritum *vel sim., cf. Latinitatis Medii Aevi Lexicon Bohemorum. II. 1993. p. 309).*

***dyscritus** (dis-), -a, -um. (δύσκριτος) **1** *difficilis ad discernendum, determinandum – schwer zu unterscheiden, zu bestimmen:* PAUL. AEGIN. cur. 177 febricitatio . . . eis *(empyicis)* fit infirma et inordinata et discretat (*codd.*, di-a *corr. ed.; 2,32,1* δυσκρινῆ). **2** *?ad malam crisim tendens – ?auf eine schlimme Krise zulaufend: v. l.33.*

dysenteria (bes-, bis-, des-, dis-, -ss-, -s(c)in-, -the-, -taria *sim.*), -ae *f.* (δυσεντερία) *acc.* -an: *l.54. t. t. medic. i. q. tormina, solutio ventris morbosa – Darmkolik, Bauchfluß, Ruhr:* CHRON. Fred. 3,84 ab infirmitate be-ae (be-ariae, biaria, bisi-e *var. l.*). AESCULAPIUS 23 p. 38,31 -am patiuntur *coeliaci.* GLOSS. med. p. 24,14 di-ae (desind-ae, desy-ae *var. l.*) cause sunt due *eqs.* ANTIDOT. Sangall. p. 95,8 ad de-a. RECEPT. Sangall. I 82 ad bisintaria. REGINO chron. a. 867 p. 93,31 exercitus . . . dissi-ae (desi-ae, diss-ae *var. l.*) . . . morbo corripitur. PAUL. AEGIN. cur. 198$^{capit.}$ de disi-a (*3,42* δυσεντερίας). ADAM gest. 3,64 p. 210,28 dissinth-ae morbo correptus *(sc. archiepiscopus).* TRACT. de aegr. cur. p. 268,39 dicitur discinth-a a discintendo *eqs.* HILDEG. phys. 1,172 (cod. G p. 498) ita quod diss-an habet *homo. persaepe.*

dysentericus (bes-, bis-, des-, dis-, -ss-, -s(c)in- *sim.*), -a, -um. (δυσεντερικός) *nom. sg. m.* -os: *l.59. t. t. medic. i. q. ad dysenteriam pertinens – dysenterisch:* **1** *adi.:* SISEB. Desid. 19 esi-o morbo correptus vitam perdidit *Theudericus.* CHRON. Fred. 3,82 be-ecos morbos totas Gallias praeoccupavit. ANNAL. Iburg. a. 1083 (MGScript. XVI p. 437,32; c. s. XII.$^{med.}$) magnus puerorum et senum interitus factus est morbo diss-o (*item* ANNALISTA SAXO a. 1083 p. 721,15 fuit). **2** *subst. masc. i. q. torminosus, dysenteria laborans – an der Ruhr Leidender:* PS. GALEN. puls. cod. Vr. 287 disci-is . . . pulsus est lassus. ANTIDOT. Lond. p. 18,9 antidotum . . . faciens . . . ad . . . dess-is. p. 19,9 ad . . . dissi-os. ANTIDOT. Augiens. p. 40,36 ad dysi-os. ANTIDOT. Glasg. p. 135,17 catapucias ad bi-us. PAUL. AEGIN. cur. 241 p. 181,26 ea, que di-is (disi-is, disc-is *var. l.*) conveniunt. ODO MAGD. herb. 209 iuvabit hic -os . . . cibus. *persaepe.*

dysis (disis), *gen.* -is, *acc.* -in *f.* (δύσις) *occidens – Westen, Abendland:* ERMENR. ad Grim. 33 p. 573,32 anathole et

[Antony]

disis . . ., mesymbria et arctos *(item de quattuor mundi climatibus:* CHRIST. STAB. Matth. 1 [PL 106,1265C] -is, id est occidens. SIGEB. GEMBL. Theod. 17 p. 478 vs. 20 disin. GODESC. AQUENS. sequ. 1,7a,1 artos et -is. *al.).* CARM. libr. III 27,9 aeclesia per disis climata sparsa.

***dysodes** (dis-), *abl.* -i *adi.* (δυσώδης) *de genere cataplasmatis i. q. male olens, foetidus – stinkend:* PAUL. AEGIN. cur. 181 p. 107,14 epitimatibus . . . -i (di- *B*; *3,33,2 p. 219,15* δυσώδει) et dia samsucii . . . secundum dolentem utimur locum.

dyspnoea (depsn-, des-, dipsn-, dis-, dypsn-, -sn-, -nia, -noa *sim.*), -ae *f.* (δύσπνοια) *nom.* -oen(s): *l.16.19. t. t. medic. i. q. difficultas respirandi, angustia – Kurzatmigkeit, Atemnot, Engbrüstigkeit:* AESCULAPIUS 20 p. 25,42 diversitatem esse inter anhelitum, orthopnoiam et dispniam. GLOSS. med. p. 24,5 dipsnoens: nausia est. p. 24,19 disnoam: Greci dicunt, quod Latini prefocationem vocant. p. 25,19 edipnia: id est difficultas anelitus. p. 72,9 dypsnia. AURELIUS 12 p. 707,4 impetum sequitur dipsnoen. GLOSS. med. cod. Trev. p. 135 l. 129 propter passionem pulmonis, id <est> depsnia. GLOSS. Salern. p. 15,30 disnia est difficultas inspirandi et respirandi. TRACT. de aegr. cur. p. 211,32 idem est asma quod disma. p. 212,6 sunt tres species asmatis vel dismie. CHIRURG. Sudhoff I p. 100,7 ad hanelitum et desipniam. *persaepe.*

dyspnoicus (dipsn-, dip-, dis-, -sn-, -pon-, -oycus *sim.*), -a, -um. (δυσπνοϊκός) *acc. sg. f.* -en: *l.28. t. t. medic. i. q. ad angustiam pertinens – kurzatmig:* **1** *adi.:* GLOSS. med. p. 24,3 dipsnoecen (dipsnoeten *P.; sc.* νόσον): Graeci dicunt, dum tussis arescit et siccat. **2** *subst. masc. i. q. dyspnoea laborans – an Kurzatmigkeit Leidender:* RECEPT. Lauresh. 3,33 p. 258 antidotum . . . faciens . . . ad tusses veteres, ad dips-os. ANTIDOT. Sangall. p. 82,27 facit . . . dip-is. ANTIDOT. Bamb. 36 ad dispon-os (*sim.* ANTIDOT. Glasg. p. 156,4 innoicos). ODO MAGD. herb. 35 dysn-is (di-is, disn-is, disnoycis *var. l.*) prodest *abrotonum.* Ps. ODO MAGD. herb. 89 -os . . . iuvat *bryonia. saepe.*

***dysporistos** (dis-), -on. (δυσπόριστος) *difficilis ad comparandum – schwer zu beschaffen:* PAUL. AEGIN. cur. 257 p. 209,8 quod *(sc. pharmacum)* . . . dia cignaguari *(sc. confectum est),* mirabile quidem et ad poros et ad alia multa, di-on (*3,78,24* δυσπόριστον) vero.

[dysryges *v.* diphryges.**]** **dysticon** *v.* distichos.

dystrochaeus *v.* ditrochaeus.

dystros (dis-, dus-, -rios), -i *m.* (δύστρος) *nom.* -(o)is: *l. 14. 18. nomen mensis Macedonicum, Martius – ein mazedonischer Monatsname, März:* BEDA temp. rat. 14,17 vocatur . . . apud eos *(Graecos)* . . . martius di-os (du-ois *var. l.*). 14,32 secundum Macedones di-i mensis vicesimo secundo *(sc. die; sim.* ad Wicth. 11). CARM. de temp. rat. 153 -os (di-, di-ios *var. l.*). CALEND. Karol. A p. 634,8 quartus Graecorum mensis di-is (-os, di-os, di-ios *var. l.*). B p. 634,10 di-os (-os, di-ios, dirisius *var. l.*). C p. 634,14 di-os. HONOR. AUGUST. imag. 2,35 di-os (diseros, bi-os *var. l.*).

dysuria (dis-, -scu-, -ss-, -siria), -ae *f.* (δυσουρία) *t. t. medic. i. q. urinae difficultas – Harnstrenge, -zwang:* AESCULAPIUS 41 p. 70,19 di-a vesicae est tarda urinarum digestio, quae operose sequitur. GLOSS. med. p. 17,5 disc-a: id est difficultas urinam faciendi. ANTIDOT. Bamb. 25 ad stranguria et disiria. ARS med. 7 p. 426,27 di-a (dissiria *G*) est impedimentum urinarum. TRACT. de aegr. cur. p. 318,21 difficultatis . . . mingendi III sunt species, scilicet stringuria, diss-a et scurria *eqs. saepe.*

***dysuriosus,** -i *m.* *dysuria laborans – an Harnstrenge Leidender:* MATTH. PLATEAR. (?) gloss. p. 384A contra stranguriosos et -os. *Antony*

dytamnus *v.* dictamnus. **dyus** *v.* divus.